Ecce Tertium gaudiuz de Restitutione stelle. Et tangit Duo. Scꝫ. Stelle certam discretionez: ⁊ Mirabilem de hoc exultationem. Dicit ergo [Uidentes] hoc est optime discernentes [stellam] Oportet enim examinare ea que apparēt. q̄ sicut dicitur in epistola Jude. Quedā sunt sidera errantia que ducūt in errorē: per hoc q̄ ꝯtra cursum celestē mouere dicunt̄.ij. Corinth.xj. Ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis: vt efficacius decipiat. Et in Apoc̄.xij. Tertia pars stellaꝝ trahit̄ non motu celi: sed cauda draconis. Et ideo j. Joā.iiij. dicitur. Nolite om̄i spiritui credere: sed probate sp̄us vtrum ex deo sint. Et h̄ est [Uidentes autem stellam] Sic igit̄ certissime discernentes eam [gauisi sunt gaudio magno valde] Quoniā de restitutiōe stelle gaudebāt. De Directiōe per antecessionē gauisi sunt [gaudio magno] Aut de Statiōe supra vbi erat puer: Quia terminū significabat longi itineris: ⁊ fructū magni laboris. Ualde autez gaudebant de Inuētione. Psal.iiij. Signatū est super nos lumen vult⁹ tui domine: dedisti leticiam in corde meo. Hi eñ cū in lumine vult⁹ dei ambularent: in noīe suo exultauerunt tota die. Hester.xj. Lux ⁊ sol ortus ē: ⁊ humiles exaltati sunt. Cum luce enim stelle: ort⁹ est eis sol iusticie christus deus noster.

Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre ei⁹

Ecce Quartum De Pueri inuentione. Et dicit Tria. Quorum Primū est Q̄ certi d̄ indicio stelle domum intrauerunt. Secundum Q̄ puerum inuenerunt. Tertium est Societas quam habebat secum. Et hec patent in littera. Primo ḡ [domum intrauerunt] Uidetur autem nō fuisse domus. Quia Luce.ij. dicitur esse diuersorium: Quod fuit tectum inter duos parietes: ad diuertendum potius q̄ȝ ad habitanduz. Potest dici q̄ illd̄ diuersorium vocatur hic domus. Uel potest dici q̄ primo propter multitudinem profitentiū in ciuitate non poterat habere domuz. Sꝫ postea K

Aliis recedentibus, z Joseph manente propter cu/
ram puerperij inuenit domum. Sed Primuz est
magis consonum dictis Sanctorū. Et in h̄ com
mendatur fides magorum: ꝙ nihil exteriorū con/
siderantes: cum quē in diuersorio z in stabulo in/
uenerunt: regem deū esse confessi sunt Indicium
enim stelle plus attenderūt q̄z omnia que ad mun
di pertinent ambitionem. ij. Corinth. viij. Propter
nos egenus factus est cum esset diues: vt nos illi/
us inopia diuites essemus [inuenerunt pue/
rum] Non diuina sed puerilia pretendentem: vt
scirent vere esse humanatū propter hominez. In
Stella quidem ostendit se esse deum. z per hanc:
maiestatem dei (que intus latebat) agnouerunt.
Sed in Se: non nisi bonam pueritiam: puram:
z innocentie simplicitatē pretendit. Et ideo [pue/
rum] Non etate tm̄: sed etiam actu: dicūtur inue/
nisse. Iste est Sadoch puer egregie indolis: vt di
citur. j. Paralip. xij. z Esa. xlij. s̄m l̄ram Lxx. Ecce
puer meus electus quem elegi: posui super eū spi/
ritum meuz. Puer vero a puritate vocatur [cum
Maria matre eius] Nec fit mentio d̄ Joseph:
ne aliquid male suspitionis oriretur vt quidaz di
cūt. Sed hoc friuolum mihi videtur: quia Nihil
talium in malā suspitionē induxisset magos. Un
de ideo non fit mentio eius: quia magis ostende/
batur diuinitas eius: in qua nihil operꝭ habebat
Joseph. mater autem cum deo in filio cōmunica/
uit. Et ideo fit mentio ipsius. Ammiratione autē
dignum est ꝙ non viderūt Curie regalis frequen
tationem (al's frequentiam) z Pro palatio diuer/
soriuz. Pro throno: presepium. Pro purpura re/
gali: fascias conscissas. Pro splendore z cultu re/
gio: stabulum. Et tamē hec omnia in domo hero/
dis videntes: ab ipso diuerterunt: z nihil horum
apud puerū inuenientes: eū regē mūdi esse ꝯfessi sūt

Et procidentes adorauerūt eū.

L Hec est pars illa In qua circa inuentum fidei
sue deuotionem habebant. Et dicunt Duo. Ado/
ratio videlicet: z Oblatio. Adoratio in Duobꝫ cō/
sistit. In Prostratione: z Oratione. Prostratio/
nem notat cum dicit [Et procidētes] Prostra
tio toto corpore facta: recognitionē significat ꝙ ho
mo de se nihil est nisi puluis z cinis. Resurrectio
autē significat ꝙ erigit ex puluere manu creatorꝭ
z plasmatoris: vt dicit Damascen⁹. Exod. iiij. Au
dierunt ꝙ visitasset domin⁹ filios israel: z non de/
spexisset afflictionem eoꝝ: z adorauerunt proni in
terram. Psal. cxxxj. Adorauimus in loco vbi ste/
terunt pedes eius. Et precedit. Audiuimus eum
in ephrata: inuenim⁹ eum in campis silue: in cō/
denso mundi huius. Introiuimus in tabernacu/
lum eius. Hoc est in diuersorium. z tunc adora/
uim⁹ zc̄. Esaie. xlv. Te adorabunt z te depcabun
tur [adorauerunt eum] Ecce Oratio. Psalm̄.
xxviij. Adorate dominū in aula sancta eius. Gen̄.
xliij. s̄m l̄ram Lxx. Cum inueneritis adorate eum
super terram.

Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum thus et myrrham.

Tangit Oblationez. Et dicit Tria. Scz. Mu
nerum preparationē. Munerꝝ oblationē. z Mu
nerum specificationem. De Preparatione dicit
[Apertis thesauris suis] Thesaurus dicitur
theca auri. Et in hoc significat abundantia. Tob.
iiij. Si multū tibi fuerit abundāter tribue. Mat
thei. xij. Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui
profert bonum [obtulerunt ei munera] Ge/
nes. xliij. Deferte viro munera. Esa. xix. Colent euz
in hostijs z muneribus. Exod. xxiij. Non appare/
bis in conspectu meo vacuus [aurum thus et
myrrham] Ecce Munerum specificatio. Et tra
dunt cōmuniter Sancti ꝙ Specificatio mune/
rum: professio est fidei magorum. Aurū enim ob/
tulerunt in signuz regalis dignitatis. Quia: fide/
les venerat congregare in regnum. Thus autem:
in professionem deitatis: quia Thus deo incendi/
tur In signum cordis: per deuotionem ascenden/
tis in deum. z In signum redolentie gratie boni/
tatis diuine. Myrrham autē: in professionē mor
talitatis ab omni corruptione putredinis conser/
uate z conseruantis mortis. De Primis duob⁹
Esa. lx. Omnes d̄ saba venient: aurum z thus de/
ferentes: z laudem domino annūciantes. Unde z
terra Persidis (vnde isti venerant) sabea a quodā
fluuio saba dicto: vocata est. De Myrrha Canti/
corū. v. Manus mee distillauerūt myrrham: z di
giti mei pleni myrrha pbatissima. De Auro Ag/
gei. ij. Meum est aurū z meum est argentū. Apo/
calip. iij. Suadeo tibi a me emere aurum ignitum
probatum: vt locuples fias. Canticorū. v. Caput
eius auruz optimū. Hec Noticia Regalis ē Re/
gni christi. De Thure dicit in Psal. cxl. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Leui.
ij. Totum thus ponet super altare: in memoriale
suauissimū domino. De Myrrha simul z thure.
Canticorū. iij. Ascendit sicut virgula fumi ex aro/
matibus myrrhe z thuris: z diuersi pulueris pi/
gmentarij. Canticorꝝ. iiij. Ibo ad montē myrrhe:
z ad collum thuris. Beatus Gregorius i quadaz
Omelia dicit ꝙ Aurum significat regalem digni/
tatem. Thus autem pontificalem. quia Heb. ix.
dicitur. Pontifex futurorum bonorum zc̄. Myr
rha autem odoramentū virtutū in vita. Ps̄. xliiij
Myrrha z gutta z casia a vestimentis tuis a do/
mibus eburneis. Myrrha em̄ que marcescere nō
potest: significat virtutes sapientis: que nō mar/
cescunt. Sapie. vj. Custoditio legum: consūmatio
est incorruptionis. Incorruptio autem facit esse
proximū deo. Concupiscētia itaq̄z sapientie cōdu/
cit ad regnum perpetuum.

Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliaz viam reuersi sunt in regionē suā. M

Hic incipit pars illa vbi excluditur Dolus he/
rodis. Et tanguntur Duo. Premunitio scz p ora/
culum diuinum: z Obedientia eorū. Premunitio
autem oraculi continet Tria. Modum. Temp⁹.
z Oraculum. Modus est: quia p modū rn̄sionis

datum est. Non enim dubium: quin semp a deo
corde quererent: vt viam eoruz in pace dirigeret. z
huic desiderio rn̄det oraculuz. Deutero. vj. Domi
nus deus noster adest cunctꝭ obseruationibꝫ no/
stris. Simile est Exod. xiiij. Ubi non ore sed corde
clamanti moysi domin⁹ respondet. Quid clamas
ad me: Psal. xxxj. In via hac qua gradierꝭ firma/
bo super te oclo's meos zc̄. [in somnis] Qui nō
est nisi auersio (al's versio) spiritus z anime: a sen/
sibus z strepitu exteriori: ad interiorē cordis con/
templationez. Sicut supius dixim⁹. Job. iij. Nūc
dormiens silerem: z somno meo requiescerē. Ps̄.
iiij. In pace in idipm̄: dormiam z requiescam [ne
redirent ad herodem] Ecce Oraculū ostendit
puer quod dicit Joānis. ij. X nō credebat semet/
ipsum herodi: z non erat ei opus vt quis ferret te
stimonium de homie. Ipse enim nouit quid esset
in homine. Job. xij. Ipse nouit z decipientē z eum
qui decipit. Prouerbioꝝ. xj. Simulator ore deci
pit amicū suum. Justi autem liberabunt scientia
[per aliam viam] Ecce Obediētia. Et dicunt
Duo. Cautela videlicet: z Salus redeuntiū. Cau
tela: quia non per Herodem: sed per aliaz viam.
Prouerbioꝝ. xiiij Est via que videt homini recta:
et nouissima eius ducunt ad interitū. Et attendi/
tur horum magorū fides z humilitas. Turpe em̄
est honestis virꝭ benigne receptis: sine resalutatio/
ne quasi fugitiuos recedere. Et hanc turpitudinez
elegerunt in se potius q̄z puerū proderent herodi.
Sap. xiiij. Fugitiui perpetue prouidētie placuerūt
Unde z Laban in simili facto arguit Jacob. Ge/
nes. xxxj. Cur clam me fugere voluisti: z nō es pas/
sus vt prosequerer te cum gaudio [reuersi sunt
in regionem suam] Ecce ꝙ salui reuersi sūt ad
propria. Gene. xxviij. Ero custos tuus quocunq̄z
perrexeris: z reducam in terram hāc. Tob. v. Be/
ne ambuletꝭ: z sit dominus in itinere vr̄o: z ange/
lus eius comitetur vobiscū. Psal. cxx. Dominus
custodiat introitum tuū z exitum tuum zc̄.

Qui cum recessissent: Ecce angelus domini apparuit in somnis Joseph.

N Hic incipit Secūda pars istius Capl'i In qua
postq̄z innotuit puer: cauetur ei a dolo Herodis.
Et habet Duas partes. In Prima quarū Ma/
licie herodis: puer dei prouidētia subducitur. In
Secūda Per apertam maliciam fraus herodis
detegitur. Ibi [Tunc herodes videns quoniam
illusus zc̄.] Prima harū habet Tres partes. In
quarum Prima ponit Reuelatio facta de fuga
in egyptum. In Secunda Obediētia Joseph. Et
in Tertia Confirmatio facta per prophetiam. Et
he partes patent in littera. Circa Primā istarum
Tria dicunt. Tempus videlicet reuelationis. Dis
positio reuelantis: z eius cui fit reuelatio: z Re/
uelatio ipsa De Tempore dicit [Qui cum au
dissent] hoc est: cum magi iam recessissent. Non
quidez statim: sed interpositis his que Lucas. ij.
dicit quadragesimo die accidisse. De Purificatio/
ne. z Presentatione saluatoris in templo: q2 illa
facta sunt ante fugam in egyptum [Ecce ange/
lus] Ecce Scōm. Et tāgit Duo. Dispositiōez scz
reuelantis Primo: z Dispositionē eius cui fit re/
uelatio Scdō. Reuelantis dispositionē dicit per
Quattuor. Per Euidentia: ne dubitetur. Actu. x.
Uidit manifeste angelum dei dicentem sibi. Per
Officiū: quia angelus est nomē officij: vt dei nun/
cium esse sciat. Malach. iij. Ecce mitto angelum
zc̄. Per eum cuius est nuncius: ne sathane ange/
lus esse credatur. Per modū apparitionis quādo
dicit [apparuit] ne humana visio esse credatur.
Et de his dictum est superius. Describit autē dis/
positionem eius cui facta est reuelatio. Per Qua/
litatem sensuuz cum dicitur [in somnis] Et per
Nomē cum dicit [Joseph] Auersus enim a sen
sibus: superioribus se inseruit luminibꝫ angelo/
rum. Sicut dicitur in Psal. cxxxviij. Nox illumi/
natio mea in delitijs meis. Nox: est sensuuz obscu
ritas. Miche. vij. Cum sedero in tenebris: domi/
nus lux mea est. Et hoc ē quod dicit Exo. xix. Jam
nunc veniam ad te in caligine nubis. Caliginem
non habitat dominus: sed potius lucem inacces/
sibilem. Sicut dicitur. j. Timothei. Sexto. Sz
Caligo est obscuritas sensuum omniuz: luce spiri
tuum z anime festinante ad altissimā intellectus
reuelationem: vt tota simul conuoluta anima: cer
tius z luculentius percipiat ea que apparent. De
Joseph autem facit mentionē propter sanctitatē:
vt sciamus tam sanctū virum cum angelis habere
familiaritatem. Et ideo crebras ab eis habere re
uelatiōes. Unde Apocalyp. xxij. dicit angel⁹. Con
seruus tuus sum z fratrum tuorum.

Dicens. Surge et accipe puerū et matrem eius

Ecce hic ponitur Reuelatio. Et dic̄ Quattuor.
Quorum Primum est Imperium: Ut curam ge
rat de puero z matre. Secundū De Subductio/
ne pueri in egyptum. Tertium De Mora in egy/
pto. Et Quartū est Ratio istorum omniū. Et hec
per ordinem patent in littera. Circa Primū Tria
dicit. Euigilationē scz ad actum exteriorem. Cure
impositionē: z Quib⁹ cura est impendēda. De
Euigilationē ad actum exteriorē a somno contem
plationis dicit [Surge] hoc est Sursum te age
exterius magna operare. Dan̄. iiij. Uigil z sctūs
descendit de celo. Circa quē est vigilandū. Prouer
biorum. viij. Beatus homo qui audit me: z q̄ vi/
gilat ad fores meas q̄tidie: z obseruat ad postes
ostij mei. ij. Timoth. iiij. Tu vero vigila: in omni/
bus labora: opus fac euangeliste: ministeriū tuū
imple: sobrius esto [accipe puerum z matrē]
hoc est curam impende. quia iandudū acceperat
inhabitationē. Et dicit puerum primo: q2 digni/
tatem habet per se: z prior debet esse i cura: z post/
ea matrem: quia dignitas in (al's et) cura matris
est propter puerum. Nec fit mentio ꝙ dicat: Con
iugem tuam: quia iam inductus fuit ꝙ voluit di
mittere eam. Et ido qd̄ magis attendit Joseph q̄z
coniugiū: hoc fuit ꝙ fuit mr̄ pueri. Et ideo etiā nō
dicitur: puerum tuum: q2 sibi vt pr̄i puer ille non
est natus: sicut Zacharie vt patri natus est Joan

nes. Lu.j. Pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomē ei⁹ Joannes. Si autē mentio fieret de cōiugio: apud minus peritos videref aliquid habere in puero. Nunc autē tanq̄ pcuratori domini sui ⁊ domine sue dicitur. Accipe puerum ⁊ matrē eius. Gal'.iiij. Sub tutoribus est ⁊ actoribus vsq̄ ad tempus prefinitū a patre. Sic ergo dictum sit de Cura ⁊ de puero ⁊ matre quibus cura impenditur

Et fuge in egyptum: et esto ibi vsq̄ dum dicam tibi

Hic tāgit subductionē pueri in egyptum. Et dicit Duo. Fugam: ⁊ Locum quo fugiendū est Dicit igitur [Fuge] Et mirabile videf qualiter dicit debere fugere eum Qui d̄ spūsancto natus ē: Qui deus est: Qui saluator ⁊ presidiū est omniū ⁊ refugium. Prouerbiorū.xviij. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam cōfugit iust⁹ ⁊ saluabitur.

Si dicas ꝙ humana voluit ostendere. Contra Luc.iiij. Ubi etiam humana ostendit in hoc ꝙ pmisit se duci ad precipitiū montis. Et tamē postea transiens: per medium eoꝝ ibat inuisibilis. Et ita videtur hic debuisse facere. quia si inuētus fuisset ab herode: omnib⁹ fuisset parcitū infantib⁹: etiā sicut vellet: posset se s̄bducere ne occideref. Ad hoc dicūt tam Chrysostom⁹ q̄ alij Sancti: ꝙ dispensatiua est fuga ista: ne diuinitatē ante temp⁹ ostenderet. ⁊ sic humanitas phantastica ⁊ non vera putaretur: sicut Manes hereticus dicebat. Et vt suos: quando soli querūtur ad mortē fugere doceat per exemplū. Matth.x. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Ad hoc qđ obijcitur de Luca: ꝙ transiens per mediū illorum ibat. Dicendū ꝙ hoc fuit tempore predicatiōis: quādo sermo confirmādus erat per miracula. Nunc aūt fuit tempus quando nuper humanitatē assūpserat: cuius veritas erat cōprobanda per infirmitates humanas. Hebreoꝝ.ij. Debuit per omnia fratrib⁹ assimilari vt misericors fieret [in egyptū] Ecce Quo fugiendū. Et sunt Due cause assignande Quare potius in egyptum dicit fugiendū q̄ in aliam terrā. Quaꝝ Una est: quia ibi magis vigebat idolatria quam ip̄e destruere venerat. Esa.xix. Ascendet dominus sup nubem leuem: ⁊ ingredietur egyptū: ⁊ corruent simulacra egypti. Unde dicitur ꝙ in Ingressu in egyptum non fuit templū in quo non corrueret idolum. Sicut in egressu filiorum israel nō fuit domus in qua non iaceret pmogenitus mortuus. Nubes autē leuis est caro nō onerata peccatis: solo celesti calore formata sicut nubes. Abachuch.iij. Percussisti caput d̄ domo impij ⁊c. Scđa causa est: quia multis plagis plagauerat egyptum. Ingredif ergo vt tot plagas vna sue p̄sentie visitatione sanaret. Esa.xix. Percutiet dominus egyptū plaga ⁊ sanabit eam: ⁊ reuertenf egyptū ad dominū: ⁊ placabif eis ⁊ sanabit eos. Unde dicif ꝙ egyptij edificauerūt altare dño: qui pstrauit idola ⁊ sanauit eos a plagis. Esa.xix. In die illa erit altare domini i medio terre egypti: ⁊ titulus domini iuxta terminū eius. Dicif etiam ꝙ habitauit domin⁹ in ciuitate egypti: q̄ heliopolis. hoc est ciuitas solis vocabaf. Esaie.xix. In die illa erunt quinq̄ ciuitates in terra egypti: loquentes lingua chananea: ⁊ iurantes per dñm exercituū: ciuitas solis vocabif vna. Et in hac eadē ciuitate vidit b̄tūs Dionysius ⁊ Apoliphanius eclypsim solis in die passionis dominice [et esto ibi ⁊c.] Hic tangitur Mora domini in egypto. Nec tangif determinatū tēpus s̄m ꝓpriam temporis quantitatē: sed indeterminate precipif ꝙ maneat vsq̄ quo redire p̄cipiat. Nec huius causa est ꝙ angelus nesciat q̄diu morari in egypto debeat. Sꝫ ideo est: quia iam Joseph deuotū ⁊ paratū ad oīa fecerat. Et ideo q̄ntuncunq̄ tēporis in exilio ⁊ in labore esse debeat: iocundū sit ei ⁊ deuotū. ⁊ videantur eis dies pauci: pre amorꝭ magnitudie. Nec querit ab angelo Quādiu: q2 paratus est in om̄e tēpus: omnē puerosꝭ matri sollicitudinē impēdere. Et hoc est [vsq̄ dū dicam tibi] Psal.lxxxix. Mille anni ante oculos tuos tanq̄ dies hesterna que preterijt. Non em̄ causaf pondus diei ⁊ estus Mat.xx. qui totum obsequiū vix vnius hore esse reputat. Sapi.viij. Proposui hāc adducere mihi ad conuiuandū (al's conuiuendū) sciēs quoniam mecū cōmunicabit de bonis suis: ⁊ erit allocutio cogitationis ⁊ tedij mei.

Futurum enim est vt herodes querat puerum ad perdendū eū.

Hic assignat Fuge inducte rationē. Et tangit Tria. Quoꝝ Primum dicit p̄scientiam. Scđm Herodis fraudulentiā. Tertiū autem Maliciā. Prouidentia tangitur per h̄ quod dicif ꝙ [futurum est] Et obijcitur Qꝛ si futurū est: de necessitate eueniet. Et sic ꝓuidentia rebus imponit necessitatem. Ad hoc dicendum s̄m sup̄ dicta: ꝙ hec predictio non est nisi signum futuri: ⁊ non causa. Etsi dicas Qꝛ nō ex dicto: sed ex prouidētia arguitur necessitas futuri. Dico ꝙ ꝓuidentia de inquisitione futura: est sicut causa prima: que nō tollit causalitatē a causa ꝓxima ⁊ ꝓpria. Et quia illa est voluntas herodis: ideo non sequitur ꝙ sit futuꝝ ex necessitate: sed ex voluntate. q2 Necessitas ⁊ possibilitas attribuunf rebus ex causis proximis et non ex primis. quia p̄mo prime cause non sunt in rebus: nec aliquid ponunt in eis. licet aliquem ponunt ordinem respectu rerum futuraꝝ. Si autē dicas ꝙ ille ordo est necessarius. ⁊ sic redit idē qđ prius. Dico ꝙ ille ordo est volūtarius non necessarius. quia Deus nulli subijcif necessitati. Sꝫ voluntas illa ordinata per prouidentiam est immobilis. sed illa immobilitas est suppositiōis ⁊ nō necessitatis. Esa.xliiij. Ex tunc audire te feci ⁊ annunciaui. Joānis.xvj. Que ventura sunt annunciabit vobis [vt herodes querat pueꝝ] Ecce Fraudulentia. Sed quare dicit [querat] ⁊ non quesiturus sit puerū: ex quo est futuꝝ. Respōsio. Herodes quesiuit a magis: ⁊ adhuc corde tractat inquisitionē: sed futura est inquisitio illa sola q̄ fuit per necem pueroꝝ. Ut ergo notet ⁊ p̄sentiam ⁊ futuritionem: dicit futurū esse vt querat pueꝝ. Ecōtra dicitur Sapie.x. In fraude circūuenientiū illi affuit: ⁊ honestum fecit illum. custodiuit eum ab inimicis: ⁊ a seductorib⁹ tutauit illum [ad pden

dum eum] Ecce Malicia herodis. Esa.x. Ad cōterendum erit cor eius: ⁊ ad internitionē gentiū non paucarū Exod.xv. Euaginabo gladiū meū: ⁊ interficiet eos manus mea.

Qui consurgens accepit pueꝝ ⁊ matrem eius nocte: et secessit in egyptum.

Hic incipit pars illa: Que est de Obedientia Joseph. Et dicunf Quinq̄. Primū est Obedientie celeritas. Secundū est Cura pueri ⁊ matrꝭ imperata per angelum. Tertiū Tempus fuge ex q̄litate aeris. Quartū Fuga. Quintū Mora. Et hec om̄ia patent in serie lr̄e. De Primo d̄r [Qui cōsurgens] hoc est simul corpe ⁊ mente surgens: tota velocitate ⁊ deuotiōe. Prouer.xxij. Uidisti hominē velocē: in opere suo corā regib⁹ stabit. Prouer.vj. Discurre festina suscita amicū tuū ne dederis somnū oculis tuis. Psal.cxxxj. Si dedero somnum oculis meis: ⁊ palpebrꝭ meis dormitationem: donec inueniā locū domino [accepit puerum et matrē eius] Expone sicut supra. Geñ. xliij. Ego suscipio puerū de manu mea: nisi reduxero ⁊ ⁊ reddidero eū tibi: ero peccati i te reus om̄i tēpore [nocte] Hoc nō dixerat angelus. Quare q̄ fecit illud: Respōsio Angel⁹ dixerat implicite qñ dixit ꝙ fugeret. quia de die fugiēs latere non posset. Adhuc significat noctē infidelitatꝭ esse in cordibus iudeoꝝ: ablato ab eis vero lumine. Jo.j. Lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eam nō comp̄henderūt. Ezech.xij. Dux qui est in medio filioꝝ israel in humeris portabif: ⁊ in caligine egredietur [et secessit in egyptū] Ecce Quartū Fuga in egyptum. Et hoc est supra expositum

Et erat ibi vsq̄ ad obitū herodis

Hoc est Quintū de Mora. Et videf nō conuenire supioribus. Quia dixerat angelus ꝙ maneret ibi vsq̄ dū diceret ei. Hic aūt nō facit mētionē de hoc vsq̄ ad obitū herodis. Respōsio. Idē est. Quia angeli dcm̄. ⁊ obitus herodis in vno tēpore fuerūt: sicut in sequentib⁹ patebit. Dicif autē ꝙ septē anni fluxerūt ab ingressu dñi in egyptū vsq̄ ad exitum de egypto. Et qđ interim fecerit dñs vel qđ passus sit ignoraf. j. Mach.ij. A v̄bis viri peccatoris ne timueritꝭ: Hodie extollef: ⁊ cras nō inuenief. q2 ɔuersus est in terrā suā Ps̄.cxlv. Exibit spūs ei⁹ ⁊ reuertef in terrā suā: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum

Ut adimpleref qđ dictū est a dño p prophetā dicentē Ex egypto vocaui filium meum.

Hec est pars In qua ponif cōfirmatio preinductoꝝ per scripturā. Dicunf aūt Duo. Modus impletiōis: ⁊ Scriptura que implef [Ut] Cōiunctio aūt que hic ponif: nō dicit causā. sed poti⁹ terminationē signi ad signatū in futuro: sicut superius diximus [adimpleref] Implef qñ verificatur: sed Adimplef quando in gr̄a plus datur q̄ in scriptura promittaf. Lu.vj. Mensurā bonā ⁊ cōfertam ⁊ coagitatā ⁊ supereffluentē dabunt in sinum vestrū [qđ dictū est a dño] Cuius est prima autoritas v̄itatis. Exo.iiij. Ego ero in ore tuo Esa.xxxiij. Qđ ex ore meo pcedit ille mādauit: ⁊ spiritus eius ipse cōgregauit ea [per prophetam] Ose.xj. [dicentē] Puer isrl' ⁊ dilexi eū [ex egypto vocaui filiū meū] Uel Nume.xxiiij. p sensum Non p verba. Dñs ex egypto vocauit eū: cuius fortitudo est sicut rhinocerontis

Tunc herodos videns quoniā illusus esset a magis irat⁹ ē valde

Hic incipit pars illa In qua Apertā maliciā herodis prosequif ad perdendū puerum. Habet aūt Tres pagraphos. Quoꝝ Prim⁹ est De Herodis exacerbatione. Scđs De Pueroꝝ interfectione: ⁊ Tertius De facti huius p scripturā confirmatione. Que patent cuilibet in serie lr̄e. Circa Primū hoꝝ d̄r Tria. Tēpus historie: Causam exacerbatiōis: ⁊ Ipsam exacerbationē. Temp⁹ dicit qñ dicit [Tunc] Et attēde ꝙ nō fuit tēpus immediatū: sed poti⁹ p̄mo cū magi nō redirēt ad eū ⁊ nihil de fama pueri pciperet: putauit magos visione fallaci esse deceptos: ⁊ ex verecundia nō redijsse ad eū. Et ideo tūc quieuit ab inquisitiōe pueri. Sꝫ postea audiēs famā (al's p famā) de ꝓphetia Symeonis ⁊ Anne: ⁊ multa q̄ dicebanf de puero: iterꝝ incepit querere. Nec ociosus fuit diligēter inuestigare: q2 a filijs citat⁹ fuit Rhomā ad Imꝑatorem ab Alexādro scꝫ ⁊ Aristobolo (quib⁹ i regē volebat preficere fratrē eoꝝ ex ignobili ɔiuge susceptū eis a regno abiectis) oportuit ire rhomā. Sꝫ ibi cū filijs p̄ualuisset: ⁊ licentiā haberet instituere quē vellet: eo ꝙ excepisset ɔ̄ filios ꝙ volebāt eum interficere. Cōsiliū quesiuit ab Imꝑatore Quid ageretur de fama pueri Jesu. Non em̄ ausus fuit tantā stragē pueroꝝ committere sine auctīte Imꝑatoris: hñs autē licentiā ⁊ rediēs victor sup filios: fluxit ann⁹ a ntītate chr̄i ⁊ tres dies: ⁊ q̄rta die interfecit eos: s̄m ꝙ etiā celebraf solēnitas eoꝝ. Et ideo p̄ponif festū testis chr̄i: q̄ actu ⁊ volūtate martyr: h̄ est testis est. h̄ ē Stephani. Et ɔiūgif illi festū Joānis: q̄ volūtate non actu martyr fuit. Et Tertio ponif Festū pueroꝝ: q̄ actu nō volūtate testes sf: q2 p̄conium chr̄i nō loquēdo sꝫ moriēdo ɔfessi sf. Hra igif illi⁹ toti⁹ tpis d̄r. Tunc [herodes] Et subiungit Cām pturbatiōis cū d̄r [vidēs qm̄ illusus eēt a magis] q2 rediēs in Judeā multa fama pueri venit ad eū Uñ etiā trāsiēs i via p tharsum cilicie: inuenit naues que asportauerāt magos in terrā suā reuertentes: ⁊ combussit eas in ira furorꝭ sui. Ut impleref quod dixit Ps̄.xlvij. In spiritu vehementi ɔteres naues tharsis. Attēde aūt ꝙ d̄r [Illusus. Nō em̄ bonoꝝ viroꝝ ē alicui illudere. Sed dicendum ꝙ magi sibi non illuserunt: sed potius profuerunt. sed ipse hoc ꝙ non redierunt: illusionē reputauit. Prouer.iij. Illusores ipse deludet: mansuetis autem dabit grām. Esa.xxix. Addent mites in dño leticiā: ⁊ paupes hoīes in sancto isrl' exultabūt: qm̄ defecit q̄ preualebat: ɔsummat⁹ est illusor. Prouer.xiij. Fili⁹ sapiēs doctrina patrꝭ. q̄ aūt illusor est nō audit cū arguif. Prouerb.ix. Il

lusor sol⁹ portabit malū. Quia hic Herodes illu
sor fuit: Ideo oīe qđ ad votū malicie sue nō ob/
tēpauit: illusionē reputauit. Deīde subiūgit ipāz
suam exacerbatōez dicēs. [Iratus est valde]
Silis est demoni Herodes: cui⁹ maluz est furor
irrationabilis: demēs ɔcupiscētia: phātasia pro/
terua. Nā qꝛ dementer terrenū regnum ɔcupiuit
Ideo celi Rege nato: irrationabiliter iratus fuit.
ꝛ cōtra ordinatōem dei quā ꝓphetia ꝛ stelle īdicio
audierat: nō ex ratōe sed ex phātasia frustra ꝑter/
uiebat. Gen̄.xlix. Maledictus furor eoꝝ: quia ꝑ/
tinax: ꝛ īdignatio eoꝝ quia dura. Judith. iij. Nō
poterāt mitigare ferocitatē pectoris ei⁹. Fuit au
tē iratus de opinata maloꝝ (al's magoꝝ) illusio/
ne. Valde autez irat⁹ fuit de crescēte puero Jesu
bona opiniōe. Job.v. Virū stultū interficit iracū/
dia. ꝛ paruulū occidit inuidia. Praui enī animi ē
tristari de bono statu ꝛ opiniōe bonorum.

Et mittens occidit oēs pueros qui erāt in Bethleē: ꝛ in oībus finibus ei⁹ a bimatu ꝛ infra sc̄m tēpus qđ exquisierat a magis.

R Ecce Secund⁹ pagraph⁹ De pueroꝝ interfecti
one. Et dicunt̄ Sex. Videlicz. Herodis timidi/
tas: Atrocitas. Malicie generalitas. Crudelitas
Locus occisoꝝ. ꝛ Etas. Et ista ꝑ ordinē dicuntur
in littera. Per hoc enī q̄ dicit [mittēs] notat̄
Timiditas: quia ꝑ seipm̄ libenti⁹ iuissz: sed timu
it q̄ aliq̄s ꝑentū irrueret in eū: cogitās q̄ cum sit
odiosus: nō seq̄tur vindicta. Cū aūt alios misit ꝛ
se ꝑ̄fuauit: timebāt ꝑentes pueroꝝ vindictā seq̄n
tē si in mistros sceleris irruerēt. Dicūt etiā q̄dam
q̄ regie dignitatis est: nō ꝑ se sed ꝑ alium punire.
Esa.xvj. Sup̄bia eius ꝛ arrogātia eius plus q̄
fortitudo eius [occidit] Ecce atrocitas. Sapie
xij. Necatores sine misericordia: et comestores vi
scerū hominū. ꝛ deuoratores sanguis. Pueri enī
innocētes ꝓpter teneritudinē: dicūt̄ viscera hoim̄.
[omnes] Ecce Malicie generalitas. qꝛ nulli oī/
no pepcit. Exod.j. Si mascul⁹ fuerit īterficite eū.
Et ibidē p̄cepit omni ꝓplo dicēs. Quicq̄d masculi
ni sexus fuerit in fluuiū ꝓjcite. Silis enī crudeli
tas ꝛ malicia fuit Pharaōis ꝛ Herodis. Hero/
des tn̄ vicit pharaonē in hoc: q̄ quesiuit interfice
re deū celi natū regē. Pharao autē diminuere dei
populū [pueros] Ecce Crudelitas. Hier.vj. Cru
delis est ꝛ nō miserebit̄. Quia nec etiā innocentia
etat̄ mouet ad parcēdū. Cū tn̄ dicat Ap̄ls Rho.
v. Pro bono: hoc est: innocēte forsitan aliq̄s aude
at mori Vt liberet euz: Supple. Iste autē interfe
cit innocētes omnes. Prouer.xj. Qui crudel' est
ꝓpinquos abijcit. [in bethleem] Ecce Locus
Et dicit Duo. Locū.s. natiuitatis. ꝛ Loca ɔiuncta
natiuitat̄. Locū tangit cum dicit [in Bethleē
Et] ne forte sit portatus ad villas adiacentes vt
lateat [in omnib⁹ finib⁹] bethleem fecit occidi.
Thren̄.j. Foris interficit gladi⁹: ꝛ domi mors silis
est [a bimatu] Hic determinat Tp̄s etat̄ occiso/
rū. Est aūt bimat⁹ etas duoꝝ annoꝝ. Et dicit hic
Tria. Scz. Q bimos occidit: ꝛ Eos q̄ infra erāt
occidit. Et dicit Rationē. Infra bimos autē eē di
citur Dupliciter. Quo ad numerū: ꝛ Quo ad tem/
pus. Si quo ad numerū annoꝝ: tunc maior nu/
merus fit infra minorem in ordine numerādi: tūc
illi qui erant infra bimos: erant maioris etat̄. Et
ita dicit Chrysostomus Q bimos occidit: ꝛ ma/
iores vsq̄ ad lustrum: quod est spaciū quinq̄ an/
norum. Cuius signum est: quia quedā ossa Inno
centum inueniunt̄ que pretendūt etatem quinq̄
annoꝝ per quantitatē suam. Huius autez causa
potuit eē: quia timebat cum tot mirabilia dicerent̄
tur de puero: q̄ etatis maioris assumeret sibi for/
mā. Si autem infra bimos esse dicantur qui sunt
infra spacium continuū temporis: tunc infra bi/
mos sunt hi qui minoris sunt etatis q̄ duorum
annorum. Et ita dicit glo. q̄ ab etate vnius noctis
occidit pueros vsq̄ ad etatem duoꝝ annoꝝ. Pu
to q̄ vtrunq̄ fecit. Quia sicut timuit q̄ assumeret
sibi formā maioris etatis: ita timuit q̄ assumeret
sibi formā etatis minor̄ [s̄m temp⁹] Ecce Ra/
tio. Tempus autez quod exquisierat a maḡ fuit
iam quasi duorum s̄m Chrysosto. Quia vno an/
no ante natiuitatem stella apparuerat: ꝛ vnuz an/
nuz occupatus siluerat: ꝛ in secūdo anno fuit. Et
ideo sub illo tempore ꝛ s̄m illud tempus ꝛ supra:
occidit crudelis. ꝛ impius. Quia magis voluit
q̄ multi Innocentes perirent ad hoc q̄ solus nō
euaderet quē querebat: quod est impietatis. Pie/
tas enim magis eligit q̄ multi liberentur nocen/
tes q̄ q̄ vnus moriatur innocens. quia Nocētes
liberati: penitere possunt. Sed innocens mortu⁹
reuocari non potest. Et hec sunt verba Chrysosto.

Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem Vox in rama audita est: ploratus et vlulatus mult⁹: rachel plorās filios suos: ꝛ noluit consolari: quia non sunt.

Ecce Confirmatio per scripturam. Et dic̄ Duo. S
Scz. Impletionē: ꝛ Scripturā: que impleta est.
De Primo dicit [Impletum] simpl'r: Non
adimpletum: quia crudele factū fuit: ꝛ in illo do/
minus non addit [per hieremiam] .iij.ꝛ.xxxj.
[prophetam dicentē] ꝛ hoc prenūciantem: vt
sciret̄ q̄ cito christi persecutiōes inceperunt in hoc
mūdo [Vox in rama] Ecce Scriptura imple/
ta. Et tāgit Quattuor. Quorum Primū est Ex/
aggeratio facti per magnitudinē lamenti. Secun
dum est Q determiatur quorum fuit lamentū. ꝛ
Tertium Inconsolabilitas plorantiū. Et Quar/
tum Inconsolabilitatis causa. Circa Primuz di/
cit Duo. Magnitudinem enim lamenti determi
nat Per Clamorem: ꝛ Per Modum. Per Cla/
morem: quia clamor lamētantium siue [vox au/
dita est in rama] Et attende q̄ Rama est ciuit̄
tas Saul in sorte Beniamin. Sicut dicitur Jo/
sue.xix. Que quia metropolis fuit ibi maxim⁹ fuit
ploratus. Verius tamen est q̄ rama h̄ sit nomen
appellatiuū: ꝛ nō loci ꝓpriū. h̄ est in excelso: quia in

excelsum celum clamor ascendit. Jaco.v. Clamor
eoꝝ in aures domini sabaoth introiuit. Eccl.xxxv
A maxilla lachryme ascendūt vsq̄ in celum: ꝛ do/
minus exauditor nō delectabitur in illis [plora/
tus et vlulatus multus] Exaggeratio ē a mo
do plorat⁹. Est autē Ploratus ipsa lachrymatio.
Vlulatus autē sonus eiulantium pre multitudi
ne doloris. Vlulatus ꝓprie est luporū: quia ex ni/
mietate doloris bestialiter clamauerunt: rationis
obliti penitus. Nec sic miserabat̄ herodes. Thre/
norum.j. Plorans plorauit in nocte: ꝛ lachryme
eius in maxillis eius. Hierem̄.ix. Quis dabit ca/
piti meo aquas: ꝛ oculis meis fontem lachryma/
ruz: ꝛ plorabo die ac nocte interfectos filie popu
li mei [Rachel plorās filios suos] Ecce Qui
plorauerunt. Et videtur loqui incongrue. Quia
bethleem non erat in finibus beniamin. s̄z Jude:
qui fuit Lie: Preterea Rachel iam fuit mortua:
quomodo ergo plorauit? Dicunt quidā q̄ loqui/
tur propheta de filijs beniamin: qui occisi fuerūt
pro vxore leuite: quā libidine interfecerūt. Sicut
dicitur Judicū.xix. Sed hoc ridiculum est: quia
Propheta hoc dicēte ꝑ futuro diu hoc p̄terierat:
ꝛ consolatio reddita fuerat: ꝛ rachel diu mortua.
Vnde dicendū q̄ iuxta bethleem Rachel sepulta
fuerat. Sicut dicitur Genes̄.xlviij. Et a corpuscu
lo ibi sepulto ꝛ materno affectu dicit̄ plorare. Et ē
sensus: tanta fuit crudelitas q̄ etiam mortui si fie
ri posset plorassent. Preterea Sortes beinamin ꝛ
Jude erāt coniuncte. Et quia in finib⁹ adiacenti/
bus occidi precepit: multi de beniamin pueri fue/
runt interfecti. Et ideo ad Rachel istis duabus de
causis pertinet ploratus [et noluit consolari]
Nihil enim consolationis habebat tam enormis
crudelitas. Threnoꝝ.j. Non est qui consolet̄ eam
ex omnibus charis eius. Esai.xxij. Nolite incum/
bere vt consolemini me super vastitate filie popu/
li mei. Dies enim interfectiōis ꝛ conculcationis ꝛ
fletuum a domino do exercituū [quia non sūt]
Ecce Causa inconsolabilitatis: quia interfecti sūt
anteq̄ essent. Infantes enim perfectum esse natu
re nondum acceperant quādo sunt interfecti. Vel
[quia non sunt] h̄ est qꝛ ad non esse s̄m vitā na/
ture deducti sunt. Et iste due expositiōes sunt lit/
terales. Gen̄.xxxvij. Congregatis autem cunctis
liberis eius vt lenirent dolorem pr̄is: noluit con/
solationem accipere: sed ait. Descendam ad filium
meū lugens in infernum. Quidā exponūt q̄ Ra/
chel sciens gloriaz Innocentū occidendorum pro
christo: fleuit. qꝛ filij sui non ibi fuerunt occisi: sed
pro stupro vxoris leuite: qđ erat ei inconsolabile:
quia turpem causaz mortis acceperūt: ꝛ infantes
honestam.

Defuncto autem herode: ecce apparuit angelus domini in somnis Joseph in egypto: dicens. Surge et accipe puerum ꝛ matrem ei⁹: ꝛ vade in terrā israel. defuncti sunt enim qui querebant aīam pueri.

T Hic incipit Tertia pars capl'i istius: In q̄ agi/
tur de Relatione pueri iesu de egypto. Et diuidit̄
in Tres partes. In quaruz Prima ponit̄ Reue
latio de efferendo puero. In Secūda Obedien/
tia Joseph. Et in Tertia Confirmatio per prophe
tiam. Et hec patent in serie littere. In Prima ha/
rum dicūtur Sex per ordinē. Tempus videlicet
reuelationis. Dispositio reuelantis. Dispositio re
uelationem accipientis. Locus. Ipsa reuelatio. ꝛ
Causa reuelationis. Que se consequuntur in serie
littere De Tempore dicit [Defuncto autem
herode] qui fuit causa fuge Esa.xvj. Finitus est
puluis: consummatus est miser: defecit qui concul
cauit terram. Esa.xiiij. Contriuit dominus bacu/
lum impiorum: virgam dominantiū cedentē po/
pulos in indignatiōe plaga insanabili: subijcientē
in furore gentes: persequentem crudeliter [Ecce
angelus] Descriptio est Reuelant̄ Ab Euiden
tia: Ab Officio: Ab Autoritate: A Modo reuela
tionis mittentis. Ab Euidentia: quia se ipsum
demonstrat. Esa.xlv. Non in abscondito locutus
sum in loco terre tenebroso [angelus] id est nun
cius. Prouerbioꝝ.xxv. Aqua frigida anīe sitien/
ti: nuncius fidelis de terra longinqua [domini]
Psal.xc. Angelis suis mandauit de te vt custodi/
ant te ꝛc̄. [apparuit] potestas apparent̄. Sic̄ s̄
diximus. Osee.xij. Ego visiones multiplicaui eis.
Psal.lxxxviij. Tunc locutus es in visione cū san/
ctis tuis [in somnis] Dispositio est eius q̄ acci/
pit reuelationē. Per Modū: ꝛ Per Nomē. Per
Modū: quia in somnis. Gene.xv. Cum occūbe/
ret sol abraam accepit reuelationem. Idem dr̄ Job
iiij. Job.xxxiij. Per somnum in visione nocturna
quando irruit sopor super homines ꝛ dormiūt in
lectulo: tūc apit aures viroꝝ: ꝛ erudiēs eos instru
xit disciplinā [Joseph] Gen̄.xxvij. Ecce somnia/
tor venit Joseph [in egypto] Ecce Locus. Non
enim discernit locum: vbiq̄ adest suis. Matthe.
vltimo. Ecce ego vobiscum sum oīb⁹ diebus ꝛc̄.
Gene.xxvj. Ego ero tecū [dicens: Surge ꝛc̄.]
Ecce Reuelatio. Et precipit Tria. Euigilationez
ad opera exteriora. Curam laboris: ꝛ Reditū de
egypto. De Euigilatiōe autem ad opus: a somno
reuelationis ꝛ contemplatiōis: dicit. Surge. Esa.
xxvj. Anima mea desiderauit te ī nocte: đ mane vi/
gilabo ad te Psal. Sexagesimosecūdo. Ad te đ lu
ce vigilo. Canticoruz.ij. Surge propera [accipe
puerum et matrem eius] Exponendū est vt
s. [et vade in terram israel] Quia inde đbet
procedere illuminatio pueri in totuz orbem. Esa.
xix. Hereditas autem mea est israel. Esa. Sexage
simosecūdo. Terra tua non vocabitur ampli⁹ de/
solata: quia complacuit domino in te: ꝛ terra tua
inhabitabitur [Defuncti sunt enim] Tangit
hic Causam reuelationis. Sed queritur Qua/
liter dicat [defuncti] pluraliter: cum non lega/
tur nisi Herodes. Dicenduz q̄ vnus defunctus
est vita nature: qui fuit presidium ꝛ causa omniū
querentiū: ꝛ in ipso oēs alij defuncti sunt iniq̄/
tatis destitutione. quia nequierūt perficere quod
volebant defuncto pessimo herode. Et đ [qui q̄/
re. ani. pueri] Hoc est: animalē ꝛ naturalē vitā.

Anima eni hic dicit ab aialitate. Vel [querebāt aīam] nō fm substantiā que teneri ab hominibus nō pōt. sed fm actū animādi: qr sic extorqri potest Sic. iij. Reg. xix. Ego relict9 sum sol9: ⁊ qrunt animā meam.

Qui cōsurgens accepit pueruz ⁊ matrē eius: ⁊ venit in terrā isrl.

V In ista pte demōstratur Obediētia Joseph. Et habz Quattuor pagraphos. In qrz Prio Prōptitudo obediētie. In Scdo Dubitatio de loco māsionis. In Tertio Reuelatio vbi maneat. In Quarto Confirmatio p scripturas. In Prio horū Tria dicunt que impauerat angel9. Celeritas scz: et Adhibitio cure. et Perfectio pcepti angelici. Celeritas importat cū dicitur [Qui cōsurgēs] hoc est: tota intentōe mentis ⁊ corpis surgens: et impatū quod voluit angel9 p(al's pmpta) deuotione suscipiēs. Ezech. x. Vnūquodqz eorū ante faciē suam erat ingredi. Stabant eni prompta ⁊ parata ad obediendū voci que fiebat sup firmamentū aialia dei. Exod. xxiiij. Omnia q locut9 est dominus: faciemus. ⁊ erimus obediētes. j. Reg. iij. Loqre dñe qr audit seruus tuus [accepit puerū et matrē eius] vt dñm ⁊ dñam suaz. ps. ij. Seruite dño in timore ⁊c. [⁊ venit in terram israel] Ecce Perfectio pcepti angelici. Et dicit in cōmuni [in terram israel] Quia licz in aliq loco esset speciali: tamē nullū adhuc locum elegerat ad manendū. Genes. xxxj. Ad tuos ire cupiebas: ⁊ desiderio tibi erat domus pris tui. Volebat autē ire hierl'em: sciēs q puer ibi dare debuit illuminatōes: tñ dubitauit.

Audiens aūt q Archelaus regnaret in Judea pro Herode patre suo timuit illo ire.

Hec est causa dubitatōnis. Et attēde q Herodes defunctus quattuor reliqt filios. Herodem minorē: ⁊ Philippū: Archelaū ⁊ Lisaniā Qui regnū suuz in tetrarchias sub Impatore rhomano diuiserūt. Archela9 autē inter alios eleuabat ambiens totū regnū. Et ideo p ambitiōe illa ⁊ p sede regni hierusalē quā tenebat regnare dicit. Nō q in veritate in toto regno regnauerit. Et hoc est qd dicit [Audiēs aūt q Archela9 regnaret in Judea] h est: in sorte Jude [p pre suo] Cuz silis pri fuit i crudelitate ⁊ ambitiōe [timuit illo ire] Supple i Judeā ⁊ hierl'em: vbi putabat cōuenieti9 educandū esse puerz. Prouer. j. Prohibe pedē tuū a semitis eorz. Pedes eni eorz ad malū currūt: ⁊ festināt vt effundāt innoxiū sanguinē. Sz obijcit: q eadē rōe nō debuit in Galileam vbi alter fili9 Herodis regnauit. Et dicēdū q in hierusalē maior fuit freqntia pncipū ⁊ aliorz. ⁊ ibi min9 latere potuissz. In Galilea aūt apd paupes ⁊ cōtēptibiles nō estimabat aliqd magni esse. ⁊ ideo meli9 ibi latere potuit.

Et ammonit9 i somnis secessit in partes galilee. Et veniēs habitauit in ciuitate que vocat Nazareth: vt adimpleretur quod dictū est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur

Ecce Reuelatio. Et dicit Tria. Reuelationem. Locum cōmunem habitationis: ⁊ Locum specialem. De Reuelatione dicit Duo. Modum reuelantis. ⁊ Dispositionem accipientis reuelationez. X Modum reuelationis dicit [Et ammonitus] quoniā iam tantū Joseph profecerat in deuotione pueri ⁊ matris ⁊ familiaritate angeli: q non oportuit nisi fieri ammonitionez. Et ideo etiam non facit mentionem modo de angelo domini sicut prius. j. Corinth. xiij. Quādo factus sum vir euacuaui que erāt paruuli. Hebreorū. vj. Intermittentes inchoatōis christi sermonem: ad perfectionem eius feramur [in somnis] quādo strepitus exteriorum exclusus est: ⁊ caput cum Joanne inclinamus ad thesaurum sapientie ⁊ scientie dei obdormientis in pectore domini. Joānis. xxj. Sic Jacob dormiuit super lapidem solide veritatis ⁊ confessionis dei. Genes. Vicesimooctauo. ⁊ accepit reuelationem [secessit in partes galilee] Ecce Locus Cōmunis prouicie. Et ex modo loquēdi significat q vagabund9: propter timorē primo iuerit de villa ad villam. Hoc enim significat q dicit [in partes galilee] Hiere. xiiij. Quasi colonus futurus es in terra: ⁊ quasi vir vag9 declinans ad manendum. Jam enim demonstrabatur q postea pati debuit. Matth. viij. Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos: filius autē hominis non habet vbi caput suum reclinet [et veniens] postea: fiducia per ammonitionem angeli accepta [habitauit i ciuitate que vocatur Nazareth] In q forte notos habuit ⁊ amicos: quia ibi annunciatus fuit. Sicut dicitur Luc. j. [vt adimpleretur] Ecce Testimoniū scripture confirmans. Et quia hoc de gratia est: ⁊ etiam in illa superabundat deus supra veritatem pmissionis. Ideo dicit [vt adimpleretur] Psal. xc. Longitudine dierum adimplebo euz: ⁊ ostendam illi salutare meum [quod dictum est per prophetas] Non vnū sed multos: quia omnes concorditer tradunt florem virtutis esse christū. Hierem. in Thren. iiij. Candidiores nazarei niue: nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo: pulcriores sapphyro. Ose. Decimoquarto. Ero quasi ros: ⁊ israel germiabit quasi lilium: ⁊ erumpet radix eius vt libani. Dauid. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante dominum. Ezech. Tricesimosexto. Montes israel ramos vestros germinetis: ⁊ fructum vestrum afferatis populo meo israel. Canticorum. ij. Ego flos campi: ⁊ lilium conuallium. Esaie. xj. Egredietur virga d radice Jesse: ⁊ flos de radice eius ascendet. Glo. dicit q ibi Lxx. habent Et nazareus vocabitur. Et hoc est quod inducit [quoniam nazareus vocabitur] Flos etern9 patris: qr de vno celesti pre nascit. Flos matris virginis: Quia de vna matre in terra pducit. In flore ānūciat. In flore educat9: nō nisi

floribus respersis datur: qr pascitur in lilijs. Canticorum. j. Lectulus noster floridus. Vnde fm Translationē lxx. in Cant. dicit. Sicut dies verni circundabant eam flores rosarū ⁊ lilia conualliū. ij. Regū. xxiij. Cuncta salus mea ⁊ omnis voluntas: ⁊ nō est quicqz ex eo quod non germinet. Esa. vl. Gaudebit cor vestrum: ⁊ ossa vestra quasi herba germinabunt. Sic ergo dictū est De nati manifestatione fm omēs suas differentias.

Capitulum.III.

In diebus autez illis.

Hic incipit pars illa Que ē de Regeneratione: que refertur ad generationez christi: fm q nos regenerat sua generatione: causans nostram spūalem generationē: sicut in prehabitis dictum est. Diuidit autem in Duas partes. In quarum Prima Construit sacramentū regenerationis. In Secūda Instruit ⁊ docet illuminationez fm quā optet regnari Ibi [Cū autē audisset iesus q Joannes traditus esset] circa medium quarti. Sunt autez Tria in Baptismo. Quorz Primū est Usus quo ad materiā ⁊ actū: quo ad noticiam interius operantis in baptismo. Et quia hec erant ignota: indigebant introducēte. Et quo ad ista inducitur baptismus Joānis. Secundū autem est Virtus regeneratiua: collata aquis: Et quo ad h inducit baptismus christi quo baptizatus ē. Tertium autē est Effectus baptismi sup diabolo: qui baptizatos ex fonte impugnat. Sed vincitur pē fomitis debilitatem. Et quo ad hoc introducit tentatio christi ⁊ victoria sup diabolū. Et per se patet vbi iste partes incipiunt. Circa baptismū Joannis Tria dicunt. Quorz Primuz est Officiū baptizantis. Scdm aūt est Dispositio baptizandorum. Ibi [Tunc exibant ad eū] Tertiū est Declaratio interius baptizantis. Ibi [Ego quidez baptizo vos in aqua ⁊c.] Circa Officium baptiste Tria dicunt. Quorz Primū est Idoneitas Tēporis et Loci vbi predicauit et Quando. Scdm est Doctrina baptismatis q ad id quod inuenire vult in baptizando: ⁊ quo ad effectū. Tertiū autem est Cōmendatio baptiste. Et patent hec in littera. In Prima harum partiū tangit Tria. Quorū Primum est Congruitas tēporis. Scdm Descriptio baptiste. Tertiū Opportunitas loci in quo perficitur baptismus. De Congruitate tēporis Tria sunt notanda. Unū quo ad historie continuationem: q [In diebus illis] cum Jesus habitaret educatus in Nazareth. Non quidem stati postqz rediijt relatus ex egypto. Sed postqz impletum est tempus educatiōis: vt sibi esset relictus: ⁊ iam puenisset ad statum. Et hoc fuit vigintitrib9 annis (al's vicesimotertio anno) post reditum de egypto: qui tūc fuit Septem annorz: Qui cum vigintitribus faciunt triginta. Et Joannes non erat senior nisi sex mensibus. Et hoc est tempus quando robur est virtutis: ⁊ exiccatus est humor iuuenilis. Unde Lu. iij. dicit Et iesus erat incipiens quasi annorū trigita. Et hoc tempore Dauid regnauit. ij. Regū. v. Et Ezechiel pphetare incepit. Ezech. j. Et Joannes predicare incepit. Que autem gesta sunt medio tempore per totā infantiam saluatoris: non exprimunt Euangeliste nisi quod Luc. ij. dicitur. Et cum esset iesus annorū duodecim ascendit cum parentibus suis in hierl'm: ⁊ ostendit sapientiam in medio doctorum. Sed postea descendit cū parentib9: ⁊ erat subditus illis: Scdm qd notat in tempore: Determiatio a deo facta: ⁊ Congruitas ex parte regnātium temporibus illis. Et hanc describit Luc. iij. Anno qntodecimo imperij Tyberij cesaris ⁊c. Et subiungit. Factuz est verbū domini super Joannem zacharie filium in deserto. Et notatur tempus predicationis anteqz dei verbum fit ad nos: Non enim debemus nos ingerere. Unde Esa. vj. Quem mittam: ⁊ quis ibit nobis dixit domin9 anteqz Esaias iret. Et Hieremias excusat se anteqz vadat: cum dominus diceret. Ad omīa que mittam te ibis: ne timeas: ⁊ que mandauero tibi loqueris. Ezech. ij. Fili hominis ecce ego mitto te. Exod. iij. multum se excusat moyses. De Ingerentibus autem se dicit Hierem. xxiij Non mittebam eos ⁊ ipsi currebāt. Rhomanorz. x. Quomodo predicabunt nisi mittant: Tertium est Qualitas temporis: quia [In diebus] Non in noctibus: Sicut predicāt heretici. Clara enim veritas lucem querit. De Ipsa enim dicit Sapie. vij. Hec est speciosior sole ⁊ super omnem dispositionem stellarū luci cōparata inuenitur prior. Dignum enim est q lucis testis manifestetur in lumine. Joannis. j. Non erat ille lux sed vt testimonium perhiberet de lumine

Venit Joannes baptista predicans in deserto Judee: et dicens. Penitentiam agite: appropiquabit enim regnum celorum B

Quattuor dicit circa baptistam. Aduentū. Nomen: Officium: ⁊ Actum. In Primo notatur Et aliūnde venit qz de conuersatōe peccatoruz. Quasi De celo enim debet descendere. De deserto venire. De ocio contemplationis ad actionem sapiētie procedere. De Primo Joānis. iij. Qui de celo venit super omēs est. ⁊ quod vidit ⁊ audiuit hoc testatur. Philip. iij. Nostra conuersatio in celis est. ij. Corinth. xij. Raptum in tertium celum: ⁊ raptū in paradisum: ⁊ audiuit arcana verba. Quomodo enim inuitabit ad locum vbi nunqz fuit. De Secūdo Exo. iij. Minauit gregem ad iteriora deserti Vbi vidit visiones dei. De Tertio Exod Tricesimoquarto. Moyses loquebatur quando de cōtemplatione dei descendit: ⁊ resplenduit facies e9. ij. Corinth. iij. Nam omnes reuelata facie gloriaz domini speculantes: ⁊c. Psalm. Octogesimooctauo. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: et in lumine tuo exultabunt tota die: Et in iusticia tua exaltabuntur. [Joannes]

Nota te pdicates

Nota

Jn quo est gratia. Ad Rho.xv. Ueniens ad vos: in abundātia bñdictionis christi veniā. j.Cor.xv. Gratia dei sum id quod sum: z gratia eius in me vacua nō fuit. Lu.j. Uocabis nomen eius Joannes. erit ei gaudiū tibi z exultatio: z multi in ntitate eius gaudebūt[baptista] Ecce Officiū Mat.vl. Baptizantes eos in nomine patris z filij z spūssancti. j.Corinth.x. Omnes in moyse baptizati sunt i nube z in mari[predicans] ij.Timo.iiij. Predica vbū: insta opportune iportune[in deser. Iud.] A Duobus describit locū. Ab ipso loco: z Ab habitantibus. Desertus ei locus est aptus ꝯtemplantibus z penitentibus. Marci.vj. Secedite paulisp in desertū z requiescite. Ose.ij. Adducam eā in solitudinem: z loquar ad cor eius[Judee] Describit ab habitantibus in vicino (al's vicinio) vbi erat noticia scriptura (al's scripture) ista prenunciātis: vt testificata veritas citius acceptaret. Psal.lxxv. Notus in iudea deus[dicēs: pniam agite] Ecce Doctrina baptismatis Quo ad id quod inuenire vult in eo qui baptizandus est. z Quo ad effectum. Et hec Duo dicit. Primū em innuit quādo dicit[pniam agite] hoc est: pene tenentiā agite. Et tunc Tria dicit: Penā: que est in Contritione. Perseuerantiā: que est in Tenentia. Et Actū: qui est in Confessione z Satisfactione. Confessio em est expositio criminū: vt iudice eccl'iastico libretur satisfactio. Et hoc innuūt multe glose hic q dicunt ꝙ Penitētia est pterita mala plangere: z plangenda iterū non cōmittere. Dicit autē quedaz glo. ꝙ est prima virtus. Est em Prima: z est Uirtus. Multipliciter autē dicit Prima. Ex parte ei Jntellectus: prima est Fides. Ex parte aūt Affectus est Duobus modis. Primo scz Jn ordine ad bonuz: z Jn ordine contra malum. Jn Ordine ad bonum: Charitas est prima. Jn Ordine aūt contra malū Dupl'r dicit. Prima. Si em est cōtra maluz perpetrandū: tūc Timor est primavirtus. Si autem est contra malū perpetratū qd iam est cōmissum: tunc Penitētia est prima. Et hoc modo loquitur glo. Adhuc Penitētia sm triplicē sui cōsiderationem ponit in triplici genere. Si em accipiatur in ratione afflictiōis est in genere passionis. Si autē accipiat vt diluens peccatū: sic ē in genere Sacramenti. Si vero consideret vt eliciēs actuz detestatōnis peccati inqntum peccatū est: cum nullus actus talis eliciat nisi ab aliqua vtute: Penitētia in genere virtutis est spēalis virtus Sed attende ꝙ si ego considero peccatū: non inqntum peccatuz est: sed inquantuz contrariū est vtuti: Sic detestatio eius nō est Penitētie: sed potius illius vtutis cui peccatū est contrariū. Etsi peccatuz accipio prout adimit bonū gratie z nature. Sic detestatio eius: boni nature est vel boni gre potius q penitentie. Et per hec patet intellectus omniū glosarū[Appropinquabit enim regnum celorum] Ecce tangit Effectū. Est autem Regnū celorum Triplex. Unū quod intra nos est. Lu.xvij. Regnū celorum intra vos est. Et hoc est de quo dr Rhom.xiiij. Non est regnū celoruz esca z potus: sed iusticia z pax z gaudiū in spūsancto. Et per hoc regnat deus in nobis. Hoc em vt dicit Diony. est distributio legum: et preceptorum: z officiorum z graduum: z bonorum ad ciuilitatē sanctorum pertinentiū. Et hoc est Regnū: per quod deus regnat in nobis. Et sicut primū Regnū est anima veri (al's primi) regis. Cuius Jlluminatōes z Ordies z Leges z Actus multiplicati in gentem: ꝯstituūt Regnū: Jta istd Regnū primo est in mente dei: Et promulgatum in sanctos: facit Regnū celorum. Et id quod in celo est extra nos: simile est isti. sed magis est simile regno mentis diuine. Quod Tertiū est z Exemplar z Obiectū z Causa duorum regnorum aliorum. Et ꝯsistit in Tribus. Jn Jlluminatiōe eorum que ad regnuz pertinent. Et in Potestatibus regni. Et in Officijs exercitatis ad actum. Aliud est Regnū celorū extra nos. Quod est locus z honor z iocunditas regnantium in celo. Et hoc adquirit per primum. Tertium est Regnū: Qd est obiectū z cā istorum. Et hoc est deus in hoc z illud descendens. Sapi.iij. Dominabunt populi (al's populis) z regnabit illorum rex in ppetuum. Esa.xxxiij. Dominus rex noster.

Hic est enim de quo dictum est per Esaiam prophetam dicentem Uox clamantis in deserto parate viam domini: rectas facite semitas eius.

Ecce Cōmendatio baptiste A Duobus. Ab Officio testificato per scripturam. z A vite perfectione. Cōmendatio scripture est in Duobus. Jn autore. z Jn autoritate inducta. De Primo dr[Hic est] Significantiā notat pronomen. sensus: signāter est[hic] de quo tanta cura est deo ꝙ voluit euz pnunciari. Luc.j. Quisputas puer iste erit. Luce.j. Tu puer propheta altissimi vocaberis. Significatur enim per Prophetā. z vocat Altissimi propheta: z Angelus domini z Lucifer solis eterni. Helias invirtute. Precursor chri. Uox verbi: p Esaiā prophetā inter alios eximium. Ecci.xlviij. Esaias propheta spū magno vidit vltima: et consolatus est lugentes sion[Uox clamantis] Ecce Autoritas pphetie Esa.xl[Uox] inquā in qua formatur verbuz vt dr glo. Dicit autē Quid est Joannes: z Quid clamat. Est em[vox] quo ad officium[clamantis] quo ad intentionē spūs z autoritatis firmitatem. Uox autē Tria habet necessario ad minus. Spiritū tentū. Sonū. z Intellectuz quo pfert. De Primo dr Lu.j. Puer crescebat z cōfortabatur spū. Jbidem. Jpse preibit ante illū in spiritu z virtute helie. De Scdo Act.ij. Factus est repente de celo sonus. Ezech.j. Audiui post vocē cōmotionis magne. Apoc.j. Audiui post me vocem magnā tanq tube. De Tertio. j.Corinth.xiiij. Si nesciero virtutem vocis: ero ei qui loquitur mihi barbarus: z is qui loquit mihi barbarus. Et Jbidē Malo quinq verba i ecclesia loqui sensu meo vt alios instruam: q decem milia verborum in lingua. Dicit tamen Aug. ꝙ Uox: est verbi vehiculum: Sic Joānes vexit chrm in corda audientiū. Luc.j. Cōuertet corda patrum in filios: z incredulos ad C

prudentiā iustorum: parare dño plebē pfectā[clamātis] Auctoritatē notat z Intentōem. Auctoritatē ex trāsitiōe que est inter rectū z obliquum. Deus eni clamauit in eo. ij.Corinth.xiij. An experimentū qritis eius q in me loquit chrs. Et Sapientia Prouerbio.viij. O viri ad vos clamito: z vox mea ad filios hoim[Jn deserto] Postq ondit Officiū Joānis: p hoc ꝙ ē Uox clamātis: Cōsequēter ondit Actū quo ad oēs. Primo Jn his sine qbus nō est sal: z quo ad pfectos. Secundo q ad illos qui obligāt ad vlteriora. De Necessarijs aūt ad salutē oim tangit Quattuor. Ubi parādū Qualiter parandū. Quid parādū. et Cui pandū. Ubi parandū[in deserto] Est dsertū intra: cor desertū a gra. Et est desertū extra: vita vtutis in eccl'ia: vbi mūdus nō habitat. Primū est pandū p gratiā ad habitatōem dei z angelorum. Et de illo dicit. Jnuenit eū in terra deserta: in loco horroris z vaste solitudis. Deut. xxxij. Desertuz extra: vita bona in ecclesia: nihil cū humana habitatōe ꝯmune habēs. Geñ.xix. Noli respicere post tergū: nec stes in omni circa regiōe: in monte saluū te fac. ps. lxij. Jn terra deserta inuia z inaquosa: sic i sancto apparui tibi. Osee.ij. Adducā eā in solitudinez. et D loquar ad cor eius[parate] Ecce Scdm Jn quo intelligit Modus. Qd enim factuz est non ilico: patū est. Paratū ei est quod habet ad manus: et obedit ad nutū. Et hoc fit p vsum boni z cōsuetudinem Esa.j. Discite bñfacere. Hebre.v. Qui p cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretiōez boni ac mali.[via] Quid pandū: Uia mādatorum. ps.cxviij. Uiā māda.tuorum cu. cū dila. cor m. Hiere.vj. State sup vias vīas: z infrogate d semitis antiquis. z videte q sit via bona z ambulate in ea. Uia parat: Humilia siue defossa exaltando. Alta humiliādo. Curua dirigēdo. Polluta mūdādo. Aspa cōplanādo. Defossa: sunt p timorē carnalē: vel mundanū: in pusillanimitatē depssa. Alta: per psumptōem supbie elata. Curua: p distorsionem morū reflexa. Polluta ceno carnalis turpitudis lutulēta. Aspera: ira z odio exaspata. De Tribus primis z Ultimis dicit Esa.xl. Ois vallis implebit. z ois mons z collis humiliabit: z erūt praua siue curua in directa. z aspera in vias planas. De Quarto qd in medio ponit. j.Regū.xxj. Uia hec polluta est: sedz ipa sanctificabit hodie in vasis vestris[domini] Ecce Cui: Nō pecunie Ut questuarius. Nō mūdo: Ut fastuosus. Non diabolo Ut hereticus: Sed dñi via parāda est. Lu.j. Preibis ante faciē dñi parare vias eius. Ad dandam scientiā salutis plebi eius in remissionē pctorum eorū.[rectas] Hic tangit qd ptinet ad pfectos: qui i Cōsilijs student implēdis. Quattuor dicit. Rectificationē. et Qualiter rectificandū. z Ad quid. et Ad quē. Plato dicit ꝙ Rectū est breuissimum: et rectificat qñ consiliū sm verba implet. Sed Dispensatio incuruat a recto. Esa.xxvj. Uia (al's Semita) iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulādū. Qualiter:[facite] Non tm dicite. q Dicere parū rectificat: sed facere multū. Luce vlt. Potens in ope et smone. Act.j. Cepit Jesus facere z docere. Act.ix. Predicator futurus pficit ad facere

Jngredere ciuitatem: ibi dicetur tibi quid te oporteat facere Quid:[semitas] artas: sed pulcras compendiosas. Uias cōsiliorum videlicet artas. Sed pulcras z per breue ducentes obseruātias. Prouerbiorum.iij. Uie eius vie pulcre: z omnes semite eius pacifice. Ps.xxiiij. Uias tuas domine demonstra mihi: z semitas tuas edoce me. Ad quem ducentes: Ad christuz Esa.xxvj. Jn semita iudiciorum tuorū sustinuimus te: nomen tuum z memoriale tuuz in desiderio anime. Prouerbiorū.iiij. Uiam sapientie monstrabo tibi: adducam te per semitas equitatis: quas cum ingressus fueris: non artabuntur gressus tui: z currens nō habebis offendiculum. Et in eodem Caplo multa de hoc valde.

Jpse autem Joannes habebat vestimentum de pilis cameloruz: et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste et mel siluestre.

Hic cōmendatur Joannes a vite perfectōe. Et E sumitur Commēdatio a Duobus: in quibus pura consistit huius vite necessitas. Scz. A tegumēto vestis: z A cibo victus. Non enim erat dubitatio de domo: quia domum non habuit nisi antra deserti: que petijt teneris sub annis fugiēs turmas ciuium suorum. Et siquando venit ad hoīes: hospitabat in domo peregrina. Nec d potu erat questio: cui non prebebat nisi latex haustuz. De Jndumento autem Duo dicuntur. Tegens scilicet: z Cingens: eo ꝙ potius cinctum qualitercunq: q per incisionem z suturas corpori esset aptatū. Et hac de causa tangit zonam. Circa Primū dicit Duo. Primo enim signanter exprimit Joānem cum dic[Jpse autem ioannes] Quasi dicat[Jpse] Qui tante fuit sanctitatis ab infantia ꝙ christus credi potuit: Qui tanta de scripturis z angelo habuit preconia. Jpse inq[habebat vestimentum] Luce.xxiij. Si in viridi hec faciūt: in arido quid fiet:[d pilis camelorum] Jn quo notant Tria. Cōmunitas. Uilitas. z Asperitas. Cōmunitas: quod de facili apud quoslibet in terra inueniebatur. Uilitas ꝙ quasi nullius precij reputabatur. Asperitas: qua caro ita regebatur ꝙ macerabatur. Primum: contra exquisitionem fastuosam. Secundū: ꝯtra superbiam cecā: ignominiam credens fuco vestium celare. Tertiū: contra maliciam concupiscentie. De Primo Lu.xvj. Induebatur purpura z bysso. De Secūdo Ecci.xj. Jn vestitu ne glorieris vnq. De Tertio Jnfra xj. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus reguz sūt[zonam pelliceam circa lumbos eius] hoc est de corio simplici. iiij.Reguz.j. Uir pilosus zona pellicea pcinctus ad lumbos. Prouer.xxxj. Accinxit fortitudine lumbos suos zc.[Esca autem eius locuste] Non puto ꝙ fuerunt locuste vsitate: quia ille venenose sunt. Sed propter similitudinem saltuum potius q volatuum quedam auicule heremi sic dicebātur. Sicut z locusta ga-

D

manis vocatur. Has ergo comedit: ⁊ mella cum roribus descendētia comedit. Vel [mel] in concauitatibus arborum inuentum. j. Timo. vj. Habētes alimenta ⁊ quib⁹ tegamur: his ꝯtenti sum⁹

Tunc exibat ad eum hierosolyma: ⁊ omnis Judea: et omīs regio circa Jordanem

Hic tangit Baptismū ex parte baptizandorū. Tangit autem Duo. Generalitatē scȝ venientium ad baptismū. ⁊ Redargutionē quorundā non in deuotione aliorum venientiū. Circa Primuȝ tangit Quattuor. Scȝ. Qui exibant: ⁊ Ad quē: ⁊ Qui: ⁊ Ad quid. Sicut patet in littera. Exitus autem significat exitum de pristina cōuersatione. Hebreorū. xiij. Exeamus ad eū: improperiū eius portantes. Zacharie. ij. O o o fugite de terra aquilonis dicit dominus. Apocal. xviij. Exite de illa popul⁹ meus: ⁊ ne participes sitis delictorꝝ eius [ad eū] Ecce Quo exeunduȝ: vsqȝ ad Joannem: ꝙ conuersatione simus iuxta eum. Psal. l. xvij. Cum sancto sanctus eris ⁊c. Eccl. xxiiij. Transite ad me oēs q̄ concupiscitis me. Psalm. xxxiij. Venite filij audite me. Item Eodem. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Deut. xxxiij. Qui appropinquāt pedibus eius: accipient de doctrina illius [hierosolyma ⁊ omnis Judea ⁊c.] Tres diuersitates exeūtium hic determinantur. Hierosolymite: in quib⁹ significantur Prelati illius gentis. Quia in hierusalē erant Reges ⁊ pontifices. Per Judeam autem significātur alij de tribu Juda ⁊ beniamin. quia illi erant sub vno regno. Per Regionem circa Jordanem significantur qui remanserant de decē tribubus. Nec plures diuersitates erāt int' Judeos in cōmuni. Et sic turba de omni habitatione Judeorꝝ exiuit. De Duab⁹ p̄mis diuersitatib⁹. ij. Paralip. xx. O iuda ⁊ hierusalem. Ibi habēt Lxx. Judea ⁊ hierusalem nolite timere: cras egrediemini ⁊ dominus erit vobiscum. De Tertia Esa. ix. Primo tempore alleuiata est terra zabulon ⁊ terra neptalim: ⁊ nouissimo aggrauata est via maris trans iordanem galilee gentium. Tantū enim sanctitatis noue apparuit in precursore: vt nullus quantumcunqȝ esset iustus: se iustum in comparatiōe p̄cursoris reputaret. Et iō omnes currebant illecti speculo sanctitatis eius.

Et baptizabātur ab eo in Jordane confitentes peccata sua

F Ecce Ad quid exibant. Et tāgit Tria. Lauacrū baptismatis. Locus. ⁊ Preparatio precedens lauacrum Dicit [Baptizabantur ab eo] Act. xix. Joannes quidem baptizauit aqua: in eū qui venturus erat docens vt crederent. hoc est in iesū. Actuuȝ. j. Joannes quidem baptizauit aqua [in Jordane] Ecce Locus: q2 i Jordane figura baptismatis precesserat in transitu filiorum israel ꝑ vada Jordanis. Josue. iiij. Et in diuisione quando Heliseus diuisit aquas: percutiendo eas pallio Helie. iiij. Regum. ij. Et quando Naaman ad preceptum helizei lotus septies in iordane: recepit sanitatem a lepra. iiij. Regū. v. [confitētes peccata sua] Ecce Preparatio. Licet em̄ baptism⁹ christi: cuius introductorius fuit baptism⁹ Joannis: non requirat planctū ⁊ luctum exteriorem: tamen requirit penitentiā interiorem ⁊ peccati detestationem. quia aliter poneretur obex spiritui sancto: qui facit remissioneȝ peccati in baptismo christi. Sapie. j. Spūssanctus discipline effugiet fictum. Et vt hoc doceret Joannes: fecit eos confiteri peccata cum detestatione peccati. Sed incidit questio Utrum baptismus Joannis conferebat gratiam vel non. Quia dicit' Marc. j. ꝙ predicabat baptismū penitentie in remissionem peccatorum. Non fit autem remissio peccatorꝝ nisi ꝑ gratiam Ulterius etiam querit' Quare Joannes a baptismo suo dicit' baptista. Non aūt Petrus vel Paulus: licet illi etiā baptizarēt. Adhuc Quare dicitur baptismus Joannis quo baptizat Joannes: Non autē dicitur baptismus Petri quo baptizat petrus. Et tamē dicitur euāgelium Pauli quod predicat paulus. Et euangelium Petri quod predicat Petrus. Ad hec autem ⁊ omnia similia Dicendū ꝙ baptismus Joannis nullā conferebat grām. Et huius sunt Tres cause. Una quidem vera. ⁊ Due adiuncte. Vera est: quia non dabatur i forma que sanctificationē operatur in baptismo: que trine beatitudinis est inuocatio: vt dicit beatus Ambrosius: Sed dabat' in nomine venturi. quod non est forma baptismi. Ex forma em̄ sacr'm habet sanctificationē. Alia aūt est: quia adhuc non erat data vis regeneratiua aquis: q2 christus nondum erat baptizatus. Sed licet hāc causam q̄dā assignent: tamen nulla est: quia si hodie aliquis baptizaret' baptismo Joannis: nullā penitus reciperet grām. Tertia est: quia baptismus Joannis erat introductorius ad baptismū chri. ⁊ ideo conformis fuit sibi in actu intinctiōis ⁊ materia: Et sequebatur baptismus christi sicut perfectio. Et q2 quod ē introductorium alicuius: trāsit illo introducto non potuit conferre grām propter sui imperfectionem. Et quia nihil ibi erat nisi act⁹ Joannis: ⁊ non gratia diuina interius baptizās. ideo dicitur baptismus Joannis ⁊ nō christi. Sȝ christi dicitur oīe baptisma: in quo christi gratia lauat interius. Et ideo Pauli Jude Petri: Apostolorum aliorꝝ quorūcunqȝ baptisma quod i nomine trinitatis fiebat s'm formam quā tradit christus. Matth. vlt. Baptismus christi vocatur: q2 in illo baptizat christ⁹. Joānis. j. Super quem videris spirituȝ descendentē ⁊ manentē: hic est q̄ baptizat. Et ideo Joannes vocat' baptista a suo baptismate: ⁊ non Paulus vel alius baptizans: baptismo christi. Sed in predicatione euangelij non est nisi actus exterior. Et ideo predicantes predicant euangeliuȝ: ⁊ sunt Euangeliste. quia ex ipa re operata: euangelium non confert gratiā. Et ꝑ hoc patet solutio omnium.

Uidens autē multos phariseorum ⁊ saduceorum venientes ad baptismum suum. dixit eis. Progenies viperarū: quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira?

G Hic reprehendit quosdam non in fide debita ⁊ deuotione venientes. Tangit autem Quattuor. Scilicet. Reprehensioneȝ. Ueram penitentie instructionem. Eius in quo gloriabantur exclusionem. Futuri iudicij comminationeȝ. Et hec per ordineȝ patent in littera. Jn Reprehensione tangit Duo. Scilicet. Causam reprehensionis: ⁊ Moduȝ. Causa est quam dicit [Uidens autē multos phariseorum] Pharisei em̄ ex p̄sumptione religionis non confitebantur peccata sua que non habere recognouerunt. Luce. xviij. Phariseus stans apud se orabat. Gratias ago tibi domine: quia non sum sicut ceteri hominum raptores: Saducei autem dicebātur. Sadochei a sadoch: quod est iustus quasi iusti. quia magna exteriori iusticia pollebant. sed in fide errabant: quia resurrectionem non esse dicebant: nec spiritum aliqueȝ sine carne esse credebant. Deum autem per temporalia suos remunerare. Unde Jnfra: Saducei q̄ dicunt resurrectionem non esse: tentabant christuȝ de muliere septem viroruȝ. Matth. xxij. Hos igitur reprehēdit acriter. Et nota ꝙ sicut dicitur Luce. iij. Milites ⁊ publicani venerunt ad eum: ⁊ omnes benigne instruxit. Jstos autem solos acriter reprehendit. Quia isti non ex deuotione exiuerunt: sed potius ex indignatione: tentantes poti⁹ q̄ȝ credentes: ⁊ magis coram hominibus facientes: eo ꝙ multitudo tota fecit: et indignationem multitudinis sustinuissent si non venissent ad baptismum. Unde dicit [Progenies viperarum] Ecce Reprehēsio: Jn qua Duo dicit. Primo enim notat eos de vicio ⁊ Secundo dicit eis imminere penam. De Uicio notat: dicendo eos eē progeniem viperarum. Uipera dicitur vi pariēs. Et est serpens vel quoddam genus serpentis: qd̄ primo in sua generatione concipit ouum. ⁊ illud ouum intra vterum fotum exit ⁊ fit serpens. ⁊ tūc enititur ipsum mater cum pelle ⁊ testa oui. ⁊ multa sunt alia marina: ⁊ terrestria ⁊ repentia que sic pariunt. Et ideo dicitur ꝙ talia in partu lacerant vterum matris sue. Et sic pharisei ⁊ saducei lacerauerunt presumptione ⁊ heresi vterum synagoge. Esa. Quinq̄gesimonono. Oua aspidum ruperunt: ⁊ telas aranearum texuerunt: qui comederit de ouis eorum morietur. ⁊ qd̄ confotum est erumpet in regulum. Esa. Decimoq̄rto. De radice colubri egredietur regulus: ⁊ semen eius absorbens volucrem. Et nota ꝙ s'm naturam impossibile videtur ꝙ naturaliter aliquod genus animalis sic pariat ꝙ semper occidatur a partu. De hoc autem plura dixim⁹ in Libro d' Animalibus [Quis vobis demonstrabit] Quasi dicat: quia presumptio phariseorum non timet iram quam putat se non meruisse. Et perfidia saduceorum non timet eam: quia non credit futuram [Quis] ergo fideȝ faciens [vobis demonstrabit fugere a ventura ira?] Sapientie. ij. Hec dixerunt ⁊ errauerunt. Excecauit enim illos malicia eorum: ⁊ non iudicauerunt honorem sanctarum animaruȝ: nec mercedem sperauerunt iusticie. Matthe. Uicesimosecūdo. Dicit eis dominus: erratis nescientes scripturam neqȝ virtutem dei. Esaie. x. Ad cuius confugietis auxilium: aut vbi derelinquetis gloriam vestram. Joelis. ij. Magnus dies domini ⁊ terribilis valde: ⁊ quis sustinebit eum. Esa. Tricesimo. Ardens furor eius ⁊ grauis ad portanduȝ: labia eius impleta sunt indignatione: ⁊ lingua e⁹ quasi ignis deuorans: spiritus eius velut torrēs inundans vsqȝ ad mediū colli ad perdendas gentes in nihilum: ⁊ frenuȝ quod erat in maxillis eoruȝ. Danielis. vij. Fluuius igneus circa thronū iudicis.

Facite ergo fructum dignuȝ penitentie.

Ecce Jnstructio ad penitentiam. Et dicit Quattuor. H Quorum Unum refertur ad opera satisfactionis cum dicit [Facite] Alterum ad voluntatem informatam charitate dicēdo [fructum] q2 Frui est cum gaudio: ita et penitens de dolore debet gaudere ⁊ frui dolore ex charitate quam habȝ in deum. Tertium refertur ad arbitrationem pene contra culpam: quod fit in confessiōe. Quartū pertinet ad compunctionem: que est in corde cum dicit [penitentie] De Primo horum d' Rhomanorum. vj. Sicut exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato: Jta nunc exhibete vos deo supra penitentiam. j. Paralip. xxix. Populuȝ qui repertus est vidi cum ingenti gaudio offerre munera. domine deus israel custodi hanc volūtatem. De Tertio Deutero. Uicesimoq̄nto. Scd̄m mensuram peccati erit ⁊ plagarum modus. Apocalyp. xviij. Quantum glorificauit se ⁊ in delitijs fuit: tantū date illi tormentū ⁊ luctum. De Quarto Joelis. ij. Conuertimini ad me. Et sequit'. Scindite corda vestra. Ruth. j. Amaritudine me valde repleuit omnipotens.

Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abraam

Ecce Exclusio glorie generis: in quo gloriabantur. Putabant enim ꝙ merito promissionis facte ad Abraam omnes essent saluandi qui nati sūt ex ipso. Et dicit Duo. Primum est Exclusio inanis glorie. Secundum est Ratio exclusionis. De Primo dicit [Nolite dicere intra vos] Hoc est in corde. Psal. Tricesimoq̄nto. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. Matthei. ix. Ut q̄d cogitatis mala in cordibus vestris? [patrem habemus abraam] Quia respondetur vob' illud Joānis. viij. Si filij abrae estis: opera abrae facite. Et illud Esaie. lvij. Uos autem accedite huc filij auguratricis: semen adulteri ⁊ fornicarie. Esai. j. Ue genti peccatrici populo graui iniquitate: semini nequā filijs sceleratis. Ezechielis. xvj. Pater tuus amorreus: ⁊ mater tua cethea. Jdeo dicitur Esa. Sexagesimotertio. Abraam nesciuit vos ⁊ israel ignorauit vos. Joānis. viij. Uos ex patre diabolo estis. Rhomanorū. ix. Non qui filij sunt carnis: hi sunt filij dei. sed qui filij sunt promissionis estimantur in semine. Rhomanoruȝ. ij. Non

enim qui in manifesto iudeus est ⁊c̃.

Dico enim vobis quoniam potens est deus de lapidibus istis: suscitare filios Abrae

Ratio est Exclusionis glorie. Et Duo dicit. Assertionem. ⁊ Rationẽ exclusionis. Assertionẽ enim promittit: dicens. Dico enim vobis ꝙ constanter assero. Rhomanoꝝ.ix. Ueritatem dico in christo iesu nõ mentior [quia potens est deus de lapidibus ⁊c̃] Juxta ripam Jordanis duodecim illi iacebãt lapides quos Josue.iiij. de alueo Jordanis in ripam transferri fecit. Et illos demõstrasse dr̃ Joãnes: Et ꝑcabant gẽtiles frigidos ⁊ duros in Abrae promissione suscitatos. Et tunc non intelligitur de potentia absoluta: sed ordinata ꝑ cõsilium. quod est dispositio immobilis futuroꝝ. Quia sicut Judeos suscitauit de centenario ⁊ nonagenario. Propter quod Abraam dicitur petra. ⁊ vulua Sare cauerna laci Esa. Quinquagesimoprimo. Attendite ad petram de qua precisi estis: ⁊ ad cauernam laci de qua nati estis. Ita adhuc eadem potentia potest suscitare ⁊ hos filios. Matthe. Uicesimoꝑmo. Auferetur a vobis regnum: ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Malach.j. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnum est nomẽ meum in gentibus. Et premittit. Non est mihi volũtas in vobis: ⁊ munus non suscipiam d̃ manu vestra. Hic sensus confirmatur ex glo. que dicit ꝙ in h⁹ rei testimonium de⁹ de Sara genuit filiũ. Et est locutio impropria. quia corporalis (al's carnalis) actus non refertur in deum. Unde sensus est Fecit de potentia sua ꝙ nasceretur

Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittet.

[I] Ecce pars illa In qua comminatur iudiciũ futurum. Et Duo dicit. Primo Impendentem malis dei (al's diuini) iudicij sententiam. Secundo: Judicij illius penam. Primũ dicit sub metaphora: in qua comparat sententiam securi: ⁊ condẽnandos comparat arbori. ⁊ precipue synagogam: cui tunc impendebat securis. Et ex modo loquẽdi dicit extirpandam esse funditus synagogam a radicibus: Que radix fuit Regnũ in parte vna: ad legis obseruantiam cogens. ⁊ Sacerdotiũ in parte altera: legem docens: ⁊ Sacramenta legis exhibens. Que duo in proximo excidenda fuerunt. q2 iam ambo illa ad pontifices deuoluta fuerunt: et illi ad impietatem se conuerterant. Raro autem in scriptura comparat Sententia securi. Et comparatio est ad similitudinem precisionis: ⁊ sepi⁹ comparat gladio. Job.xix. Fugite a facie gladij: quoniam vltor iniquitatis gladius est. ⁊ scitote esse iudicium. Esa. Uicesimoseptimo. Uisitabit dominus in gladio suo duro grandi ⁊ forti: super leuiathan serpentem vectem: ⁊ super leuiathan serpentẽ tortuosum. Apocalyp.j. Gladius ex vtraq; parte acutus d̃ ore suo exibat [Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum] Infra Septimo. Mala arbor fructus malos facit. Sap.iiij. Fructus eorum inutiles ⁊ acerbi ad manducandum [excidetur] Luce.xiij. Succide eam: vt qd etiam terram occupat. Duplici enim ex causa exciditur. Scilicet. Si nullos. ⁊ Si malos fructus facit. Ezech. Decimoseptimo. Nonne radicem ei⁹ euellet ⁊ fructus eius distringet: ⁊ siccabit omnes palmites germinis eius ⁊ arescẽt. Daniel.iiij. Descendit vigil ⁊ sanctus de celo: ⁊ clamauit fortiter ⁊ ait Succidite arborem ⁊ precidite ramos eius. ⁊ excutite folia eius: ⁊ dispergite fructus eius [et in ignem mittetur] .j. Corinth.iij. Uniuscuiusq; quale sit opus ignis cõprobabit. Esaie.xxx. Succensa est ab heri tophet: nutrimenta eius ignis ⁊ ligna multa: ⁊ flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Joannis.xv. Mittetur foras ⁊ arescet: ⁊ colligent eum: ⁊ in ignem mittent: et ardet.

Ego quidem baptizo vos in aq̃ in penitentiam

Hic incipit declarare Interius baptizantem. [K] Et dicit hic Quattuor. Primum est Professio sui officij. Secundum est: Preeminẽs dignitas christi. Tertium est Efficacia baptismatis christi respectu baptismatis Joannis. Quartum autem est Examinatio futuri iudicij. Et hec patent per ordinem in littera. De Primo dicit Tria Actũ. Materiã: ⁊ Finem baptismatis sui. Actum quando dicit [Ego quidem baptizo vos] ⁊ actu assuefacio vos ad baptizationis christi actum [in aqua] Et per hoc demõstro materiã baptismatis [in penitentiam] quod est mei baptismatis finis. quia cum non conferat gratiam: oportet penitere vt efficiamini ad baptismum christi idonei. Joannis.iij. Erat Joãnes baptizans in ennon iuxta salim. quia aque multe erant ibi: ⁊ veniebãt ad eum ⁊ baptizabantur.

Qui autem post me ventur⁹ est fortior me est.

Ecce Secundũ In quo determinat preeminentem christi dignitatem. Et dicit Tria. Scilicet Aduentum christi ad baptizandum. Fortitudinem eius ad emundandũ. ⁊ Dignitatem eius ad regendum ⁊ ditandum. De Primo dicit [Qui aũt post me venturus ẽ] Sicut sol post luciferũ. Job. Tricesimooctauo. Nunquid producis luciferum in tempore suo sicut lucerna ante dominum. Ps̃. cxxxj. Paraui lucernam christo meo. Joannis.v. Joannes erat lucerna ardens ⁊ lucens: sicut Rex post preconis vocem. Esa. Quinq̃gesimosecũdo. Uox speculatorum tuorum leuauerunt vocem simul laudabunt ⁊c̃. Sicut iudex post precursorẽ. Malach.iij. Ecce mitto angelum meum qui preparabit ⁊c̃. [fortior me est] Ecce Fortitudo ad mundandum in baptismo a peccato. quod vires ministrauit diabolo. Matthe.xij. Luce.ij. Cũ fortis armatus. Nume. Uicesimotertio. Cuius fortitudo est sicut rhinocerontis. Job.ix. Si fortitudo queritur robustissimus est. Joannis.j. Qui post me venit ante me factus est ⁊c̃. Esai. Quadragesimonono. Nunquid tolletur a forti preda: ⁊ quod a robusto ablatum est saluabitur equidem. Esai. viij. Uoca nomen eius ⁊c̃.

Cuius non sum dignus calciamenta portare

Ecce Dignitas ad regendum ⁊ dominandum. Et notantur Tria. Unum in calceis: ⁊ Unum in ligatura calceorum. ⁊ Unum in lege discalceatorum. In portatura calceorum: notatur humilitas obsequij ꝑm litteram. ⁊ preparatio euangelij ꝑm vsum Et quo ad humilitatẽ obsequij sensus est. Non sit dignus ei humillimum obsequium exhibere: sicut si ad portandum calceos deportaret. Quo autem ad vsum calceorũ. Calcei ab attritione ⁊ pollutione ⁊ frigore pedem defendunt. Et sic euangelium quod portat predicator: defendit ab Attritione lassitudinis: ⁊ Pollutõe concupiscentie: ⁊ a Frigore cupiditatis terrene: per quam refrigescit charitas. Ephe.vj. Calceati pedes in preparatione euangelij pacis. Exod. Duodecimo. Calceamenta in pedibus tenebitis. Canticorum.vij. Quã pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Secundũ autem Calcei ligatura. Calceus est morticina pellis nostre mortalitatis quã assumpsit christ⁹. Pes autem est diuinitas: quã ad nos extẽdit Psal. Quinq̃gesimonono. In idumeam extendam calceamentũ meum. Corrigia autem: ẽ vnio diuine nature cum humana: quam soluere est penetrare per intellectum resoluentẽ: ⁊ scire qualis sit modus vnionis ad quod non est dignus Joannes: qui tamen sciuit per spiritum reuelantem. Joannis.j. Cuius non sum dign⁹ corrigiã calciamẽti ei⁹ soluere. Marc.j. Cui⁹ ego non sum dignus vt procumbẽns: soluam corrigiam calciamenti eius ꝑm legem discalceati. Attende ꝙ Deutero. Uicesimoq̃nto. Lex est ꝙ si quis fratrum decedit sine filio: frater defuncti precipitur vxorem defuncti ducere: ⁊ ꝑmogenitum ex ea susceptum nomine defuncti fratris vocare: ne deleatur nomen eius in israel: quam si forte ducere noluit. Mulier relicta defuncti talem in porta ciuitatis apud iudices interpellauit. Qui si monitus a iudicibus: adhuc nolẽs eam ducere perseuerauit: mulier cum coram populo discalciauit: ⁊ in faciem eius spuit: ⁊ vocabatur nomen dom⁹ eius Domus discalciati in israel. Tamen Ruth. iiij. propinquus Elimelech ⁊ noemi nolens ducere Ruth: seipsum discalciauit: ⁊ mulier in faciem eius non spuit Forte ideo. quia Ruth alienigena erat. Scd̃m hanc igitur legem sensus est. Non sum dignus soluere calciamẽtum christo (al's christi) ⁊ sponsam suam ecclesiam accipere: ⁊ nomen spõsi mihi vsurpare. Joã.iij. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi stat ⁊ audit ⁊ gaudet ad vocem sponsi ⁊ sponse. Omnes iste expositiones sunt in glo.

Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni.

Ecce Efficacia baptismi christi: in comparatione ad baptismum Joannis. Et tangit Duo. Primum: ꝙ Actus veri baptismatis christo est proprius. [L] Secundo In quo consistit Baptismatis verus effectus sicut in causa agente De Primo dicit [Ipse] discretiue: Non alius [vos baptizabit] Hoc est: charactere baptismi sigillabit. quia Character baptismi est illud quod est res ⁊ sacramentum in baptismo [in spiritusancto] Ecce In quo consistit Effectus: sicut in causa. Dicit autem Duo. Spiritum gratiam conferentem interius: ⁊ Ignem accendentẽ ad amorem. Uel Spiritum virtutibus replentem. ⁊ Ignem probantem per tribulationem. Uel melius In spiritu cõferente rem in baptismo contentam ⁊ causatã (al's causantem) [et igni] quo ad lucem Irradiationis: q̃ est res significata nõ cõtenta in baptismo. Actuum.j. Joãnes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritusancto: nõ post multos hos dies. Sed videtur falsum: quia nõ baptizauit in igne. Responsio: loquitur de igne qui descendit. Actuum.ij. quando spiritussanctus datus ad robur. sicut nobis datur in Confirmatione. quia ⁊ Confirmatio est perfectio vltima baptizati. Manet fomes post baptismum. ⁊ ex hoc debilitaretur miles christi: nisi contra eum acciperet confirmationẽ: quod facit ignis: Exiccans concupiscentiam. ⁊ Eleuans cor ad spem: ⁊ Illuminans ad agendũ. ⁊ Accẽdens ad amorem. Lu.xij. Ignem veni mittere ⁊c̃. Canticorum.viij. Lampades eius lampades ignis atq; flammarum. Esa. Sexagesimosecũdo. Egrediatur vt splendor iustus eius: ⁊ saluator eius velut lampas accendatur.

Cuius ventilabrum in manu sua: et permundabit aream suam: et cõgregabit triticum suũ in horreum. paleas autẽ comburet igni inextinguibili.

Istud est Ultimum de Futuro iudicio. Et tangit Quattuor. Primum ꝙ sibi data est iudiciaria potestas. Secundum ꝙ iudicio discretionis iudicabit: segregando malos a bonis. Tertium: ꝙ ad se cõgregabit bonos sicut fructum manentem. Quartum ꝙ vacuos a fructu licet fructuosis sint coniuncti: igni concremabit. De Primo dicit metaphorice [Cuius ventilabrum] hoc est iudicium discretõnis [in manu sua] hoc est: datum est ei in potestate. Joannis.j. Pater non iudicat quenq̃: sed iudicium omẽ dedit filio. Joannis.xij. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras Psal. Quadragesimosecundo. Judica me deus ⁊ discerne causã meam [et permundabit aream suam] Ecce Secũdum: Ubi tangit Discretiõnem quam faciet. Area autem est ecclesia quam permũdabit: eijciendo incredulos iudeorum. Unde etiam ventilabrum dicitur a vento ⁊ labendo. quia in vltima captiuitate in omnem ventũ sunt dilapsi. Ezechie.

v. In ventum dispergeos: z mundabis gladium post eos. Psal. Tricesimoquarto. Sūt sicut pulvis ante faciem venti: z angelus domini persequens eos ⌊z congregabit triticum.⌋ Hic dicit Qualiter ad se congregabit bonos sicut fructū manentem in eternum. Infra Decimotertio. Triticum congregate in horreum meum. Hoc enim propter puritatem z permanentiā significat electos. Joannis. xv. Ego posui vos: vt eatis z fructum afferatis: z fructus vester maneat⌊ paleas autem ⁊c̄.⌋ Quartum Qualiter cōflagrauit malos. Palee autem a radicibus tritici surgūt, z tritici fructum ferunt. Et significant eos qui dixerūt q̄ essent filij Abrae: z essent radicati in promissionibus patrum. Et forte fuerunt cognati prophetarum z sanctorum: propter quam affinitatē non parcetur eis. quia Palea nascitur de tritico: z profert triticum. Et tamen propter illam affinitatē nō liberatur ab igne: Ita z vos ⌊comburet igne gehenne inextinguibili.⌋ Esaie. j. Erit fortitudo vestra in fauilla stupe: z opus vestrū quasi scintilla: z succendetur vtrunq; simul. z non erit qui extinguat. Matthe. Vicesimoquinto. Ite maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo z angelis eius. Psalm. Quadragesimonono. Ignis in cōspectu eius exardescet: z flammabit in circuitu inimicos eius

Tunc venit Jesus a Galilea in Jordanem ad Joannem vt baptizaretur ab eo. Joannes autē prohibebat eum: dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me?

M Habito Introductiuo baptismi christi. Tangit de Virtute regeneratiua: que collata est aquis ex vi mūdissime carnis christi. Et diuiditur in partes Duas. Quarū Prima est De Baptismo christi: qui(al's quo) baptizatus est. Et Secunda est de Effectu ipsius. Ibi⌊ Baptizatus autem iesus confestim ⁊c̄.⌋ In Prima harum partium Quatuor dicuntur. Primum Aduentus saluatoris ad baptistam. Secundum: Et humilitate excusatio Joannis. Tertium: Reuelatio facta Joanni q̄ conueniens esset suus baptismus. Quartū Obedientia Joannis. Et hec patere possunt per ordinem in littera. In Primo horum Sex dicuntur. Scilicet. Quādo: Quis: Unde: Quo: Ad quem: z Ad quid venit De Primo horum dic⌊ Tūc⌋ scilicet quando Joannes venit ad Jordanem baptizans. Et hoc est: postq̄ venit iesus ad etatem virilem. Et hoc est quādo fuit annorum triginta. tredecima enim die tricesimi anni venit. Luce. iij. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorum triginta. Quasi dicat Quia tricesimus iam fuit inchoat⁹. Et est argumētum q̄si aliquis est vicinus triginta annis: etsi nondum compleuit q̄ potest promoueri. Tali etiam etate Dauid accepit regnū. ij. Regum. v. Primo enim anno natiuitatis sue tertiodecimo die: adoratus ē dominus a magis. Et tricesimo anno tertiodecimo die baptizatus. Et tricesimoprimo anno tertiadecima die: conuertit aquas in vinum. Et tricesimosecundo anno tertiadecima die vt dicit Beda: quinq; milia hominū de quinq; panibus z duobus piscibus satiauit. Adhuc tricesimo primo anno saluatoris: in pasca Joannes incarceratus est. Et post annuz est decollatus in sequēti pasca quādo saluator⁊ tricesimusecundus annus agebatur. Et deinde post annū quando tricesimustertius annus saluatoris agebatur in pasca dominus crucifixus est. Et sic dominus erat triginta duorum annorum z dimidij. Et hoc dicit Eusebius z alij fere omnes: Ita q̄ dimidius annus computetur inter nativitatem z pasca: per Synechdochen. Sed ſm Chrysostomū vixit per triginta tres annos z dimidium⌊. Tunc⌋ ergo in etate triginta annorum: Quādo z Joseph stans coram Pharaone: saluator mundi vocatus est. Bene. Quadragesimoprimo⌊ venit Jesus⌋ Ecce Quis venit: saluator. Et ideo non ad indigentiam sui: sed vt saluificeram virtutem regeneratiōnis cōferret aquis Psalm. Septuagesimotertio. Contriuit capita draconum i aquis. Unde z Hene. j. Spiritus vite primo apparuit in aquis quando spiritus domini ferebatur super eas. Sed tunc queritur: Quia si aque ex tactu saluatoris habent vim regeneratiuam: tunc non oportet nisi q̄ baptizandi intringantur sine aliqua inuocatione. Tunc enim illa vis operabitur effectuz in eis. Et ad hoc dicendum q̄ vis regeneratiua est in aqua ex tactu carnis saluatoris in potētia: que nō reducitur ad efficiendum effectum: nisi per inuocationem Trinitatis. Sed tunc dicitur q̄ illa vis non est in aqua nisi sicut in materia baptismi. Et dicendum q̄ hoc verum est. quia per eam efficitur aqua propria materia baptismi: Sicut quelibet res generata habet potentiam sue generationis in propria materia ex qua generatur: z non in alia⌊ a Galilea.⌋ Ecce Unde venit: Que ipso nomine significat transmutandos eos fore qui ad baptismum venunt. j. Regum. x. Mutaberis in virum alterum⌊ in Iordanem.⌋ Ecce Quo venit. Bene. Tricesimosecundo. In baculo meo transiui Iordanē istū. z nunc cum duabus turmis regrediar. Exē. Tricesimosecundo. Quo pulcrior est descende. Ecclesiastici. iij. Quanto maior es humilia te in omnibus⌊ ad Joannem.⌋ In quo est gratia. Dic est ecclesie minister. Non hereticus vel scismatic⁹: in quo nulla est gratia q̄ in forma: ritu z intentione ecclesie conferat sacramentuz. Ecclesiastici. Tertiodecimo. Omnis homo simili sibi sociabitur⌊ vt baptizaretur ab eo.⌋ Ecce Propter quid. Et ideo nihil recepit christus in aqua baptismatis: sed contulit aque vim regeneratiuam: sicut dictum est. Huius tamen z alie cause assignantur in glo. Ut scilicet baptisma Joānis approbaret: z Ut homo omnem iusticiam impleret z legis humilitatem. z Ut aquas sanctificatas per columbam in lauacro ostenderet. z Ut nemo q̄ntumliber sanctus a baptismo excusatus esset: si baptismi gratiam superfluam sibi iudicaret⌊ Joannes autem prohibebat eum ⁊c̄.⌋ Ecce Secundum istius partis Humilis videlicet excusatio Sed

videtur q̄ excusatio fuerit inobedientie: qz a spiritu dei ad hoc missus fuit. ergo excusare nō debuit. Joānis. j. Qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem z manentem super eum ⁊c̄. Adhuc hic prohibet eum. ergo cognouit eum. Joannis autē j. dicitur. Et ego non cognoscebam eum. Respōsio Excusatio non fuit Obstinationis: sed Pietatis z humilitatis. Pietatis quidem: quia pietatis visceribus afficiebatur circa eum: qui propter amorem hominum ita descēdit. Philip. ij. Exinaniuit semetipsum. Humilitatis autem: quia contremuit baptizare eum qui totius mundi peccata tulit. Simile aliquid passus fuit Petr⁹. Joannis Tertiodecimo. Non lauab mihi pedes in eternum. Dicuntur autem hic Tria. Primū est Prohibitio pia z humilis. Secundum est Ratio prohibitionis. Tertium autem Ammiratio humilitatis christi. De Primo autem dicit⌊ Joannes autem prohibebat eum.⌋ Luc. Quartodecimo. Recumbe i nouissimo loco⌊ ego a te debeo baptizari.⌋ Ecce Ratio prohibitōis. Hoc ē: ego a te debeo mundari. Quia sicut dixi supra. Tu es qui baptizas solus Sed qualiter cognouit eū Cum Joannis. j. dicat. Ego nesciebam eum. Responsio ſm Augustinum. Cognouit in persona: sed non in potestate baptismi: quam sibi soli retinere voluit. Vel dicatur Q̄ non cognouit eū primo. sed ex signis cognouit eum. Et tunc dixit verba ista. Licet enī postea sequātur: signa tamen processerunt. Et quod hic dicitur: per anticipationez introducitur. Sed qualiter dicit q̄ ab eo debuit baptizari: cum sanctificatus fuerit in vtero. Lu. j. Spiritusancto adhuc replebitur adhuc ex vtero matris sue. Responsio Sanctificatio licet purgeta peccato originali: z tollat proinitatez ad mortale: Tamen non tollit proinitatem ad venale: z ab illo debuit mūdari a christo⌊ et tu venis ad me.⌋ Istud est Tertiuz quod est ammiratio nis. Quasi dicat Cum omnia hec sacra sola voluntate perficere possis: mira est tua dignatio q̄ ita te humilias vt corporalibus operibus z passionibus subiiciens te hominibus: ista velis peragere. Et hoc pro certo conuenientissimum fuit sanande nostre miserie Job Vicesimotertio. Nolo multa fortitudine contendat mecum: ne magnitudinis sue mole me premat: equitatem proponat cōtra me. Equitas autem est equalitas satisfactionis: z cui fit satisfactio vt medium inueniat a mediatore. j. Timothei. ij. dei z hominū homine christo iesu. Et hoc non potuit esse per potentiam: sed per sacramenta quibus se subiecit.

Respondēs autem iesus: dixit ei. Sine modo.

D Istud est Tertium In quo illuminatur Joannes ad baptizandum christum. Et dicuntur Duo Primum quod dicit Q̄ permittat. Secundum Q̄ rationez permissionis assignat. De Primo dimo dicit⌊ Sine modo.⌋ Quasi di. Modo tempus est istius humilitatis ad reconciliantionem hominis. ij. Corinthiorum. vj. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salut⁹: nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Propterea enim omnia fecit vt nec ab homine nec a diabolo quicq̄ dici posset. Esai. Quadragesimonono. In tempore placito exaudiui te: z in die salutis auxiliatus sum tui. Psalm. Seragesimoquarto. Benedices corone anni benignitatis tue ⁊c̄

Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eum.

Hic assignat Rationem permissionis. Dicit igitur⌊ Sic.⌋ Hoc est: hoc modo q̄ ego Sacramenta instituam: z eisdem sanctificationem quā alios sanctificare valeāt conferam⌊ decet nos.⌋ Hoc est: conueniens est: q̄uis aliter de potentia absoluta procedere possem⌊ omnem iusticiaz.⌋ Que effectiue dicitur omnis iusticia: vt nullus ōpotentia conqueri posset. Hec enim est omnis iusticia effectiue dicta: vt redemptor se voluntate(al's voluntarie) humiliter ad sacramēta perficienda: z homo er humilitate se sacramentis exhibens: salutem redemptionis inueniat. Unde distinguitur gradus humilitatis. Quia in Sacramentis oportet q̄ maiori subiiciamur: a quo confertur nobis robur spiritus. Maiorem autem in multis sacramentis oportet subiici equali vel inferiori. Et sic humiliamur ad elementum corporeum: quod sub nobis est. Ita etiam aliquando oportet humiliari ad inferiorem ministrum. Et hec ē perfectio humilitatis i sacris Prouer. viij. Justi sūt sermones mei: z non est in eis prauum quid atq; peruersum. Esai. x. Consummatio abbreuiata inundat iusticiam. Matthe. vndecimo. Discite a me quia mitis sum z humilis corde. Joannis. Tertiodecimo. Exemplum dedi vobis ⁊c̄. Sic enī baptizatus qui figuratur in baptismatibus veteris legis z figuris: dum vis maris z iordanis implet⁹ per christuz: cum vacuus sit a iusticia sine ipo sicut z cetera que impleuit. Joannis primo. Gratia z veritas per iesum christum facta est⌊ Tunc dimisit eum.⌋ Ecce Quartuz: vbi Illuminatur de Sacramento humilitatis: humiliter adhesit. Et notabile est quod dicit⌊ tunc dimisit eum.⌋ Quasi dicat Nihil contulit ei: sed permisit fieri qō voluit. Quasi dicat Non mea voluntate(al's voluntas) sed tua fiat

Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut columbā: et venientem super se.

Hic tangit Christi baptismatis effectū. Et tangit hic Quattuor. Quorum Duo primo(al's primus) efficiūtur i baptizatis baptismo chri. Tertiū

autem est Sanctificās baptism⁹ (al's baptismū) christi. Quartum autem est Testimonium: ⁊ christi: ⁊ per christum baptizatorū. Primum est Ꝙ baptizatus confestim ascendit: Significās baptismate christi baptizaturos (al's baptizatos) statiz per virtutes ad celestem conuersationem ascendere. Psalm. Octogesimotertio. Ascensiones in corde suo disposuit. Gen. Tricesimoquinto. Surge iacob ascende bethel: ⁊ inuoca ibi ⁊c. Bethel ē domus dei [Et ecce aperti sunt ei celi] Effectiue quidez in seipso. Ad ingrediendū autem in membris. Ezechielis. j. Aperti sunt celi ⁊ vidi visiones dei. Actuum. vij. Ecce video celos apertos Sed queritur Quomodo baptismus celos aperit: cum hoc dicatur esse passionis quando romphea sublata est. Adhuc. Hoc videtur esse Ascensionis: quando christus actualiter in celum ingressus ē.

Responsio Dicendū ꝙ omnibus his tribus cōuenit aperire celos q̄tum ad diuersa que sunt in Janue apertione. Est in ea remotio obstaculi siue obicis ex pte intrantis. Et est solutio debiti ex parte eius ad quē intratur. Et est patefactio siue aditus vie. Et Primo quidem modo celū baptism⁹ aperit: quia tollit impedimentū ex parte nr̄a. Ps. Centesimosexto. Contriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos confregit: suscepit eos de via iniq̄tatis sue Secundo modo aperit Passio: que debituz adsoluit patri: oblatōne anime. Psal. Tricesimonono. In capite libri scriptū est de me: vt facerem voluntatem tuam deus meus volui. Hebreorū. ix. Quemadmodū constitutuz est hominibus semel mori: post hoc autem iudiciū. sic ⁊ christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Quo ad Tertium aperit Ascēsio. sicut habet Jo. Quartodecimo. Vado parare vobis locuz. Michē. ij. Ascendit pandens iter ante eos [Et vidit spiritum domini dei descendentem] Ecce Effectus: quo ad christum prout aquas sanctificat demonstrandum. Et ista species columbe soli (al's solum) conuenit spiritui. Sicut sola assumptio humane nature conuenit soli filio. Et vox sonans soli ꝯuenit patri. Et figuratū est Gen. viij. Ubi Noe emisit columbam: que retulit in ore ramum virentis oliue. Quod signum fuit misericordie et purificationis complete per aquam. Canticoruz. v. Oculi eius sicut columbe: que lacte lote super riuulos aquarum: ⁊ resident iuxta fluenta plenissima. Fluenta enim illa sunt vnde baptismatis [et venientem super se] Gene. octauo. Cum non inueniret vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad arcam. Esai. vndecimo. Requiescet super eum spiritus domini.

Et ecce vox de celis: dicēs. Hic est filius me⁹ dilectus: in quo mihi complacui

Tria notat. Claritatem: Originem: ⁊ Significatum vocis. Unde Luce. iij. dicitur ꝙ audita est vox: que non audiretur nisi clara esset. Sed tūc queritur Quare alij non audierunt vocem: cū corporaliter sonaret in gere: vt dicit glosa. Respōsio: Dicunt quidam ꝙ forte non erant presentes. Sz hoc nihil est. quia Joānis primo. dicitur. Medius vestruz stetit quem vos nescitis Respōsio Ꝙ sicut in alijs spiritualia non percipiuntur ab animalibus: Ita nec ista. Quāuis enim corporaliter sonaret: non tamen ad omnes sonuit. Etsi corporalis sonus forte ad quosdam venit: non nisi confusum sonum receperunt. Sicut in simili facto dicitur Joannis duodecimo. ꝙ Vox venit de celo: q̄ dixit filio petenti clarificationem patris. Et clarificaui ⁊ clarificabo. Dicebant quidam angeluz locutum esse. Quidam autem tonitruum factū esse. Quia patulam aurem habens ad carnalia: ⁊ clausam ad spiritualia: percipit corporalem sonū: que spiritualia sonant: sed intellectum vocis non intelligit. Joannis tertio. Spiritus vbi vult spirat: ⁊ vocem eius audis: ⁊ nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui nat⁹ est ex spiritu. Hec enim licet sint corporalia: Tamen ⁊ a spiritu ⁊ ad spiritualium vsum: ⁊ a virtute spiritus sunt mota: ⁊ non percipiuntur nisi ꝑm potestatem spirit⁹. j. Corinthiorū Quartodecimo. Nemo audit: spiritus tamen loquitur mysteria. Originem tangit cum dicit [de celo] Hoc est de altitudine patris glorie. ij. Pet. j. Voce delapsa ad eum a magnifica gloria. Marc. primo. Vox d̄ celo facta est. Tribus autem vicibus sonuit. In Baptismo. Mathe. primo. Luc. tertio. In Transfiguratione Infra Decimoseptimo. Luce. ix. In Passione. Joannis duodecimo. In Baptismo filium nominat propter filios adoptionis. In Transfiguratiōe propter gloriam resurrectiōis in capite ⁊ in membris. In Passione: propter declarationem redemptionis [Hic est filius meus] cōsubstātialis. Psal. Centesimonono. Ex vtero ante luciferū genui te [dilectus] Joānis tertio. Pater diligit filium: ⁊ omnia dedit ei in manus [in quo mihi complacui] Quia nihil in eo dissimile inueni. Sapiētie. iiij. Placens deo factus dilectus. Canticorum primo. Ecce tu pulcer es dilecte mi ⁊ decorus. Vel [complacui] qui in Adam exasperatus fui: ⁊ in diluuio d̄ homine facto tactus dolore cordis intrinsecus penitui. Ose. vndecimo. Conuersum est in me cor meuz: pariter penitudo mea conturbauit me. non faciam furorem ire mee. Nō conuertar vt dispergam effraim: quoniam de⁹ ego ⁊ non homo in medio tui sanctus. Hierem. Tricesimoprimo. Conturbata sunt viscera mea sup eū: miserans miserebor eius ait dominus. Unde sensus est [Hic est] discretiue [filius meus] consubstantialis: In cuius spiritu alios adopto in filios. Gala. quarto. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantē Abba pater [dilectus] eo modo quo dilectio (que spiritussanctus: fluens a me in eum. ⁊ econuerso ab ipso in me) complectitur eos qui in spiritu suo adoptantur. Quia hominum naturam assumens: filium hominis naturalem mihi filium fecit. Et ideo [in ipso mihi complacui] sicut in genito: in quo natura mea. que pascit voluntatem meam sicut pascor fruēdo

me ipso: quia Dilectio: impetus est bone voluntatis in amatum. Libitum autem dulcedinem volenti ⁊ amati pregustans. Sed Complacitum est tota simul ⁊ perfecte in amato pascens. Et quia sic eo fruor pascens oblit⁹ doloris: induco aquas nō diluuij: sed in spiritu: diluentes peccata. Et ideo etiam spiritus descendit vt in aquis animaz viuam faciat sicut a principio. Unde Primo ferebatur ⁊ fouerat aquas. In columba autem descendit. q̄ sine felle eos facit quos vnda baptismat ⁊ abluit.

Capitulum. IIII.

Tunc Jesus ductus est in desertum a spiritu.

Sanctificato sacramento regenerationis: per quod Filij adoptionis regenerandi sunt anteq̄ incipiat regnare per doctrinā ⁊ doctrine confirmationem: ponit pugnam ⁊ victoriā contra diabolum: qui nisi ille victus sit: impedit regenerandos. Propter quod ecclesia inuenit exorcismos: quibus adiuratur ⁊ ligatur ne impedire possit regenerandos: quo minus consequantur regenerationis sacramentum. In Tentatiōe autez ista Tria ponit. Arma videlicz eius q̄ tentatur: vt nos talibus doceat vti armis. Et Ipsam tentationem: ⁊ Effectum tentationis: quem dispensatiue in se christus exhibuit: ⁊ ꝑm veritatem in nobis efficitur. Et hec in littera sunt ꝑm ordinem: vt per se patet. Arma enim eius qui tentatur sunt Spiritus cogens ⁊ ducēs: ⁊ Desertum ab impedimentis expediens. Tentatio autem est diaboli persuasio ⁊ impulsus: ⁊ cetera que patebūt. Effectus autem est exhibitio presidij angelorū ⁊ ministerium.

Circa Primum tangunt Duo. Scilicet. Munientia Jesum contra tentationem: ⁊ Faciētia tentationis opportunitatem. Et hoc est esuries ⁊ perfectio magni ieiunij. Circa primum horum tanguntur Quinq̄. Tempus videlicet: ⁊ Nomē tentati. ⁊ Spiritus ducens. Locus. ⁊ Intentio. Primuz igitur est Tempus cum dicit [Tūc] Quando videlicet baptismum accepit. Quando columba super eum mansit. Quando vox patris de dilecto ⁊ complacito personuit. Instruēs nos si debeamus contra tentatorem progredi: ꝙ regenerati simus vt esse habeamus. Jacob. primo. Voluntarie genuit nos verbo veritatis: vt simus initiuz aliquod creature eius. Tunc enim creamur vt simus. j. Pet. primo. Regenerauit nos in spem viuam. De Descensu columbe. Psalm. Quinquagesimoquarto. Quis mihi dabit pennas sicut columbe. Penne enim sunt Gratie donorum ⁊ virtutum plenitudo. Canticorum secūdo. Columba mea in foraminibus petre: et in cauerna macerie. Foramina petre: vulnera christi. Cauerna foramē lateris: quando iam murus ossium corporꝫ maceratus fuit per exanguinationē ⁊ exanimationez ⁊ penas: ⁊ extensionem ⁊ clamores. De Voce patris: quando iam diligit te pater: ⁊ complacet sibi in te sicut in filio dulcissimi spiritus: vt sis ille filius dextre in quo dextera domini fecit virtutē: quē ⁊ exaltauit ⁊ virtutum magnalia operata est. Beniamin dico. De quo dicit̄ Deuterono. Tricesimotertio. Beniamin amantissimus domini habitabit confidēter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur: ⁊ inter humeros illius requiescet. Thalamus enim eris per pacem cordis: ⁊ inter humeros eum portabis per subleuationem sui oneris. Sic ergo Tunc [iesus] qui p̄sentia (al's presentiam) in se habuit diuinitatis. ij. Corinthiorꝫ. Tertiodecimo. An experimentū queritis eius qui in me loquitur christus. Exod. Tricesimotertio. Si nō tu ipse precedis: nos non educas de loco isto. Iste est ergo tentat⁹. ij. Machabeorꝫ. vndecimo. Cūq̄z pariter prompto animo ab hierosolymis ad bellandum procederent: apparuit precedens eos in veste candida: armis aureis hastam vibrans. tūc simul omnes benedixerunt misericordem dominum: ⁊ cōualuerunt animis. Non solum homines: sed ⁊ bestias ferocissimas: sz ⁊ muros ferreos parati penetrare. Precedens enim contra tentatorē est dominus iesus. Vestis candida: virtus innocentis vite. Arma aurea: gratia diuinitatis splendore cōiuncta. Hasta pungens: zelus acutissime sitiens: deuz vincere ⁊ hostem deijcere. Hic (al's Hoc) eūī si sic in corde precedit: audacter congredere. quia ⁊ seuitiam bestialem: ⁊ astutiam humanā: ⁊ munimenta murorum: quibus multos cōcludit: interrumpes (al's irrumpes) ⁊ superabis. Hic ergo talis [ductus est a spiritu] Cōstat ꝙ a spiritusancto qui ab ipso procedit in plenissimo robore. Nō solum habuit: sed etiam in copia in alios transfudit. Unde Luc. quarto. dicitur ascendisse de aqua spiritusancto plenus. ⁊ ꝙ agebatur spiritu in desertum. Agi autē plus sonat q̄z duci. Agi enim est quasi cogi. ⁊ Intendit dicere Ꝙ nature motum etiam in naturalibus preuenit: mouens ⁊ agens spiritus. Et cum esset in opere ad finem opis: Duxit idem spiritus. Concupiscentia autem vel aliq̄ alia mala passio: nunq̄z egit eum. Nō ergo te agat actrix concupiscentia carnis ⁊ sanguinis ⁊ nature motum preueniat agens spiritus: ⁊ Ducat ad finem optimum: tunc egrederis cum iesu. Job Tricesimonono: Clamorem exactoris non audit. De Actu autez spiritus preuenientis nature impetū etiam inuenis. Rhomanorum. viij. ⁊ Gala. quinto. Quicunq̄z spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt. Signum huius est ꝙ cū esuriret: non dixit ꝙ fieret panis ex lapidibus: sed preueniens nature impetum spiritus misit ad recordationez refectionis spiritualis. Si enim nature impetus p̄ueniat spiritum: infirma est natura ad standum. Si vo concupiscentia carnis preueniat: iam cecidit anteq̄z percutiatur ab hoste. De Ductu spiritus Esai. Sexagesimoquarto. Spiritus domini ductor eius fuit. Sic eduxisti populum tuum: vt faceres tibi nomen glorie. Deut. xxxij. D̄ns solus ductor e⁹ fuit.

B ⁊ non erat cum eo deus alienus[in desertum]
Ecce Locus tentationi congruus. Ibi enim non
habet adiutores diabolus. Inter mundanos eni
inuenit concupiscibilia per que trahit affectus et
linguas malorũ: per quas subuertit aliquãdo i-
tellectum. Et ideo Genes. xix. precipitur Loth: vt
non stet in omni circa regione: sed in monte saluũ
se faciat. ij. ad Timotheũ. ij. Nemo militans deo
implicat se secularib9 negocijs: vt ei placeat cui se
probauit. Nam ⁊ qui certat in agone non corona-
tur nisi qui legitime certauerit.) Corinth. ix. Ois
qui in agone cõtendit ab omnibus se abstinet. Est
autem desertum locus: sui qualitate cõmunez ha
bitationẽ in se fieri non permittens. Et hoc est ha
bitatio spiritus. Et attẽde ꝙ Concupiscẽtia car
nis immẽsa est ⁊ infinita in desiderijs. Est autem
in nobis mens a metiẽdo dicta: que primo mensu
rat: ⁊ metas ponit concupiscibiliũ ⁊ operũ nostro
rũ. Sicut: ꝙ Tunc: ⁊ Tantũ: ⁊ Taliter comeden
dũ: Et sic a venereis abstinendũ: ⁊ mulieri nõ cõ-
miscendum: nisi limes sit fides thori: vel proles.
⁊ huiusmodi. Et hec mens (que est principium
virtutis in nobis) deserta ab habitatione carna-
lium: quia immensitatẽ ⁊ infinitatẽ sequitur caro
sicut dictum est. Alia autẽ mens altior in nobis:
que nõ modo exteriora operabilia per nos mensu
rat: sed mensurat nosipos. Ut videlicz Nihil sen-
suum: Nihil imaginationũ: Nihil cogitationum:
Nihil affectuum. Nihil voluntatũ. et Nihil stu-
diorum, et tandem Nihil motuum sit cui metas
sapientie non ponat: et in freno non contineat. Et
hec Mens continentie vocatur. quia Continẽtia
ab Aristotele diffinit᷑ Q est mora in mente. quia
totam vitam animalẽ et humanam continet: ne
aliquid sui elabatur. Hic Ecclesiastici. xv. voca-
tur Continens iusticie: qui et apprehendet sapien
tiam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Al
tiorem autẽ habemus mentẽ que mensurat ea q̃
supra nos deum et spiritualia per rectas rationes
apprehendens. et se illis quantum valet adeq̃ns
et cõmensurans. Et ad illam etiã caro nunq̃ pe-
netrat. Primi deserti tyrones sunt virtuosi di-
cti in moribus. Secundi deserti milites sunt he-
roes heroicarum siue dominaliũ virtutum prefe
rentes vocati. Et Tertij sunt probatissimi spiritu
alium intellectuũ duces: prout etiam philosophi
diuidũt virtutes in Morales ⁊ Heroicas ⁊ In-
tellectuales: siue Contemplatiuas. Illi qui pri-
mis opponuntur sunt viciosi. Contrarij secũdis
sunt bestiales siue animales vocati. Sed contra-
iacentes tertijs sunt in diuinis actibus huius vi
te abducti. In Primo horuz desertorum clamat
Joannes: In quo est gratia virtutis. Ad Secũ-
dum inuitat christus discipulos. Marci. vj. Ue-
nite in desertum seorsum: ⁊ requiescite pusillum.
In Tertio In interioribus intrat Moyses: ⁊ vi
det visiones dei magnas: Exodi. iij. De omnib9
simul Exodi. v. Ibimus viam trium dierum in
solitudinem: vt sacrificemus deo nostro. Genes
xxij. Uenit Abraam tertio die ad montem visio-
nis in deserto. Sic ergo non tam loco q̃ mundo
(al's viuendo) [Ductus ẽ Jesus in desertũ]
q̃: vel potius: subductus. In his enim est abun-
dantia spiritus ⁊ adiutorium contra tentatorem
(al's tentationem) Psalm. Sexagesimoquarto.
Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles
accingentur. Esa. Tricesimoq̃nto. Letabitur deser
ta ⁊ inuia: exultabit solitudo ⁊ florebit quasi lili-
um germinans. germinabit ⁊ exultabit letabũda
⁊ laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli
⁊ Saron. Primo eni deserto datur decor carme-
li: qui scientia circuncisionis interpretatur. Quia
mensurando precidit superflua per medium vir-
tutis moralis. Secundo datur gloria libani: co
ꝙ in tanto candore continentie ambulat: ꝙ nõ vi
detur imitari homies. sed herilis: heroes imitatur
celestes. Tertio datur decor Saron. qui princi-
pans lumini celi iterpretatur. quia admirabiles
in lumine celi inuenit decores: puritate ⁊ firmita-
te omnibus excellentiores. Ideo etiam Tria hic
ab Esaia dantur ei nomina: quia primum est de-
sertum ⁊ non omnino inuium. Secunduz deser-
tũ est inuium: non tamen omnino solitudo. Sed
Tertium est desertum: ⁊ inuium ⁊ solitudo. quia
omnino (al's omni modo) vult habere solitudinẽ.
Omnia autem germinant ⁊ omia florent ⁊ omia
laudant. ⁊ omnia letantur ⁊ letabunda sunt. Lu.
primo. Puer ioannes crescebat in primo deserto:
Et confortabatur spiritu in secundo. Et agẽs erat
in tertio: vsq3 in diem ostensionis sue ad isrl'. Ibi
enim reuelationes accepit de officio sue precursio-
nis. Sic ergo Jesus ductus est a spiritu in de-
sertum.

Ut tentaretur a diabolo.

Hic tangit Intentionem saluatoris. Et dicit
Duo. Tentationem: ⁊ Tentatorem. Diaboli eniz
officium est tentare Uidetur autem inconueni-
enter dicere quãdo dicit [Ut tentaretur] quia
Cuz omis christi actio nostra sit instructio: vide-
tur nobis dare viam ꝙ exhibeamus nos tẽtatio-
nibus. Et hoc ẽ incautuz valde. Responsio Dicen
dum ꝙ aliqua in christo debemus imitari: ⁊ ali-
qua mirari. Quecunq3 sunt opera virtutum imi-
tari debemus. Que autem sunt potestatis: imita-
ri non possumus nec debemus: sed ammirari. Et
istud est vnum de illis quo obijcit se illi qui ita for
tis est: Sicut dicitur Job. Quadragesimoprimo.
Q non est potestas super terrã que ei valeat com
parari: qui factus est vt nullum timeret. Hoc eñ
facit ex fortitudine deitatis. quia sic fortior est for
ti. Matthe. duodecimo. ⁊ Luc. vndecimo. Dũ for
tis armatus custodit atrium suum: in pace sunt
omnia que possidet. Ratio autem quare facit est
Duplex. Una de preterito: ⁊ Altera de futuro. De
Preterito. quia sicut portauimus imaginem pri
mi Ade victi a diabolo. Ita debem9 portare ima
ginem secundi: quam portare non possemus nisi
vinceretur ab eo diabol9. quia non possemus ex-
poliare imaginem primi. De Futuro aũt Rõ est q̃
supi9 inducta ẽ. q2 cũ ꝯstruxerit sanctificando rege
nerationis sacramentũ. per qd regenerati: portare

debemus imaginẽ suã. hanc in agnitiõe sue doctri
ne percipere non possemus: nisi prius debilitato
hoste. quia ex victoria primi hominis dominaba
tur in nobis. Et idõ ꝯueniebat christũ cõgredi. Et
iste cause non sunt in nobis. Et ideo nostre infir-
mitatis nobis conscij: non debemus nobis facere
tentationũ occasiones Etsi obijciatur ꝙ Dauid
dicit Psalm. Uicesimoq̃nto. Proba me domine
⁊ tenta me. ⁊ Psalm. Centesimo tricesimooctauo.
Uide si via iniquitatis in me est. Dicendum est ꝙ
Aliud est tentari a deo per tribulationem. ⁊ Aliud
tentari a diabolo per illicitorum suggestiones. Et
Primum quidez possunt petere aliqui magni vi-
ri: experti vires suas: vt hic vrat ⁊ hic secet: ne sau
cij vadant vrendi in ignem purgatorij vel inferni.
Secundum nullus debet petere. quia hoc non est
in pena: sed in illicitis suggestis ⁊ concupis
Attendendũ autem est hic Quid sit tentatio:
Que tentatiõis incitatio (al's incitatiua) Qui mo
di tentationum: Et Per que diabolus tentat. Et
Quãdiu. Equidem potius tradendo q̃ dispu-
tando diffinimus Dicẽtes ꝙ Tentatio est impul
sus tentatoris ad illicitum. Uoco autem impul-
sum omnem inclinationem ⁊ inuitationẽ (al's in-
citationem) qua quis ducitur ad illicitum concu-
pitum: vel dictum: vel factum. Incitatiua autẽ
tentationis Quedam sunt extra nos: ⁊ Quedam
in nobisipsis. Extra nos sunt Tria: in quibus
sunt fines ⁊ intentiones desideriorum carnalium
Et illa sunt de quibus dicitur. j. Joan. ij. Omne
quod est in mundo aut est concupiscentia carnis:
aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite.
Et illa sunt que vocantur Delitie: Diuitie: ⁊ Ho-
nores laudum vel dignitatum. Alterum enim est
vel bonum quod mouet desiderium. Etsi bonum
est temporale. Tunc est Aut delectabile carni Aut
vtile. Et Alterum quidem est in honoribus. Dele
ctabile in concupiscentia carnis. Utile autẽ in aua
ricia. Que est oculorum concupiscentia. Si au
tem tentãtia sunt in nobis: tunc sunt Duo. Quo-
rum tamen Unum nascitur ex altero. Scilicz. Ti-
mor humilians ⁊ suffodiens: Et Amor proprius
inflammans. Timor enim nascitur ex amore. Et
de his dicit Psalm. Septuagesimonono. Incen
sa igni: ⁊ suffossa ab increpatione vultus tui peri-
bunt. Superbia autem que est initium apostasie
a dõ. Sicut dicitur Ecclesiastici. x. ⁊ Auaricia que
est libido: ⁊ Amor temporalis boni cuiuscunq3:
sunt magis radices peccatorum q̃ tentationum.
Et idẽ est de Contemptu: Errore: ⁊ Libidine. Cõ-
temptus enim habitualis est: quando homo ipso
opere effert se: non curans preceptum ⁊ precepto-
rem. Et quando ipso opere non vult subdi preci-
pienti ⁊ precepto: est Superbia generalis: que est
initium omnis peccati. Error autem est generalis
quando non videt ad dirigendum opus: regulas
operis. quia sic omnis peccans errat. Hebreorũ.
xij. Ut non claudicans quis erret: magis autem
sanetur. Libido autem generalis est voluntas pa
scens se in bono commutabili. Et hec est in omni
D peccato. Et ista sunt radices peccatorum. non ten-
tationum. Modi autem tentationum Dupli-
citer sumuntur. Aut enim sunt ex parte tentatoris.
Aut ex parte tentati. Aut ex parte vtriusq3 simul.
Unius sicut agentis: ⁊ Alterius sicut patientis.
Ex parte Tentatoris sunt modi quos tangit
Gregorius Tricesimosecũdo Moralium. capi-
tulo. ix. super illud Job. Quadragesimo. Ecce ve-
hemoth ⁊c. Ubi dicit ꝙ omnia antiqui hostis de-
us fideli suo seruo ostendit tentamenta. Oĩe qd
opprimendo rapit. Omne quod insidiando cir-
cumuolat. Oĩe quod minando terret. Omne qd
suadendo blanditur. Omne quod desperãdo fran
git: ⁊ Omne quod permittendo decipit. Et no-
tat: Opprimendo rapit Duobus modis. Quando
scilicet in vno non potens vincere: tot simul inge-
rit tentamenta ꝙ omnia prouideri non possunt. ⁊
tunc ab oppresso rapit aliquid. Alio modo quan-
do ad malum inclinare aliquem desperat: Tunc
enim ad difficile bonum quod vltra vires est: ali-
quando instigat: ⁊ a victo laboribus rapit quod
intendit: Ita ꝙ aliquãdo difficultate deterritus:
bonuz quod ceperat dimittit: ⁊ ad peccatum redit
Insidiando autem circũuolat: maxime quãdo
experiri intẽdit ad quas vias peccati facilius in-
ducat. Aut quando vult experiri cuius sit virtutis
aut debilitatis is quem tentare intendit. Com
minando autez terret: precipue quando reuocare
tentat a bono proposito. Tunc enim commina-
tur labores quos inuenturus sit si propósitũ per-
ficere velit. ⁊ malum peius futuruz si a cepto rede-
at. Et ideo melius sit non incipere: q̃ post ceptum
retrorsum conuerti. Suadendo autem blandi-
tur in rebus ad luxum vite pertinentibus: Q vi-
delicet talibus indigeat infirmitas hũana fomẽ
tis: Q (al's q̃) ꝯnaturalia sint nobis. ⁊ Q adhuc
lõga vita restet: in qua quis penitere posset Q de-
us misericors huiusmodi non puniat: Et huius-
modi. Desperando autem frangit euz q̇ in pro-
fundum viciorum venerit per tristiciam nimiam.
Aut ꝙ consuetudo de peccatis exire nõ permittat.
Aut ꝙ vires talibus carendi non supperant. Aut
huiusmodi Promittendo vo decipit. Aliquã-
do promittens impunitatem peccati: ⁊ procurãs
penam. sicut ꝙ suspenditur. Uel promittit requi
em ⁊ satietatem peccati post paruum tempus in
peccato expensum. Et facit concupiscentiam tunc
magis incalescere. ⁊ huiusmodi Horũ autẽ dif
ferentia sic habetur. Quia diabolus Aut intendit
experiri quod nescit. Aut propellere ad illicitum
committendum. Etsi intendit experiri. tunc insidi
ando circumuolat. Si autem intendit propelle-
re ad illicitum. Aut hoc facit. Aut quia a malo exi
tum impedit. ⁊ sic desperando frangit. Aut quia
retrahit ab eo quod est vere bonum. Et h̄ Duob9
modis. Aut cum violentia. Aut sine violẽtia. Cũ
Uiolentia quidem opprimendo rapit. Sine vio-
lentia autem comminando terret Aut est ꝺm incli
nationem ad bonum temporale illicitum. Et hoc
est Duobus modis. Aut est ꝺm fructum dulcedi
nis boni ad quem inclinat. Et tunc suadẽdo blan
ditur. Aut ꝺm cõcomitãtia bonũ illd vel adiũcta:
Et tunc promittendo decipit. Modi aũt q̇ sunt
ex pte nr̃a: sunt Suggestio interior: ⁊ Delectatio:

z Consensus. Suggestio quidez ex parte mouen
tis cognitiue:siue in ratiõe siue in sensualitate de/
lectationis:ex parte concupiscen tie z consensus ex
parte vtriusqz. Ex parte Diaboli autẽ z nostra:
sunt modi qui dicuntur Immissiones per ange/
los malos. Illos enim diabolus non quidem fa
cit vel creat:sed factos immittit in nos: z incendit.
Et hi sunt tam ex parte Corporis: q̄z ex parte ani
me. Ex Parte corporis quidem: Sicut dicit Au
gustinus Q sanguinem inflammat:vel põdero
sum facit:vel turbat. vel escis vel potibus se im/
miscet vt saporibus illiciat. Aliquãdo autez sunt
ex parte anime. Et tunc aliquando sunt ex parte
Phantasie:aut ex parte Concupiscibilis :vl' Ira
scibilis. Si ex parte phantasie:tunc sunt forme i/
presse spiritui phantastico fortiter: Ita q quicq̃d
imaginatur:totũ refert ad formam illam: Sicut
faciũt melancholici. Et sic fit multis:quibus ꝑm
prestigia illudit diabolus deterrẽdo vel illiciẽdo.
Si autem est in Concupiscibili vel Irascibili:tũc
vel iram vel concupiscentiã cõmouet:vel ad illici/
E te concupiscendũ:vel irascendũ illicite. Et isti sũt
modi tentationũ. Tentat autem aliquando p
se modis predictis. Aliquando per alium: quem
ad tentandum incitat. Et hoc est planum. Tãdiu
enim tentatio vocatur: q̃zdiu non est peccatum.
Quando autem cõsensus est in peccatũ:tunc desi
nit esse tentatio:quia tunc habet propositũ. Aliq̃n
do autẽ est z tentatio et peccatũ: Sed diuersis re
spectibus:sicut in delectatiõe. In illa enim ipa de/
lectatio mala peccatuz est: Sed in quantũ trahit
ad vlteriorẽ consensum z ad vlterius opus:tenta
tio est. Et hec in presenti de tentatiõe dicta sint pau
cis. Sed sciendũ q tentatio qua christus tenta
tus fuit non nisi extrinsecus fuit assumpto corpo
re quo diabolus se sensibus christi p̄sentauit. In
trinsecus in christo nõ fuit motus illicitus sicut
in nobis. Hoc igitur modo Venit ĩ desertũ chri/
stus [vt tentaretur a diabolo] Cuius officiũ
vt dicit Chrysostom⁹ est tentare. Et hoc est Opus
eius: Cibus:z totũ Desideriũ. Et ideo nunq̃ las/
satur de ipo .j. Thes.iij. Ne forte tentauerit vos
is qui tẽtat:z inanis fiat labor vester. Hoc est:cu
ius officium est tentare. Deus autẽ etiam dicitur
tentare Exodi.xx. Vt probaret vos venit deus:
et vt terror illius esset in vobis z non peccaretis.
Genes.xxij. Tentauit deus Abraã. Sapiẽtie.iij.
Deus tentauit illos: z inuenit eos dignos se.
Contra hoc autẽ id esse videtur quod dicit Jaco
bi.j. Nemo cum tentatur dicat quoniã a deo ten/
tatur. Deus enim intentator malorũ est. ipe autẽ
neminem tentat. Responsio. Diabolus proprie
tentator est: sicut dicit Apostolus hoc modo ten/
tationis sicut hic loquimur:quia ille impellit ad
illicitum. Deus autez dicitur tentare experiendo
Non vt ipe discat aliquid quod sit in homine:sed
potius vt homo innotescat sibi vel aliis. Aliquã/
do enim homo nescit virtutem suam: Et ideo de
se non sicut debz presumit. Et tunc deus facit eũ
cognoscere suam virtutem: Sicut fecit Abrae.
Aliquãdo enim nimis p̄sumit. et tunc valet homi
ni cognoscere suam debilitatẽ: vt non tantum in
(al's de)se presumat. Aliis autem facit innotesce/
re hominẽ:vt maiorem vel minorem de ipso ha/
beant presumptionẽ. Et hoc modo tentat deus
Alio modo diabolus. Diabolus autem deorsuz
fluens:vel grece criminator interpretat̃. quia eos
quos tentat quantũ valet deorsum fluere facit.

Et cum ieiunassz quadraginta diebus z quadraginta noctibus: postea esuriit.

Ecce Congruitas tentatiõis ex parte christi ten
tati:quem si omnino fortem inuenisset:non ten/ F
tasset. Et iterum:si omnino inuenisset infirmum:
non tentasset:sed omnino subiecisset. Et ideo di/
cuntur hic Duo. Vnum: quod est Fortitudinis.
Q ieiunauit quadraginta diebus z quadragin
ta noctibus sine esurie: Quod diabolum traxit in
ammirationem:si purus homo posset facere. Al/
terum autem Infirmitatis: qd est Q postea post
tantum ieiunium esuriit. Et hoc fuit argumentuz
diabolo: Vtrum esset deus qui esurire potuit. Di
cit autem quadraginta diebus non comedisse: z
addit:quadraginta noctibus. ne credatur nocti/
bus comedisse. Attende autem q Moyses etiam
ieiunauit quadraginta diebus z quadraginta no
ctibus: z panem non comedit z aquam non bibit
Exod. Tricesimoquarto. Helias etiaz ieiunauit
quadraginta diebus z quadraginta noctibus.iij.
Regum.xix. Sed ꝑm Hieronymum differt Je/
iunium christi a ieiunio illorum: q propria vir/
tute ieiunauit: Illi autem virtute aliena. qr Moy
ses refectus fuit ex consortio sermonis domini. qr
cum contemplaretur deum:ita tota mentis inten
tio z anime ferebatur in contemplationem:q spi
ritus z calor recesserunt ab imo corpis: z fereban
tur ad intellectuz. Calor quidem spiritum mouen
do:z spiritus formas intellectui ministrando:z sic
anime actio z caloris z spiritus minime z pauce
fuerunt in corpus: propter quod corpus stetit in
membr[is] z hũore: q̃ diffusus erat ĩ mẽbris sine sen
sibili p̄mutatiõe. z sic ieiunauit. Vñ etiaz dr̃ Ibidẽ
q resplenduit facies ex consortio sermonis domi
ni(al's diuini)quia Spiritus z forme adeo illu
minati sunt ex specie dei que apparuit: q corp⁹ im
mutatum fuit in splendorem. Helias autem ie/
iunauit ex fortitudine cibi Non q̃dez manib[us] ho/
minum preparati:sed manibus angeli. cuius vir/
tute ita cõtemperatus fuit panis quem comedit:
z aqua quam bibit: q z nutriebat paulatim qua/
draginta diebus: Et tamen non resoluebatur nisi
per successionem quadraginta dierum z quadra
ginta noctium. Et ideo in fortitudine illius cibi
dicitur ambulasse. Et hoc non facit cibus ab ho/
mine preparatus: qui siml' resoluitur z putrescit.
Et ideo non potest ita diu nutrire. quia si sanus
est homo: infra sedecim horas cibus vel digestus
vel corruptus: descendit ei a stomacho. Christus
autem neutro horum modorum ieiunauit susten
tat⁹. qr ex contẽplatione sue deitatis non abstrahe
bantur a corpe:aĩa:z spũs:z calor. Cũ sil' fuerit cõ
p̄hẽsor z viator:nec etiã cibo aliq̃ p̄parato sic ieiu/
nauit. Chrysostomus autez aliam dat differentiã:
dicens q Moyses z Helias omnibus diebus si/
mulz esurierunt z ieiunauerũt. Christus autem
non. Quia in littera dicitur q postea esuriit. Ex h̃
enim modo loquendi intelligitur q quadraginta
diebus z noctibus non esuriit. Et ideo quando
voluit esuriit: Et quando voluit non esuriit. Et
erat vtrunqz:z Esurire z Ieiunare in potestate
sue voluntatis. Et hoc non conueniebat Moy/
si z Helie: qui necesse habebant esurire. Et ꝑm
hoc oportet dicere q potestate diuina cõtenta fue/
runt corpora Moysi z Helie:ne resoluerẽtur per
calorem famis. Dicem⁹ ergo q quadraginta die/
bus ieiunauit christus. z hoc fuit magne potesta
tis. quia in die operatio z motus sensuum exhau
rire debebãt humiditatem membrorũ:z facere lan
guere z destitui. Et quadragĩta noctibus dicitur
ieiunasse qd fuit iterum potestatis. Quia d' nocte
propter frigus z tenebras mouentur calor z spiri
tus ad interius: z agunt in humidum inuentum
dissoluendo illud. Et si non inueniunt exiccãt cor/
pus. Et hoc non fecerunt in christo: quod iterum
fuit potestatis. Et in his omnibus ostendit chri/
stus hoc quod dixit Joãnis.x. Potestatez habeo
ponendi animã meam z iterum sumendi eã. Ne/
mo tollet eam a me:sed ego ponam eam: z iterum
sumo eam. Q autez dicit [postea esuriit] nota/
tur q tunc vires naturales(al's naturalis)calor
z spiritus in corpus agere precepit. Et sicz ieiuni/
um z esuries fuerunt vt dictum est ꝑm sue volun/
tis potestatem. Sic igitur christus quadraginta
diebus z quadragĩta noctibus ieiunauit:z post/
ea esuriit.

Et accedens tentator dixit ei.

Hic incipit pars Que est de Tentatione. Et di
G uiditur in Tres partes: ꝑm tres tentatiões quas
inducit vt patet. Quarũ Prima est de Gula: que
tractatur hic. Et diuidit̃ in Duos paragraphos.
In Tentationem videlicet tentatoris siue actiuã.
z In responsionem exclusiuam tentationis diabo
li. Sicut patet in littera. Circa Tentationez acti/
uam Duo dicuntur. Scilicet. Tentatoris appro/
pinquatio ad tentatum. z Tentationis expositio.
Que patent in littera. De Appropinquatiõe ten
tatoris dicit [Et accedens tentator] Et hic ac
cessus aliter accipitur in christo: z aliter in mem/
bris. In tentatione enim christi non fuit accessus
nisi exterius ꝑm locum. In nobis autem qui cor/
rupti sumus per peccatum est Accessus: per appro
pinquationem similitudinis: que est primus mo/
tus in cogitatiõe:vel estimatione:vel cõcupiscen/
tia eius quod persuadet Attende autem q in q̃/
libet genere vno:est aliquod vnuz primum Et ita
est in genere tentationis: primus motus ad illici/
tum:interior cogitatio illiciti(al's illicite)trahens
concupiscẽtiam. Et hec vocatur Cogitatio effecti/
ua siue operatiua: siue practica greco nomĩe. Que
meo iudicio primus est motus z peccatum: Sed
minima differentia est peccati:ita q etiam delet̃
per auersionem ab illicito concepto. Et tunc dici/
citur conteri caput serpentis, Genes.iij. Hoc est
initium peccati. Exterior autez motus suggestio/
nis hostis simpliciter tentatio est: z non peccatuz
eius qui tentatur:sed peccatuz tentatoris. Et hoc
modo fuit suggestio in tentatione christi. Cum au
tem primus motus in genere peccati: sit suggestio
cogitationis interioris. Secundus motus in eo/
dem genere est delectatio. Et tertius Cõsensus vel
dissimulatio rationis. Et tertius Voluntas per/
ficiendi. Et Quartus Impetus ad opus. Et ra/
tione horuz dicitur motus primus. Q autẽ qui/
dam distinguunt primo p̄mum: qui est in cogita
tione(al's tentatione)simplici vel suggestione inte
riori preuenit rationem. Et scd'o primum: quem
videt ratio. Ego non approbo: quia peccatum inci
pit in Primo motu qui preuenit rationem. Vi/
res enim inferiores anime sensibilis: participant
aliqualit' rationem. vt dicũt Aristoteles z Dama/
scenus. Et ideo possunt esse subiectũ peccati. Non
enim essent ordinabiles a ratione: nisi aliqualiter
ꝑm formã participarent rationem. Sic ergo [ac/
cedens tentator] passibus localibus ad chri/
stum z similitudine persuasionis ad membra [di
xit ei] per corpus assumptum. Nobis autem di/
cit per id quod in nobis seminarium sue p̄suasio/
nis immittit.

Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant.

Ecce Tentatio. Et dicuntur Duo. Primuz est
Explorationis siue experientie: qua experiri vult
quod nescit. Et Secundum est Persuasionis sue
voluntatis quod experiri vult. Hoc est quod dic
[Si filius dei es] In hoc enim dubitauit Dr
q esset filius dei dubitauit: ex stella: etiaz testimo
nio Joannis z Pastoribus z Symeone arguit.
Q autez homo infirmus sit: ex facie z aliis argue
bat defectuum passionibus. Et ido dubitauit. Li
benter autez expertus fuisset: Vt si homo purus
esset: studeret preualere ei in aliquo peccato. Si/
cut aliis preualuerat omnibus. Si autem filius
dei esset desisteret ab ipso: z non persuaderet pas/
sionem: vt non cito homo redimeretur. Et huius/
modi lectura est ꝑm Chrysostomum. Et ido dicit.
Si fili⁹ dei es sicut dicitur [dic vt lapides isti
panes fiant] Demonstrabat lapides: quorum
copiosa multitudo iacebat in deserto. Et atten/
de q in ista tentatione non persuadet delitias: sed
pretextu necessitatis nititur inducere christum: q
motum carnis faciat preire motuz spiritus. Et sic
faciat in eo causam z principium nõ vnius: sed o/
mnis peruersitatis. Quia omnis peruersitas ho
minis oritur ex hoc q caro preitz imperat spiritui
Gal'.v. Caro ɔcupiscit aduersus spm̃: z spirit⁹ ad/
uersus carnem: vt non quecunqz vultis illa facia
tis. Eccl'iastici. Decimooctauo. Fili post ɔcupiscen
tias tuas non eas: z a voluntate tua auertere. Si
enim prestes anime siue animalitati tue concupi/
scentias suas: Faciet te in gaudium inimicis
tuis. Nititur ergo Diabolus q spiritus non sit
ductor operum z actor: sed carnalis ɔcupiscẽtia. z
hoc sub pretextu necessitatis vt minus aduertat̃.
Et attende qualiter nititur etiaz ad Inanẽ glo

riam. quia inanis gloria esset si hoc vellet consequi per miraculum: cum potius panis in labore sit sumendus. Psal. cxxvij. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus ꝛc. Psal. cxxvj. Surgite postq̄ sederitis qui manducatis panem doloris. Job. v. Homo ab laborē nascit̄

Qui respōdens dixit: Scriptū est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei.

D Ecce Respōsio saluatoris. Et innuit Tria. Cautelam abscōsionis cōtra id qd̄ expiri voluit. Rephensionē ꝯtra voluntatē ꝑsuasionis. Et Insufficientiā ꝯtra id qd̄ necessitati famis laborabat cōsulere. Primū notat̄ in h̄ ꝙ nō ex se sed ex scriptura rn̄det. Hoc eni cōe est deo et hoi. ꝛ ideo ex hoc nec vnū nec aliud potest cognoscere. ps. cxix. Quid det̄ tibi: aut quid apponat̄ tibi ꝯtra linguā dolosam. Sagitte potētis acute. h̄ est: acute ꝟitat̄ autoritates de arcu scp̄ture potētis intellectu ꝟtute directas. Contra voluntatē ꝑsuasiōis dicit [Nō in solo pane] corꝑali [viuit hō] .Q.d. Tu tētator es ꝛ iniqua persuades. qꝛ si panis reficere debeat nō erit solus: sed oportet ꝙ sit virtus spirit⁹ i pane ꝑ verbū: sicut infra patebit. Et tūc oportet preire spm̄ quē tu ꝑsuades postponere. j. Timot. iiij. Ois creatura dei bona: ꝛ nihil reijciendū qd̄ cum grarūactiōe ꝑcipit̄. Sanctificat̄ eni ꝑ verbū dei ꝛ oratōem. ps. xxj. Edent paupes ꝛ saturabunt̄: et laudabūt dn̄m ꝛc. Cōtra falsū cōsiliū de subuersiōne necessitatis dicit viuere hoiem [In omni verbo quod ꝑcedit de ore dei] Et ex quo ꝟbo viuit hō: vita dependet a verbo: nō de pane: nisi ꝓm ꝙ virtus verbi est in ipo. Cum eni verbū dei patris cōsubstantiale sibi sit filius: verbum illud est ars plena rationibus ꝛ ideis viuis ꝛ lucentibus que in ipo sūt vita ꝛ lux omniū eorū que per creationē vel per naturā ꝑducunt̄. Idee autē siue forme ille artis ꝛ mentis diuine que in verbo sunt ꝓdeunt in corpora creata vel generata qn̄ formant̄ ꝛ a deo esse accipiūt. nec aliquid sunt nec aliqd valent nisi ꝑ formas illas. Propter quod dicit Ans. ꝙ vnū quodq; tūc vere est ꝛ facit quādo est. ꝛ facit hoc ad quod est in mēte diuina. Et sic Triplex est verbū. Unum increatū ꝛ generatū quod est fili⁹ Alterū increatum quod est ratio rei faciende. Et Tertiū incorporatū quod est forma ꝑ sapientiā dei impressa rei naturali facte. Et simile huic est in artifice carpētario: q̄ lumen intellectus sui habet tanq̄ verbū sui intellectus: quo se su⁹ in ipo intuetur intellectus. ꝛ habet in ipso lumine formas omnium que carpentat: que sunt rationes suorū operum. Et ex his similes formas producit in ligna que carpentat. Omnino autem ex similibus formis operatur medicus: et faber ferrarius ꝛ q̄libet alius: Ita ꝙ Aristoteles dicit: ꝙ domus est ex domo: et sanitas ex sanitate. ea que est in complexione humorū est ex ea que est in anima medici. Similiter autem est in summo spiritu qui cū cogitando tuetur se in lumine intellectus sui: dicit se et verbum suum consubstantiale sibi: filius eius est. Et in illo lumine verbi splendent idee omnium factorum et faciendorū que sunt ratiōes operum suorum: ex quibus procedūt in res naturales forme rerum per quas in esse naturali sunt h̄ quod sunt. Propter quod a Platone etiam imagines dicte sunt: quia sunt primarū formarum que in mente diuina concepte sunt quedam imitationes. Est ergo triplex verbum dei. Primum est coeternum ꝛ consubstantiale quod generat qn̄ intuetur se. Secūdum quod est exemplar ꝛ idea ꝛ ratio rerum ad quod fiunt res. Tertium: quod incorporatū est rebus a quo est res: hoc quod est. ꝛ illud dependet a medio verbo: ꝛ medium radicatur in primo. Et patet ꝙ nihil virtutis est in aliqua re: nisi ex verbo dei. Hinc est qd̄ dicit Augustinus super Joannem ꝙ eodem verbo quo panibus quinq; vel septem multiplicatis pauit quinq; milia hominum ex paucis granis. Pascit totū mundum: ꝛ hoc tamen nemo miratur. Illud mirantur homines. nō quia maius est. sed quia rarius est. Et hoc est quod dicit [In omni verbo dei] Deuterono. viij. Sap. Decimo sexto. Nō natiuitatis fructus pascunt homines: sed sermo tuus qui in te crediderunt conseruat. A verbo enim dei dependet virtus ꝛ conseruatio omnium. Dicit autem [in omni verbo quod procedit d̄ ore dei] vt in processione notet verbum procedens ad exterius in res factas. Per os autem profusiuā naturam patris a qua procedit quicquid est in omnibus rebus. Os tamen patris etiam dicitur filius loquens cum in mundo. Esai. Quadragesimo Uidebit omnis caro pariter quod os domini locutum est. Dicitur etiam os quilibet prōuncians verbum dei. Hierem. Decimoqnto. Si separauer[is] preciosum a vili quasi os meum eris: sed omnia verba talium dependent a verbo dei quod dicit per se ipsum ꝛ in quo est operatiuum omnium rerum. Esa. Quinquagesimoqnto. Quomodo descendit imber ꝛ nix de celo: ꝛ illuc vltra nō reuertit̄. sed inebriat terram ꝛ infundit eā; ꝛ dat semen serenti ꝛ panem comedenti. Sic erit verbum quod egreditur de ore meo non reuertet̄ ad me vacuum: sed faciet quecunq; volui: ꝛ prosperabitur in his ad quod misi illud

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: ꝛ statuit eū supra pinnaculum templi

Hic incipit Secunda tentatio Que est de Inani gloria. Et obijcitur de ordine. Quia Lucas iiij. hanc ponit vltimam: ꝛ eam quam iste ponit vltimam: Lucas ponit mediam. Et videtur probabili⁹ esse quod dicit Lucas: vt ille videlicet continue facte sint que facte sunt in deserto. Et postea transtulerit eum in ciuitatem q̄ ꝙ vna facta sit in deserto: ꝛ Secūda in ciuitate. ꝛ iterum rediuerūt in desertum: ꝛ ibi perfecta sit vltima. Et dicendū cum beato Gregorio: ꝙ Lucas in ordine tētationū seq̄t̄ ꝟitatē historie. Sed qꝛ chr̄s i tētatōib⁹ itē dit in eisdē vincere diabolū: in q̄b⁹ ipe vicit Adā.

Ideo Mattheus prosequit̄ ordinem tentationū ade. Genes̄ enim. iij. dixit Ade. In quacū q; die comederitis ex eo. Ecce Gula. Eritis sicut dij. Ecce Inanis gloria: Scientes bonum ꝛ malum. Ecce Auaricia: que non tm̄ est pecunie. sed etiam scientie. Et ita penes intentionē victorie tentationum quam christus habuit sumit̄ ordo Matthei. Penes veritatem historie sumit̄ ordo Luce: vt vtrūq; per duas euangelistas habeamus. Et ideo spiritussanctus voluit ꝙ duo scriberent eas. Hec autem pars sicut ꝑcedens diuiditur in ꝑtes Duas In quarū Prima ponit̄ Diaboli tentatio. Et in Scd̄a Per christum tentationis elisio. Et hec patent i littera. Tentatio aūt diaboli habet Tres paragraphos. In quoꝝ Primo querit̄ Tentatoris opportunitas. In Scd̄o Tentatio. ꝛ In Tertio Persuasio: vt inducat facilius per scripture allegationem. In Primo hoꝝ Tria dicuntur. Scz. Tempus. Appropinquatio tentatoris: ꝛ Loci cōgruitas. Tempus importat̄ quādo dicit [Tūc] Et hoc fuit cum magna facta meritoꝝ ꝑcesserant i ieiunio. Tunc em̄ aliq̄s se maiorem apud deū reputat: ꝛ citius de deo presumens deum tentat. Et subiungit [assumpsit eum diabolus] Et tangitur Appropinquatio tentatoris ad tentatū: qd̄ exponendū est sicut superius. Et attende ꝙ q̄dam Sanctoꝝ videntur dicere ꝙ assumpsit eum: portando super se corporaliter assumpto corꝑe. Sed Chrysostom⁹ dicit ꝙ assumpsit eum: ducēdo post se. Et hoc Ego melius credo. Et quodlibet istorū dicat̄. Miranda est dei patiētia: ꝙ ita ꝛ a tali portari ꝛ adduci voluit. ꝛ Mirandū a est zelus salutis nostre in chr̄o: Propt̄ quē se ita portari ꝛ adduci voluit a diabolo: ꝛ Propter quē se postea a membr[is] diaboli ꝑmisit occidi. Psal. lxviij. Zelus dom⁹ tue comedit me: ꝛ opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me [in sanctam ciuitatem] Istud est Tertiū. Et tangit Duo. Congruitatē videlicet ex loco Cōmuni: ꝛ Cōgruitatē ex loco Proprio. Ex loco Cōmuni ꝙ assumpsit eū in sanctam ciuitatem hierusalē. Que sancta dicit̄ propter templum ꝛ cultum legis ꝛ sacramentoꝝ exhibitionē. Et precipue: qꝛ ibi fuit fundēdus sanguis christi omnia sanctificans. Esa. lij. Induere vestimentis glorie tue hierusalē ciuitas sancta. Matthe. xxvij Exeuntes de monumentis venerunt in ciuitatem sanctam: ꝛ apparuerunt multis. Esa. lxiiij. Dom⁹ sanctificatiōis nostre ꝛ glorie nostre: vbi te laudauerunt patres nostri: versa est in exustionē ignis. Habet aūt hic locus opportunitatem ad inanem gloriam: eo ꝙ in loco in quo magna facta sunt per multos: facilius surrepit tentatio aliqd magnū faciēdi: vt in gloria sit: sicut multi in loco illo gloriosi habiti sunt [Et statuit eū supra pinnaculum templi] Quidam dicunt: pinnaculum fuit cacumen summe altitudinis templi Et h̄ non est probabile. Sed ꝓm ꝙ innuitur in Ezechie xlij. Exedre fuerunt in templo. hoc est: exteriores edes per modum pinnarum prominentes a fronte templi: vbi erant cathedre concionantiū ꝛ docentium sacerdotum: sicut ipso nomine significatur. qꝛ Cathedra dicitur edes cathegorie vel cathecismi. hoc est: predicationis vel doctrine. Et fuerunt ad similitudinem ambonum: qui fiunt apud nos i muris ecclesiarum vnde predicatur populo. Et qꝛ illa eleuata fuerunt vt inde loquerentur sacerdotes et leuite (qui erāt in atrio interiori) populo qui erat in atrio exteriori. Ibi in alto vel posuit vel duxit eum. quia ibi per inanem gloriam multos vicerat. Job. Quadragesimoꝑmo. Omne sublime videt: ꝛ ipse est rex super omnes filios superbie. Esa. xiiij. Supra astra celi exaltabo solium meum. Sed queritur Cū statuit eum in tam eminenti loco: quare non videbatur ab alijs. Dicendum ꝓm glo. ꝙ diabolus egit hoc vt videretur ab hominibus: vt magis ex contuitu multorum de eleuatione tentaretur. Sed christus ignorante diabolo: semper egit qd̄ a nullo videbatur. Et ideo acclamatio populi nulla fuit.

Et dixit ei. Si filius dei es mitte te deorsum. Scriptum est enim Quia angelis suis mandauit d̄ te et in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuū.

R Ecce Tentatio. Et habet Duo. Experientiam: ꝛ Tentationem. Id quod experiri vult est ꝙ dicit [Si filius dei es] Et est exponendum sicut supra [mitte te deorsum] Probrose dic̄ vt prouocet. quia Prouocatus animus citius inclinatur ad malum. Honeste enim dixisset: sine ammiculo transpone te inferius. Scd̄ū tamen suū affectum congrue locutus est. quia voluntatem suā (que deorsū fluens vocatur) non perficit nisi qui deorsum se mittit. Ezech. Uicesimooctauo. In terram proieci te: ante faciem regum dedi te: filiorū autem dei est ascēdere sursum. Colos̄. iij. Que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera di sedens. Que sursum sunt sapite: non que super terram [Scriptum est enim] in Psal. Nonagesimo. Adhibet scripturam vt facilius persuadeat Et precipue ideo: Quia in superioribus christus sibi per scripturam respōderat [Quia angelis suis] In ista scriptura Tria dicuntur. Primū est Necessitas faciendi imposita angelis. Secundum Efficacia operis custodie angelorum. Tertium Pene immunitas eorum qui ab angelis custodiuntur. Et ē sensus Facere poteris quod persuadeo. quia Ex mandato dei angeli te custodiendi habent necessitatem. Ex virtute manuum angelorum habebit custodia eorum efficaciam. Ex immunitate predicta per prophetiam: nullam penitus senties collisionem. Et hoc est [Quia angelis suis mandauit de te] Sed diabolus peruerso intellectu attribuit capiti. Quod bene de membris. quia christus non habuit angelos ad custodiam: quia nō indiguit: sed membra. Et ideo datum est hoc mandatum angelis vt custodiant membra. Mat. Decimooctauo. Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Hebreorum. j. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi propt̄ eos

qui hereditatē capiunt salutis⌊ et in manibus tollent te⌋ Ecce Efficacia custodie. Manus autem: quia est organū organoꝝ ad multa ordinata opera. Ideo dicit organum intellectus operatiui. ꝛ per ipam significatur intellectualis ꝛ efficax angelorum operatio circa custodiendos. iiij. Regum. vj. Helizeus ꝑ angelos cepit exercitū syrie. ⌊ne forte offendas ad lapidem pedem tuum⌋ Ecce Immunitas pene: quia si securitas datur ne pes impingat. multo magis ne totum corpus casu collisionem patiatur. Geñ. xxxij. Castra dei sunt hec. Zacha. ij. Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei. Et attende astutiam diaboli. qa tacet hoc quod cōtra se dictū nouerat ꝯsequēter in prophetia. Super aspidē ꝛ basiliscū ambulabis: ꝛ conculcabis leonem ꝛ draconem

Ait illi Jesus rursum. Scriptū est Non tentabis dominum deum tuum.

Responsio est christi temperata: vt experiri nō possit quod querit: ꝛ persuadere nō valeat hoc de quo tentauit. Propter Primū dicit⌊Scriptū est⌋ Sequi enim scripturā: est sanctoꝝ. ꝛ non negatur dei filiatio. Et hoc ē quod dicit⌋ Scriptū eū⌋ Deutero. vj⌊Non tentabis dn̄m deū tuum⌋ Tentare deum: est se iniicere periculo vt experiatur an deus miraculo eripere velit: cū ex humana ratione promptū habeat qd facere possit. j. Corinth. x. Neqꝫ tentemus deum sicut quidā tentauerunt ꝛ perierunt ab exterminatore. Si tamē a deo offerretur signū: petere possemus ꝛ deberemus. Et ideo reprehendit Achaz. Esaie. vij. Cui cū diceretur. Pete tibi signū ꝛc. Respondit Non petam ꝛ nō tentabo dominū. Sic enim signum petere: non est tentare dominū.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum

Ista est Tertia tentatio facta in deserto. Et habet Duo. Tentationē. ꝛ Responsionez. Tentatio aūt ipa Duo habet. Primo em̄ ponit Inducētia ad facilius ꝯsentiendum. Et Scdo subiūgit Tentationem. Inducentia autem sunt Assumptio⌊in montem excelsum valde⌋ q in deserto fuit qd erat inter hierl'm ꝛ hiericho: vbi perfecta fuit tentatio: quia ibi sepe multos habuit sibi cōsentientes diabolus: eo ꝙ ibi latrones habitabant: homines spoliantes ꝛ occidētes. Lu. x. Quidā homo descendebat a hierusalē in hiericho: ꝛ incidit in latrones. Et ideo etiaz locus doim: hoc est sanguis dicebat: propter multū sanguinez q ibi fundebat. Erat em̄ mons vñ eminus videri poterat. Scdm inducēs ex visu fuit ꝙ ⌊ostēdit ei omia regna mūdi⌋ Non ꝙ visum christi ampliauerit: quia de hoc potestatē nō habuit: sed qd indicauerit: in qbꝫ essent mūdi partibꝫ. Sicut Versus ptes illas Rhoma ꝛ regnū ei⁹: ꝛ Versus illas alias Grecia ꝛ regnuz ei⁹, ꝛ sic d alijs. Dicitaūt⌊regna ꝛ gloriā eoꝝ⌋ Quia in noīe Regni: importāt diuitie ꝛ ptātes. Et in noīe Glorie: importāt honores adiuncti: vt omnibꝫ simul cōiunctis appetibilibꝫ facili⁹ persuaderet. In nob aūt mons iste est mons ambitionis: vñ longe videm⁹ qd ambim⁹. Hiere. lj. Ecce ego ad te mons pestifer: q corrūpis gētes. Zach. iiij. Quid tu mons magne aduersus zorobabel in planū: Sup istud ceciderūt fortes israel: ꝛ interierunt arma bellica eccl'ie. ij. Regū. j. Gloria autē est appetitus laudis ꝛ excellētie. Ps. lj. Quid gloriaris in malicia. Gal. v. Mihi absit gloriari nisi in cruce dn̄i nr̄i iesu chr̄i. h est in crucis hūilitate: nō in montis vertice.

Et dixit ei. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me

Ecce Tentatio⌊Hec oīa tibi dabo⌋ Hic ꝓmittendo decipere tentat: quia nō habet ptātē dandi aliqd: cū nihil suū sit. Psal. xxiij. Dn̄i est terra ꝛ plenitudo eius. Licet enim Infra Sexto: dicatur māmona demon q p̄eest diuitijs. hoc non ido dr̄ ꝙ sue sint: sedqꝛ p̄eest illicite adqsitioni ꝛ retētioni illicite diuitiarū⌊si cadens⌋ Nō em̄ adoraret nisi prius caderet. Attende aūt ꝙ cadere in ꝓstratione: est ꝓprie hoīs corā creatore. qꝛ est recognitio ꝙ nō sum⁹ ꝑ nos nisi cinis ꝛ puluis: ꝛ erecti sum⁹ per creatorē in h ꝙ sum⁹. Hāc autē reuerentiam creatori d̄bitā sp vsurpauit sibi diabolus: q grece latreosis vocat: sicut supius diximus. Et ideo etiaz idolatriā inuenit: vt in idolis hec seruitus sibi exhiberet. Et hoc est qd sequit⌊adoraueris me⌋ Et hoc ad vltimum induxit: quia hoc maxime desiderauit.

Tunc dixit ei Jesus. Vade sathana. Scriptum est enim: dominum deum tuum adorabis: et illi soli seruies

Respōsio est chr̄i Duo hn̄s. Unū est Repulsa diaboli cū obiurgatiōe. Et Alteꝝ Exclusio tentatōis. De Prio⌊Va. satha.⌋ h est crimiator. Docet (al's Decet) em̄ nos in h facto patiētes esse in iniuria ꝓpria: sed in iniuria dīna nullo modo patienter dissimulare. Sicut Mardocheus noluit honorem dei sui transferre ad hominez. Hester. xiij. Et dn̄s iniuriā deo i tēplo facientes expulit flagello. Joānis. ij. Et in Deut. xvij. precipit lapidibus obrui qui sibi vēdicat honorē deitatis: vt ad aliud aliqd deitatem retorqueat⌊Scriptū est⌋ Deut. vj⌊Dominū deum tuum adorabis⌋ Omis creatura tā homo ꝙ angelus ꝙ etiā tu diabole⌊ꝛ illi soli seruies⌋ hoc est seruitutem latreoꝭ impendas. Psal. xliiij. Ipe est dominus deus tu⁹: ꝛ adorabunt eū. Est aūt vnus deus pat ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanctus. Exo. xx. ꝛ Deut. vj. Dn̄s deus tuus vnus est: non erunt tibi dij alij ꝛc.

Tunc reliquit eum diabolus: ꝛ ecce angeli accesserunt ꝛ ministrabant ei.

Hic incipit pars Que est De Tentationum M

effectibus. Et est Fuga diaboli sicut potestat aduerse: ꝛ Coniunctio angelorum: sicut virtutum celestium. Hoc enim efficit victoria tentationum in nobis: pro qua tentatione vicit christus vt in nobis ista efficeret De Primo aūt dicit ꝙ⌊Tūc⌋ victus ꝛ confusus⌊reliquit eum diabolus⌋ Ille princeps demonum lucifer qui primum hominem tentauit. Reliquit autem non loco tm̄: sed in potestate tentandi. Diabolus enim vict⁹ ab aliquo vt dicunt Sancti: non audet vlterius tentare. Potestatem etiam diminutam tentandi habet nos postꝙ cōfusus ē a christo. Dicunt autez quedam glo. ꝙ reliquit eum recedens in ignem eternum. Et ideo dicitur ꝙ religauit euz in infernū vsqꝫ ad vltima tempora quando soluetur sathanas Et dabitur ei licentia tentandi temporibus antichristi. Usqꝫ enim ad illa tempora diminutam habet potestatem: ꝛ ligatam tentandi per se ipsum. Apocalyp. Uicesimo. Uidi angelum descendentem de celo (hoc est christum: qui vocatur Esai. ix. magni consilij angelus) habentem clauem abyssi: ꝛ catenam magnam in manu sua: ꝛ apprehendit draconem serpentem antiquum: qui est diabolus ꝛ sathanas: ꝛ ligauit euz per annos mille. hoc est: per totum tempus gratie: ꝛ misit eum in abyssū: ꝛ clausit ꝛ signauit super eum: vt non amplius gentes decipiat: donec consummētur mille anni. ꝛ post hoc oportet illum soluere modico tempore. j. Pet. quinto. Aduersarius vester diabolus circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Jaco. quarto. Resistite diabolo ꝛ fugiet a vobis. Appropinquate deo ꝛ appropinquabit vobis Apocalyp. duodecimo. Proiectus est ille magn⁹ draco serpens antiquus: qui vocatur diabolus ꝛ sathanas⌊Et ecce angeli⌋ Secundus est Effectus. quia per victoriam tentationū meruit nobis coniunctionem angelorum. Et dicunt Duo. Accessus videlicet: ꝛ Ministerium. De Primo dicit Tria. Promptitudinem: Dignitatem: ꝛ Familiaritatē. Promptitudo intelligitur ꝑ demonstrationem cum dicit⌊Ecce⌋ Quasi dicat promptum ꝛ statim. Matthe. Uicesimosexto. An putas quia non possum rogare patrem meum: ꝛ exhibebit mihi modo pl⁹ ꝙ duodecim legiones angelorū. Quasi dicat In promptu sunt: sed ad meam indigentiam non. sed membrorum⌊angeli⌋ Ecce Dignitas. quia dicit Hieronymus. Magna dignitas est animarum ꝙ habent custodiam angeloruz. Unde Tales ꝛ Tanti nostri dicuntur Matthe. Sextodecimo. Angeli eorum semp vident faciem patris mei qui in celis est⌊accesserunt⌋ Ecce Propinqtas ꝛ familiaritas. Et ideo nobiscum esse dicūtur. iiij. Regum sexto. Noli timere. plures enim nobiscum sunt ꝙ cum ill'. Josue qnto. Sum princeps exercitus domini: ꝛ nūc venio⌊et ministrabant ei⌋ Non ex indigentia: sed ex reuerentia in capite. Nobis autem ex indigentia nostra ministrant. Et dicitur generalit: ministrabant: vt omne ministerium quo indigem⁹ intelligatur. Hebreorum primo. Nonne omnes sunt amministratorij spiritus in ministeriū missi: propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Unde. ij. Machabeorū. x. Apparuerunt circa machabeum quinqꝫ viri protegentes machabeum. ꝛ in alios tela ignea iacientes: ex quibus perturbati cadebant. Et quinqꝫ viri: quinqꝫ significabant choros angelorum: vsum exterioris officij circa nos habētes. Hoc ē Uirtutes Potestates Principatus Archangeli ꝛ Angeli. Hi enim ꝑm sua officia ministrant nobis etiam quando nō videm⁹ eos. Sic ergo dictum sit de Tentatione

Cum autem audisset Jesus ꝙ Joannes traditus esset secessit in Galileam. Et relicta ciuitate Nazareth: venit et habitauit in ciuitate capharnaum maritima: in finibus zabulon et neptalim N

p Ostqꝫ in precedentibus determinatū est de Sacramento regenerationis q perficitur nostra sanctificatio ꝑm interiorem hominem: Tangit Illuminationem qua docemur de regenerantibus. Et durat vsqꝫ ad Capitulum vicesimūsextum: Ubi incipit tradere sacramenta Passionis ꝛ Resurrectiōis: que ipse in se ipso perfecit. Que sicut cause efficientes operantur ꝛ faciunt in sacramentis ecclesie: ꝛ dant eis virtutem: qua (al's quia) nos regenerant. Talis autem ordo cōgruit. quia Sicut medicina nihil operatur nisi coniuncta calori naturali corporis eius in quo operatur sanitatem. Ita sacramenta christi ꝛ ecclesie nihil omnino operantur nisi ꝯiuncta anime per cognitionem ꝛ deuotionē. Et ideo oportet premittere sermonem ostendentē Sacramenta: et inducentem ad deuotionem eorum. Et hūc oportet confirmari per miracula. Et hoc fit ab hoc loco vsqꝫ ad passionem. Diuiditur autem in ptes Duas. In quarum Prima fit Prelibatio toti⁹ quod intenditur. Et in Secunda ponitur Executio. Et hec incipit in sequenti Capitulo. Prelibatio autem totius doctrine ꝛ confirmationis eius habet partes Tres: Ita ꝙ in Prima prelibat Q oportet huius doctrine esse initium. In Secunda autem prelibat Quē oportet esse huius doctrine ministrum conuenientem. In Tertia autem prelibat Quem oportet esse Moduz ꝛ Officium. Secunda incipit Ibi⌊Ambulans autē iuxta mare.⌋ Tertia incipit ibi⌊Et circuibat iesus totam galileam⌋ Prima autem haꝝ diuiditur in Duas. In quarum Prima Conueniens determinat initiuz ꝙtum ad auditorē. Et in Secunda determinat Conueniens initium ꝙtuz ad materiam rei predicande. Ibi⌊Et exinde cepit Jesus predicare ꝛ dicere⌋

Etsi dicitur ꝙ non debet in doctrina determinari initium ꝙtum ad auditorem. Dicendum est ꝙ secus est in doctrina Morali: ꝛ in doctrina que non est nisi sciendi gratia. In scientijs enim theoricis (al's rhetoricis) non queritur qualis sit auditor. Sed in Moralibus ꝑm principiū scientie oportet determinare auditorem. Sicut patet ꝑ

E

Aristotelem in primo Ethicorũ. Et ita oportet facere hic. Circa Primum horum sunt Duo paragraphi. Quorum Primus est de Inceptiõe quo ad auditorem: ꝛ Secundus est de Confirmatione huius per scripturam: vt patet in littera. Circa Primum horum tangit Quinq̃. Quoruꝫ Primum est Occasio per quam venit ad eos qui primum audire debebant. Secunduꝫ est Locus cõmunis auditus primi sue predicationis. Tertiũ est Qualiter declinauit quedam loca: in quibus non conueniebat eum primũ predicare. Quartuꝫ autem est Qualiter venit ad locum vbi conueniebat incipere. Et Quintum est Descriptio illorum locorũ. Et hec patent per ordinem in littera. De Primo dicit [Cum autem audisset] Attende autẽ ꝙ Mattheus sicut ꝛ Lucas ꝛ Marcus p̃termittit primum aduentum domini in galileam postea q̃ꝫ baptizatus est quando mutauit aquam in vinum: Et cum matre ꝛ discipulis Capharnaum mansit: A qua ciuitate propter pasca hierusalem ascẽdit. Et inde venit in Judeam ꝛ per discipulos baptizauit. Cum etiam Joannes in ennon iuxta salim baptizaret. Sicut dicitur Joannis tertio. Et tunc primo audiens [ꝙ ioannes traditus esset ꝛc.] Dicitur autem Traditus: quia a Judeis consentiẽtibus in mortem eius traditus est herodi. Qui etiam reprehenderunt eum ꝙ baptizaret. Cum nec esset christus: neq̃ helias: neq̃ propheta. Fuit etiam traditus permissiue a deo: vt dicit Chrysostomus. Et cum similem iam inuidiam concepissent contra iesum: eo ꝙ sicut dicitur Joannis tertio. Audierunt ꝙ baptizaret: ꝛ plures discipulos faceret q̃ꝫ Joannes fecerat. Tunc primum [secessit in galileam] Ecce Secundum: Ubi tangit Locum cõmunem: in quo Initiari cõuenit predicationem istam. Et ab isto loco incipiunt tres Euangeliste: intermittentes facta vnius anni. Que solus ponit Joannes: eo ꝙ vltimo scripsit: ꝛ vidit ea in alijs euangelijs deesse. Luc. Uicesimotertio. Cõmouit populum docens per vniuersam Judeam: incipiens a galilea vsq̃ huc [Et relicta ciuitate Nazareth] Ecce Tertiũ Ubi dicit quas ciuitates reliquit. Licet enim in Nazareth annunciatus conceptus ꝛ educatus sit: tamẽ ibi predicare non incepit. quia non erat metropolis Galilee. Nec conueniebat incipere nisi in loco solenni ꝛ publico. Assignantur autem Tres cause Quare huc secessit a Judea. Una quideꝫ que dicta est: quatenus ad locum aptum in initio sue p̃dicationis veniret. Alia autẽ est Ut passionem suam vsq̃ ad tempus congruum differret. Et Tertia Ut nos in periculis secedere doceret. Uiuente autem ꝛ libero a captiuitate existente Joanne nõ predicauit aperte: quia hoc precursori debebatur. Et ne putaretur Joanni velle derogare. His ergo de causis [venit] in galileam [et habitauit in ciuitate capharnaum] Ecce Quartum Ubi determinat Locum solennem vnde incepit. Scdꝫ interpretationem enim nominis sui Capharnaũ villa pulcerrima dicebatur ꝛ fuit. Et hanc describit quo ad situm Dupliciter. Scdꝫ locum in quo sita est. Et scdm sortes tribuum inter quas fuit. Et hoc est Quintum. De Loco quidem dicit ꝙ fuit [maritima] Et dicitur mare hic stagnum tyberiadis siue genezareth more hebreorũ: qui quaslibet aquarum congregatões maria vocant: tamen ibi etiaꝫ fuerunt quedam saline: ex quib⁹ forte maris nomen accepit. Per sortes autem describit cũ dicit [in finibus zabulon et neptalim] quia inter sortes illas quasi inter gentiles (qui erant in galilea gentium) ꝛ Judeos fuit sita. Et ibi conueniebat incipere predicationem: Sicut inferius patebit.

Ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam Terra zabulon ꝛ terra neptalim: via maris trans Jordanem galilee gentium: populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: Et sedentibus in regione vmbre mortis lux orta est eis.

In isto paragrapho probat Ibi cõuenientius incipere Et dicit Duo. Scilicet. Scripture impletionem. ꝛ Ipsam scripturam impletã. Impletionem dicit adimpletionẽ. quia gratia (que per iesuꝫ christum facta est ꝛ veritas. Joannis. j.) superadimplẽdo datur [per Esaiam prophetam] .ix. [Terra zabulon] Ecce Scriptura. Et tãgit Tria Primo Descriptionem eorum a quibus incipitur. Secũdo Qualiter illuxit predicatio. Et Tertio Quo fructu. Et hec patebunt in littera. Descriptionem eorum a quibus incepit: dicit Per sortes: ꝛ Per situm. Sicut in prehabitis dictuꝫ est. Per sortes dt [Terra zabulõ et terra neptalim] Et est scdm Euangelistã vocatiui casus. Per situm autem eodẽ casu dicit [via maris] Et hũc situm determinat in comparatione ad hierusalẽ: que fuit ciuitas sanctificationis cum dicit [trãs iordanem] vbi Jordanis coniungitur [galilee gentium] Erãt enim Due partes Galilee. Una fuit in sorte Zabulon: ꝛ illa fuit iuxta tyberiadim. Alia fuit iuxta Tyrum i sorte Neptalim In qua Salomon viginti opida dedit Hyrã Regi Tyri. iij. Regum quinto. ꝛ. j. Paralip. Uicesimosecundo. Qui habitare fecit in eis Sidonios gentiles. Et extunc dicta est illa pars galilee [galilea gentium] Attende autem ꝙ inducens Esai. auctoritatem: pretermittit principium ꝛ mediũ. Principium enĩ est. Primo tempore alleuiata est terra zabulon ꝛc. Et tangit hoc quod habetur. iiij. Regum Decimoseptimo. Ubi per Salmanasar Regem Assyriorum. x. tribus captiuantẽ. primo tempore captiuitatis terra zabulon ꝛ terra neptalim ẽ alleuiata ab onere habitãtium in ea peccatorum. quia illas duas tribus vicinas gẽtibus prius q̃ꝫ alias captiuauit. Medium autem quod omittit est ꝙ Esaias dicit. Et in nouissimo aggrauata est via maris ꝛc. Et est sensus ꝙ licet via maris. h̄ est: maritima vt supra dictum est nouissime sic capta: Tamen plus alijs fuit grauata ꝛ afflicta. Et his habitis notantꝰ Due cause: propt̃ quas conueniẽs fuit ibi primũ euãgeliũ sonare. Una fuit Ut vbi p̃mo incepit captiuitas seruituti: ibi primo inciperet annunciatio libertatis Secũda autem: quia ibi fuit confinium Judeorum ꝛ gentilium: ꝛ ĩ facili fama euangelij sonuit ad vtrunq̃ populuꝫ (q̃s al's quem) christus coniunxit: sicut lapis angularis. Et hoc nõ fuit alibi. Sed tunc queritꝰ Quare Mattheus nõ adducit prophetiam sicut iacet: sed omittit quedam. Et dicendum est ꝙ scriptum est Judeis. ꝛ ideo non tangit nisi locum conuenientem: ꝛ alia relinquit tanq̃ nota eis quibus scribebat [popul⁹ qui ambulabat in tenebris] Ecce Secundum prophetie. Ubi dicit Qualiter illuxit predicatio. Et Dicit Tria. Primo Necessitatẽ lucis. q: [populus ambulabat] nesciẽs quo iret in tenebris vmbrarum legis ꝛ ignorantie. Joannis duodecimo. Qui in tenebris ambulat nescit quo vadat. Prouerbiorum quarto. Uia impiorum tenebrosa: complantata lapidibus: nesciunt vbi corruant. Secundo dicit Lucis perceptioneꝫ cum dicit [vidit] hoc est fidem acceptauit. Et ideo etiam populi credentes Galilei dicebãtur Actuum secundo. Nonne omnes isti qui loquũtur Galilei sunt Tertio dicit Magnitudinem lucis [lucem magnam] Est enim Lux: quo ad lympidã veritatem. Magna auteꝫ quo ad gratiam quam habet sibi continuam. Prouerbiorum Sexto. Mandatum lucerna est: ꝛ lex lux: ꝛ via vite increpatio discipline. Psal. Centesimodecimooctauo. Lucerna pedibus meis verbum tuum: ꝛ lumẽ semitis meis. ij. Pet. primo. Habemus firmiorem propheticũ sermonem cui benefacitis: intendẽtes tanq̃ lucerne lucẽti in caliginoso loco donec dies illucescat: ꝛ lucifer oriatur in cordibus vestris [Et sedentibus in regione] Ecce Tertium: Quo fructu auditur predicatio. Et dicit Duo: Necessitatem cũ dicit [sedentibus in regione vmbre mortis] Fructum autem cum dicit [lux orta est eis]

Est autem Sedere: quiescere in peccato: quod est regio vmbre mortis. Tenebre enim exteriores (que sunt in inferno: in quas p̃ijci iubentur serui nequam Matthe. Uicesimoquinto) vmbras suas proijciunt in hãc vitam. Et he vmbre sunt tenebre interiores ignorantie ꝛ obscuritatis peccati. Ephe. quarto. Gentes ambulant i vanitate sensus sui: tenebris obscuratũ habentes intellectum: alienati a vita dei per ignorantiam que est in illis. Sapiẽ. Decimoseptimo. Dum putant se latere ĩ obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt. Luc. primo. Illuminare his qui in regione ꝛ in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis [lux orta est eis] hoc est: principium predicationis chr̃i luxit eis ad vtilitatẽ. Ezech. Quadragesimotertio. Ingressa est gloria domini in templum per portam orientalem: ꝛ resplenduit terra a maiestate eius. Chrysostomus tamen hoc ꝙ dicit [popul⁹ qui ꝛc.] refert ad Judeos. Et hoc ꝙ dicit [sedentibus ꝛc.] refert ad gentiles. Et dicit ꝙ Judei lucere viderunt tanq̃ edocti per legem. Gentib⁹ autem tunc primum orta est

Exinde cepit Jesus predicare et dicere.

Habito Initio predicationis quo ad Auditorem: tangit Initium quo ad Materiam p̃dicandam. Dicit autem Duo circa hoc. Primũ est: Q̃ sic cepit dominus iesus predicationem. Unde sensus est [Exinde] auditoris siue loci ꝛ materie [cepit iesus predicare et dicere] Differentia est inter Predicare: Dicere: ꝛ Docere. Predicare enĩ est sermone exhortatorio annunciare ea que super nos sunt. Sed Dicuntur ea que nota sunt in sensibus: Sicut historialia. Docentur autem que per principia sunt in nobis. Sicut Uirtutes morales ꝛ Scientie. quas per doctrinam: ꝛ non per reuelationem accipimus. Et hoc Demonstrant ipse rationes Predicabilium ꝛ Dicibiliũ simplici dictione ꝛ Doctrinalium. Tamen hec trahuntur a Chrysostomo Sic ergo [cepit iesus p̃dicare] diuina [et dicere] sensibilia ꝛ parabolica. Docere autem doctrinalia: Dicẽs

Penitentiam agite Appropinquabit enim regnum celorum

Ecce Secundum Ubi tangit Materiam quẽ est ꝛ debet esse initium predicatõis. Et tãgit Duo. Scilicet Primum predicabile: ꝛ Utilitatẽ eius. Primũ predicabile est [Penitentiam agite] Dicit autem Chrysostomus ꝙ Penitentia ẽ correctio male voluntatis: ꝛ nõ male nature. Si enĩ christus venisset ad correctioneꝫ nature: tunc esset ipse culpandus qui talem naturam condidisset: que correctione indigeret. Uirtutes autẽ ꝛ Scientie liberales: sunt ad perficiendum naturã: ꝛ essent de perfectione nature: etiamsi homo non peccasset Cum igitur christus venerit ad correctionem mali: conueniebat ipsum incipere ab eo quod maluꝫ voluntatis corrigit. quia hoc corrigit gratia ipsius. Ergo conueniebat ipsum incipere a penitẽtia. Et sic pnĩa p̃mũ predicabile est in euãgelio. Et est Predicare in euangelio ante dicere ꝛ docere. Adhuc autem Si Primũ: accipiatur id quod est primum in motu materie siue subiecti ad bonũ a malo: oportet ꝙ predicabile p̃mũ sit id quod destruit peccatum inq̃ntum peccatũ est. hoc auteꝫ est penitentia. Igitur penitentia est primũ in ordine predicabilium christi. Est autem Penitentia sacr̃m: destruens peccatum actuale cõmissum. Et h̄ quidem inq̃ntum contrarium est gratie: Culpa vocatur. Inq̃ntum auteꝫ contrarium est virtuti: vocatur Uicium. Et in actu interiori vel exteriori verbi vel facti consideratum: vocatur Peccatũ. Habens Tres Effectus. Quorum Unus est Priuatio boni naturalis. ꝛ sic vocatur Malum. Ex illa autem priuatione surgit deformitas: ꝛ quo ad hãc vocatꝰ Macula. Nõ quidem positiue. sicut est nigredo vel albedo. sed potius vt dictuꝫ est priuatiue. Sicut mutilatio ingerit maculã vel cecitas.

quia cū peccatum sit defectus nō potest imprime-
re maculam que positiue aliquid sit. Adhuc quo-
niam Omne quod ponit est ens: ⁊ omne ens est a
deo: si macula positiue esset aliquid: esset a deo. Quod
ridiculum ⁊ absurdum est. Unde sicut mutilatio
⁊ ē defectus nasi ⁊ deformitas siue macula faciei.
Ita peccatum est priuatio naturalis boni. et sic
ē Malum: Uel deformitas siue macula anime.
⁊ sic est Turpitudo. Tertius autem effectus est in
quantum est carens rectitudie legis. ⁊ sic obligat
ad penam: ⁊ vocatur Reatus. Penitentia igitur
que est predicabile primū: est sacramentū ecclesie:
destruens peccatum in se ⁊ omnem peccati effectū
Et hec consistit in Tribus. Compunctione. Con-
fessione. ⁊ Satisfactione: que sunt partes eius po
testatiue Et vn⁹ istas partes dolor peccati detesta
tur: qui est in omnibus istis ⁊ informans eas oēs.
Continent autem se iste partes. quia Compūctio
habet confessionem in voto: ⁊ satisfactionē in pro-
posito. Et Confessio habet compunctionis dolo-
rem sicut causam: ⁊ satisfactionē in voto. Satisfa-
ctio autem formatur ex dolore: ⁊ proportionatur
(al's proportionabilit') ex confessione. Per Gratiam
igitur que est in compunctione deletur culpa. Per
Uirtutes que sunt subiecte gratie: delentur vicia.
Per Actus voluntatis detestantis peccatū: dele-
tur peccatum. Et sic sanatur bonum nature: ⁊ de-
letur macule turpitudo. Et per satisfactionē in p-
posito ⁊ in re: deletur reatus. Et est perfectū predi
cabile penitētie: s3 q̄ est perfecta correctio male vo
luntatis. Actuū tertio. Penitemini igitur ⁊ cōuer
timini vt deleantur peccata vestra. Actuum Deci-
moseptimo. Tempora huius ignorantie despici-
ens deus: Annunciat hominibus vt omnes vbi-
q3 penitētiam agant [Appropinquabit enim
regnum celorum] Ecce Effectus siue fructus
penitentie. Et bene dicit [appropinquabit] q2
motus quidam est penitētia a peccato ad iusticiā.
In motu autem continue abijcitur natura eius
vnde siue a quo motus est. Sicut quando res al
batur: continue abijcitur nigredo: ⁊ inducit albe-
do. Sic etiam hic in penitentia prout est correctio
male voluntatis: continue abijcitur turpitudo pec
cati: ⁊ inducitur iusticia regni: prout Regnum ce-
lorum est rectitudo: in se ambiens rectitudinē le-
gum: ⁊ consiliorꝝ ⁊ officiorum ⁊ graduū diuino-
rū: ⁊ ciuilitatum ⁊ potestatum: Qualis rectitudo
est in celo indeflexa per conformitatem omnium
eorum que in celo sunt ad voluntatem diuinam:
que est exemplar ⁊ causa omis rectitudinis: vt di
cit Augustinus In. viij. de Trinitate. Sic enim
oramus Matth. sexto: dicentes. Adueniat regnū
tuū. Apocalyp. quinto. dicūt Sancti. Fecisti nos
deo nostro regnum. Sic igitur determinatū est de
Initio p̄dicabilium in euangelio

Ambulans autem Jesus iuxta mare Galilee: vidit duos fratres: Simonem qui vocatur Petrus: et Andream fratrem eius: mittentes rete in mare. Erant enim piscatores.

Hic incipit Secunda pars Ubi agitur de Uo O
catione ministrorum: per quos est dispēsatio Sa
cramentorum: ⁊ Doctrine: ⁊ Officiorum ecclesie.
Hoc enim fuit vnum de prelibandis. In Pote-
state autem ministrorū necesse est aliquem esse pe-
nes (al's per) quem cōsistat vniuersitas potestat's:
Ita q̄ i opere sollicitudinis habeat coadiutores:
eo q̄ homo est infirmus: ⁊ necesse est q̄ aliqui in
partem sollicitudinis aduocent. Et ideo sunt hic
Due vocationes ministrorum. Et Secunda inci-
pit Ibi [Et procedens inde ⁊c.] Quāuis enim mul
te vocatiōes determinētur in Euangelistis: tamen
non differunt nisi materialiter. Sed iste due for-
maliter differunt. Prima autem harū habet par-
tes Duas. Uocationem scilicet: ⁊ Obedientiam.
Uocatio autem habet Duos paragraphos. Pri
mus ponit conuenientiam vocatiōis. Et Secun
dus ponit Ipsam vocationē. In conueniētia ve-
ro vocationis sumit conuenientiā a Trib⁹. A Lo
co: a Personis vocandis: ⁊ ab Actu siue arte. Cir
ca Locū autem dicit Duo. Scilicet. Inquisitio-
nem p̄ij domini vocantis: ⁊ Loci in quo fit voca-
tio cōuenientiā. Dispositio (al's De Inquisitio-
ne) christi dicitur q̄ Erat [ambulans] Nō tam
passibus corporalibus: q̄3 irradiatiōe ⁊ ingestio-
ne sue illuminationis. Joānis nono. Quādiu in
mundo sum: lux sum mūdi [Jesus] saluator [iu
xta mare galilee] quod est stagnū genesareth:
quod fluiditatem mundi significat: in quo insta-
bilibus studijs laborant hi qui vocandi sunt ad
christi mysterium. Ecce Loci congruentia [vidit]
Sap. quarto. Respectus eius in electos ipsius.
Oculo enim beneplaciti ⁊ oculo misericordie respe
xit intus plus q̄3 extra [duos fratres] Congru-
entiam tangit ex parte personarum. Duo enim sunt.
quia Quantūcunq3 sit aliquis magne dignitatis
⁊ potestatis: necesse est q̄ in multis innitat alteri ⁊
iuuetur ab ipso. Prouerbiorum Decimooctauo.
Frater qui iuuat a fratre est quasi ciuitas firma.
Ecclesiastes. iiij. Ue soli: qui si ceciderit non habet
subleuantem. et si dormierint duo: fouebunt mu-
tuo ⁊c. [Simonem qui] promisso in futurū
nomine [vocatur petrus] siue cephas: quod ca
put sonat: qui ad vniuersitatē potestatis vocatur.
Unde q̄ hic petrus dicit: promissio est nominis.
Matthe. autē Decimosexto. vbi confitetur solide
veritatis fidē: ibi datur ei nomen istud: ⁊ edifica-
tur eccl'ia super eum. Hic autem licet solus sit ca-
put: tamen non solus potest portare onera cōsilio
rum ⁊ negociorum [Et] ideo vt secum sit adiun
gitur ei [Andreas] s'm suū nomen fortis vl' vi-
rilis vocatus [mittentes rete in mari] Ecce
Conuenientia ab actu vel artificio. Rete enim per
metaphoram: officium est predicatiōis: qd in ma-
re mundi est mittendū vt extrahantur ad siccū cō-
tinentie hi qui nutriti sunt in aquis voluptatis.
Matthe. Tertiodecimo. Simile est regnum ce-
lorū sagene misse in mare: ⁊ ex omni gn̄e piscium

congreganti [Erant enim piscatores] Arte.
Quod erat in eis presagium officij futuri. Sicut
dicitur Hierem. Decimosexto. Mittam eis pisca
tores multos: ⁊ piscabuntur eos. Et hoc est q̄ se-
quitur [Erant enim piscatores] arte Non enim
elegit domin⁹ viros nobiles vel litteratos vl' acu-
tos ingenio ⁊ discretos in lingua. Sed sicut dicit
Apostolus. j. Corinthiorū primo. Que stulta hu-
ius mundi sunt elegit dominus: vt confundat sa-
pientes. Et infirma huius mundi elegit deus: vt
confundat fortia. Et ignobilia ⁊ contēptibilia ele
git deus: ⁊ ea que non sunt: vt ea que sunt destrue
ret. ⁊ non glorietur omnis caro coram illo.

Et ait illis. Uenite post me et faciam vos fieri piscatores hominum.

Ecce Uocatio. Et tangit Duo. Uocationem. ⁊
Officium ad quod vocat. Uocatio autem cum di
cit [Uenite post me] Hoc est ad me imitandū
Nullus enim vnq̄3 in bono eum precessit: Qui nō
ex accidenti: sed naturali'r bonus est. Nec aliquis
potest sibi esse equalis qui caput est omniū. Sed
omnes sequūtur imitando q̄ntum possunt. Job
Uicesimotertio. Uestigia eius secutus ē pes me-
us: viam eius custodiui. j. Corinthiorum vndeci-
mo. Imitatores mei estote sicut ⁊ ego christi. Se-
quendus autem est christus Per virtutem in vi
ta. In officio per actum. In fructu per zelum. In
gratia per hoc q̄ gratis detur quod impenditur.
In charitate per affectum [faciam vos fieri pi
scatores hominum] Ecce Promissio officio-
rum Que tamen nō statim iniunxit. Quia adhuc
Instituendi erant per doctrinam: ⁊ Perficiendi p
virtutem: ⁊ Exercitandi per probationem opera-
tionum ⁊ tentationum.

At illi continuo relictis retib⁹ secuti sunt eum

R Ecce Obedientia. Et tangit Tria. Uelocitatē.
Facilitatem. ⁊ Perfectionem. Uelocitatem: quia
dicit [continuo] ad vnius iussionis vocē. Psal.
Nonagesimoquarto. Hodie si vocem ei⁹ audie-
ritis nolite obturare corda vestra. Canticorū. ij.
Sonet vox tua in auribus meis: Uox enim tua
dulcis. Expeditionē notat cum dicit [relictis re-
tibus] quorum vsu actuq3 viuebant. Et hec relin-
quebant actu. Omnia autē reliquerunt volunta
te: omnino nihil retinentes. Mat. Decimonono.
Ecce nos reliquimus omnia ⁊c. [secuti sūt eū]
Ecce Perfectio Que est in sequendo. Job Uicesi
motertio. Secutus sum viam eius: ⁊ non declina
ui ex ea. Danielis. tertio. Et nunc sequimur te in
toto corde nostro: ⁊ timemus te. Philip. iij. Se-
quor si quo modo comprehendam: in quo ⁊ com
prehensus sum Sed obijcitur contra predicta:
quia Joānis p̄mo. non dicitur ista vocatio sic p-
fecta esse S3 potius iuxta Jordanem ad testimo-
nium Joannis secutus est Andreas: ⁊ hic inue-
niens Simonem fratrem suum: adduxit ad iesū:
⁊ in crastinum vocauit Philippū: ⁊ hic adduxit
Nathanaelem. Adhuc Luc. quinto dicitur q̄
ascendit in nauim Simonis: ⁊ rogauit vt a terra
reduceret. ⁊ postea dixit vt in altū ducerēt ⁊ laxa-
rent retia in capturā. Et cum conclusissent ad ver
bum eius piscium multitudinē: ⁊ innuissent Jo-
anni ⁊ Jacobo socijs eorum. ⁊ Petrus procidis-
set ad genua iesu: dixit ei. Noli timere. ex hoc enī
homines eris capiens. Tunc subductis ad terrā
nauibus relictis omnib⁹ secuti sunt eū. Et sic ite-
rum aliter vocati sunt q̄3 hic narretur. Ad hoc di-
cunt Sancti q̄ Ter vocati sunt isti. Primo enim
iuxta iordanem vocati sunt: precipue testimonio
Joannis. Sed tunc parū manserunt cum Jesu.
Dicitur enim q̄ manserūt cum eo die illa: ⁊ con-
traxerunt noticiam eius. ⁊ rediuerūt ad propria.
Audiuerunt tamen ab eo future gratie in eis q̄dā
preconia a christo. Postea autē sicut dicit Lucas
in captura piscium viso miraculo stupefacti: secu
ti sunt cū animo. Et iterū paꝝ manentes cū ipso:
rediuerunt ad temp⁹. ⁊ iam contraxerāt familiari
tatem: ⁊ iterum future gratie in eis iam exp̄ti sunt
quedam argumenta. Sed tertia vice perfecta est
vocatio que hic dicit. Et tunc ita secuti sunt q̄ ad
ea que reliquerant: non amplius rediuerunt nisi
post resurrectionem ad tempus ⁊c.

Et procedens inde vidit alios duos fratres. Jacobum Zebedei: et Joannem fratrem eius in naui cum Zebedeo patre eorum reficientes retia sua.

Ecce Secunda vocatio ministrorū qui in par- S
tem sollicitudinis vocantur. Et Prima quidē fi
gurata est in Moyse (qui dux cōstitutus populi)
⁊ Aaron fratre suo: qui datus est ei in adiutoriū:
non in cōsortem (al's sortem) potestatis. Ista autē
vocatio figuratur Exod. Decimooctauo. Ubi ad
consiliū Jetro electi sunt viri sapientes qui oderūt
auariciam. ⁊ cōstituti sunt tribuni: ⁊ centuriones:
⁊ decani. qui tamen magna queq3 ad moysen refer
rent. Numeri. vndecimo dicitur. Tollam de spiri
tu tuo: ⁊ dabo septuaginta viris. Qui spiritus di
ab eo qui habet plenitudinē potestatis diriuatur
in eos qui in partem solicitudinis sunt vocati In
hac autem vocatione Tria dicūtur. Idoneitas vi
delicet. ⁊ Obedientia vocandorꝝ precedens in eis.
Uocatio ⁊ Obēdia. Idoneitas autem vocandorꝝ de-
scribit A Uinculo (al's amminiculo) fraternitat's.
⁊ A Nominibus A Genere. ⁊ Ab Arte. Ab Actu.
⁊ A pietate. Ante tamen hoc tangit dispositionē
vocantis Cum dicit [Et procedens inde] pi-
us domin⁹ Qui omnes ad salutem nō sustinens
expectare donec per se veniant. Luc. Quintodeci-
mo. Querit diligēter donec inueniat [vidit] ocu
lis charitatis ⁊ misericordie. Psal. Uicesimoq̄r-
to. Respice in me ⁊ miserere mei [alios] ad mino
ra ⁊ alia vocandos [duos fratres] fraterne cha
ritatis emulatores. Hebreorū. iij. Fratres sancti

vocationis celestis participes [Jacobū et Joannem] A Nominibꝫ innuit idoneitatem. Or Supplantator ꝛ luctator debet esse contra hostē. ꝛ In quo est gratia dei ad deum ꝛ ad hominem: is qui vocatur. Ex gratia enim debet esse potens exhortari in doctrina sana: ꝛ ex virtute lucte debet contradicentes reuincere. Ad Titū.j. [in naui] Ecce Idoneitas ab arte. Gubernator enim nauis proportionaꝫ gubernatori ecclesie. Actuū Vicesimo. Attēdite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo vos posuit christus regere ecclesiam quam adquisiuit sanguine suo [cum Zebedeo] Ecce Pietas que ꝑm Tullium est beniuolentia in parētes. quia patrem secum in cura habētes non deseruerūt.j. Timoth. tertio. Siquis sue domui preesse nescit: quomodo ecclesie dei diligentiam habebit: j. Timoth. quinto. Siquis suorum ꝛ maxime domesticorū curam non habet: fidem negauit: ꝛ est infideli deterior [reficientes retia sua] Retia enim ꝑ metaphoram docent (al's dicunt) artem predicatōis: vt illa reficiatur studijs scripturarum ꝛ ꝑmotione litteratorum virorum. Luc. quīto. Laxate retia in capturam.

Et vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum.

Ecce Vocatio. est autē Duplex. Interior. ꝛ Exterior. Exterior: voce facta est ꝛ fit saluatoris. Interior appositione gratis date Rhomanoꝝ octauo. Quos presciuit conformes fieri imaginis filij sui hos ꝛ vocauit. quos autem vocauit: illos ꝛ iustificauit. ꝛ q̄s iustificauit: illos ꝛ magnificauit. Sic ergo Null⁹ se ingerat. Nullus prece vel obsequio emat. Nullus violēter minis vel precibus armatis introducatur. Nullus sanguinis proximitate promoueatur: sed quem vocat deus. Hebreorū v. Nec quisq̄ sumat sibi honorē: sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron [Illi autē statim] Ecce Obediencia: Velox: Expedita: Spiritualis: ꝛ Perfecta. Velox: quia [statim] Eccl'iastici q̄nto. Non tardes conuerti ad dominum: ꝛ ne differas d̄ die in diem. Expedita: quia [relictis retibus] Lu. duodecimo. Vendite que habetis ꝛ date elemosynam. Matthe. Decimonono. Vende omnia que habes ꝛ da pauperibus. Spiritualis: quia relicto carnali patre. Sed cōtra Exo. Vicesimo. Honora parentes. ergo non est relinquendus pater: sed nutriendus. precipue cum crescente virtute in filijs: decrescat in patre. Dicendū φ nō sunt relinquendi parentes. cum nec ope amicoꝝ: nec opibus proprijs habeant quid faciant. Iste autē zebedeus licet diues non fuerit: tamen ꝑm suum statū habuit solacia vite vnde viuere posset. ꝛ hoc sufficit. Nō enim tenemur delitias procurare parentibus que nobis ipsis prohibenꝫ [secuti sunt eū] Ecce Perfectio obediētie. iiij. Regū. ij. Viuit dominus ꝛ viuit anima tua: quia non derelinquam te. j. Paralip. Duodecimo. Tui sumus o dauid: ꝛ tecum erimus filij isai: pax tecū. ꝛ pax adiutoribus tuis. Te enim adiuuat deus tu⁹. Dauid manu fortis ꝛ aspectu desiderabilis christus ē: in pugna fortis in gloria: in aspectu d̄siderabilis. Isai autem domini salus. Et est ille qui est salus pr̄is: missus in mundum. cuius sunt: sequentes christum: pacem ad se: ꝛ ad proximū: ꝛ ad deum inuenientes in ipso. Sic ergo dictum sit de Vocatione ministrorum

Et circūibat iesus tota in galileam docens in synagogis eorum ꝛ predicans euangelium regni.

b Ic incipit pars illa In q̄ prelibat Moduꝫ euangelij. ꝛ Effectū. Habet autem paragraphos Quinq;. In quoꝝ Primo prelibatur huius doctrine Modus. In Secundo autē prelibaꝫ Modus per quem probatur veritas e⁹. In Tertio prelibatur Modus ex parte predicantis. Et in Quarto ponꝫ Modus probationis in particulari. In Quinto autē ꝛ vltimo ponꝫ Proprius eius effectus. Et hec patebunt per ordinem in littera. Primo autem prelibat Moduꝫ ex parte Predicatoris. ꝛ Ex parte Loci doctrine. et Ex parte ipsius doctrine. Et sic Tria dicuntur. De Modo ex parte Doctoris dicit [Circūibat iesus totam galileam] Non enī in vno loco sedere debet doctor euangelij: Sed inferre auribus vniuscuiusq;. Propter quod missi dicunꝫ: predicatores. Rhomanoꝝ. x. Quomodo predicabūt nisi mittantur: Prouerbiorum. vj. Discurre festina suscita amicum tuū. Modū autem ex parte Loci tangit cum dicit [docens in synagogis eorum] hoc est in loco publico ꝛ solenni. Nō in angulis ꝛ foueis: sicut heretici faciunt. Matthei. x. Quod ī aure auditis predicate super tecta. Matthe. Vicesimosexto. Quotidie apud vos eram in templo docens ꝛc̄. Deinde tangit Modū ex parte Euangelij cum dicit [et predicans euangelium regni] Euangelium Bonū enim nunciū quod conducit ad regnum. Et ideo ꝛ annunciatiue ꝛ exhortatiue: ita φ ad regnum conducat: debet predicari ꝛ doceri. c

Et sanans omnem languorem et omnem infirmitatē in populo.

Ecce Modus probatiōis in vniuersali per miracula. Que sunt curatiōes infirmitatū. quia figurantur (al's figurant) curationes animaꝝ. Et ideo dic [Sanans omnem languorē] Languor enim est affligens cum destitutione corporis [et omnem infirmitatē] Infirmitas ē defectus corporis vel membri siue calor febrilis: per quaꝫ corpus vel membrū non est in naturali ꝛ propria sua valitudine. Sicut ostendit ipsum nomen Hiere. Decimoseptimo. Sana me domine ꝛ sanabor. saluū me fac ꝛ saluus ero. Psal. cvj. Misit vbūꝫ suū ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitionibus eorum. Sap. Decimosexto. Non herba neq; malagma sanabat eos: Sed sermo tuus qui sanat omnia.

Et abijt opinio eius in totam Syriam.

Ecce Modus qui supponiꝫ in predicante φ sit bone opinionis. Et dicit Duo. Celebritatem: ꝛ Fame latitudinem. Celebritas notaꝫ in hoc qd̄ dicit [Abijt] quasi continue vadens ꝑpter celebre nomen ipsi⁹. Latitudinē autē tangit cum dicit [per totā Syriam] que erat maior q̄ Judea: ꝛ iuncta Judee. j. Timo. iij. Oportet ipm̄ ꝛ testimoniū habere bonū ab his qui foris sunt: vt nō in opprobrium incidat. Et hic mod⁹ differt ab eo qui ṗus habitus. Qui ṗus habitus: erat predicatoris in actu predicādi. Hic autē est: In ṗdicatore supponitur φ prouideat bona nō solū corā d̄o: sed etiā coram omnibꝫ hominibꝫ. Rhomanoꝝ. xij. Et φ curā habeat de bono nomie. vt sicut d̄r Ecci. xlix. Memoria Josie in cōpositōe odoꝝ facta est op⁹ pigmentarij in omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria.

Et obtulerūt ei oēs male habentes varijs languorib⁹ ꝛ tormētis cōprehensos: et qui demonia habebāt: et lunaticos et paralyticos et curauit eos.

Hic tangitur Modus probatiōis in Speciali. Et tangit Tria. Primū est Uniuersalis curātio omniū oblatoꝝ. Et hoc tangit cum d̄r [Et obtulerunt ei omnes male habentes] quacūq; infirmitate detinerenꝫ. Et hoc ē quod sequitur [varijs languo. et tormē. cōpr.] Et est Languor dictus quasi longus angor: quando homo paulatim destituiꝫ viribꝫ ꝛ substantia cū corporis grauitate. Tormentū aūt est quando est acris ad sensum vexatio vel afflictio. Ecci. x. Languor prolixior grauat medicū: breuē languorē precidit medicus. Deinde subinfert Duas species afflictionū grauiores. Et ille sꝫ Aut A principio extrinseco Aut intrinseco. Si ab extrinseco. Aut h̄ est extrinsecum loco ꝛ subiecto Etsi sit intrinsecū per effectū. ꝛ sic sꝫ [lunatici] Aut est intrinsecū subiecto ꝛ nō loco: per effectuꝫ quē imprimit vexans. ꝛ sic sꝫ [demoniaci] Si autē est intrinsecū per causam continētā naturalibꝫ: tūc sunt [paralytici] Febres aūt ꝛ alie infirmitates importanꝫ ꝑ languores ꝛ tormenta [et curauit eos] Act. x. Pertransiuit benefaciendo sanando oēs oppressos a diabolo: quoniā deus erat cū illo.

Et secute sunt eum turbe multe de galilea et decapoli: et de hierosolymis et de Judea et de trās Jordane

d Istud est Effectus siue vtilitas Ut homīes sequanꝫ deū. Et hic tangit Duo. Multitudinē videlicet sequentiū: ꝛ Diuersitatē. Multitudinē tangit cum d̄r [Secute sunt cū tur. mul.] Et tangit glo. Quattuor causas: quibꝫ diuersi sequebantur christum. Alij enī sequebanꝫ propꝫ celeste mysterium Ut discipuli ꝛ alij deuoti. Alij Ob curationem infirmitatum. Alij sola fama ꝛ curiositate experiri volentes si essent vera que dicebanꝫ de illo. Alij per (al's ꝑpter) inuidiā volentes eū accusare: ꝛ in aliquo capere. Differētias aūt sequentiū tangit [de galilea ꝛc̄.] per quos significantur transmutatiōes de vicijs ad v̄tutes [et decapoli] Per quos significanꝫ instruendi in decē preceptis legis moralibꝫ (al's moralis) quia Decapolis fuit ꝑuincia in qua erant decē ciuitates [et de hieroso.] Per quos significanꝫ per contēplationem studentes ad visionem eterne pacis [et de trans iordanē] Per quos significanꝫ hi qui relicta pompa mundi: descendūt humiliter ad contemptum mūdi ꝛ suijpsoꝝ. Apocal. vij. Vidi turbam magnā quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibꝫ tribubus ꝛ linguis stantes ante thronum. Joannis. xij. Ecce mundus post ipm̄ abit. Esa. xlv. Labor egypti negociatio ethiopie ꝛ sabaim: viri sublimes ad te transibunt: ꝛ tui erūt. Hoc est: de tenebris seculi ꝛ nigredine viciorum. ꝛ d̄ eloquentia sapientie huius mundi: q̄ sabaim interpretatur: conuersi venient ad filiū ꝛ sequenꝫ eum. j. Regum. xxij. Veniebant ad dauid oēs qui erant in angustia constituti: ꝛ oppressi ere alieno ꝛ amaro animo: ꝛ factus est eorum princeps. Angustia est inutilis tristicia seculi. Es alienum: sensualitas diaboli. Amaro enim animo qui tristiciam ꝛ amaritudinem habebant de peccatis preteritis. Horū enim omniū est christus ṗnceps ꝛ dux liberator. Sic enī multi venient ab oriente ꝛ occidente: ꝛ recūbent cum Abraā Isaac ꝛ Jacob in regno celorum. Matthe. viij. Dicit aūt φ multi sequuntur ꝛ non oēs. quia non omnes crediderunt: sed de qualibet differentia hominum aliqui: qui preordinati erant ad vitam. Ista igiꝫ debet esse intentio predicationis euāgelice: vt sic turbe sequantur christum dominum. Et hec d̄ Capitulo quarto

Capitulum. V.

v Idens aūt iesus turbas: ascendit in montem.

Hic incipit Instructio ꝛ Illuminatio ptinens ad informationem regenerandoꝝ. Est autem hec informatio Duplex. Una quidem pertinēs ad vite sanctitatem: que preexigiꝫ. Et Alia que pertinet Ad ministrorum eruditionē q̄tum ad regimē ecclesiasticū: ꝛ illa sequiꝫ. Et postea inducunꝫ sacramenta christi: dantia v̄tutem verbo ministrorum: et Sacramentis ecclesie. Sicut est Passio ꝛ Resurrectio ꝛ Ascensio: per que complenꝫ oīa ṗcedentia. Siue Ad vite sanctitatē pertineāt: Siue Ad dispensationē ministroꝝ. Informatio igiꝫ Ad vite sanctitatē pertinens tangiꝫ ab hoc loco: vsq; ad x. Capl'm. Et a. x. vsq; ad Vicesimūsextū tangitur a

Informatio ministroꝝ. ⁊ a vicesimosexto vsqꝫ i fi
nem ponunt̄ sacramēta que christus in se ipso ex/
hibuit: per que implent̄ om̄ia preinducta. Hec au
tem pars que est de Vite sanctitate habet Duas.
Traditionē videlicet informatōnis: ⁊ Probatio/
nem. ⁊ Probatio non est nisi per miraculoꝝ ope/
rationē: vt dr̄ Petrus in Itinerario Clementis.
Et hec ꝓbatio incipit in. viij. caplo. Anterior autē
informatio Duo continet. Instructionē videlicet:
⁊ Commendationē eius q̄ informationē ipam cō
seruat in ope. Et de ista cōmendatiōe loquit̄ paꝝ
ante finē septimi Capli Ubi dr̄. Omnis ergo qui
audit verba hec ⁊ facit ea ⁊c. Instructio aūt ante/
rior ꝫ rationē moralis doctrine diuidit̄ in partes
Duas. In quaꝝ Prima ꝓponit Beatitudies tan
q̄ fines vt magis appetantur. Et postea subiungit
Instructionē: exequēdo eā per ptes. Ibi [Nolite
putare q̄m veni soluere legez aut ꝓphetas] Adhuc
aūt pars anterior diuidit̄ in Tres ptes. In quaꝝ
Prima tangit Opportunitatē sermonū inducen/
doꝝ. Et in Secunda ponit sermones Beatitudi
nū. Ibi [Beati paupes spiritu. In Tertia (scꝫ que
sūme perfectiōis est) quod docuit ostendit ista ma
xime cōpetere aplis. Ibi [Uos estis sal terre] Ex
ista diuisione cuilibet patet ordo partiū. Ea autez
in qua tangit̄ Opportunitas inducēdi sermonem
habet Tres paragraphos. In quoꝝ Primo tan
git Opportunitatē: ex loco. In Scdo Opportuni
tatem: ex dispositiōe debita docent̄. In Tertio: ex
modo docendi. Et hec patebunt in lr̄a Circa Lo
ci opportunitatez Tria dr̄. Causam ascēsus: Ipm
ascensum: ⁊ Locum in quē ascendit. Causam tan/
git cum dr̄ [Uidens autē iesus turbas] Si/
cut em̄ omnis artifex conspiciēs apta sue arti: inci
tatur ad operādū. Et q̄dam irrationabiliū anima/
lium opportunitates videntes suoꝝ vsuum ferun
tur ad eos. Sicut equus vidēs planos campos:
incitat̄ ad currenduz. qđ est vsus equi. Ita p̄dica/
tor videns aulas plenas populoꝝ desiderantium
audire incitat̄ ad predicandū. Sic ḡ ⁊ dominus
vidēs turbas cum deuotiōe desiderantes ꝟbum
audire: excitabat̄ in montem ascēdere. Excitat em̄
auditor studium. Canticoꝝ. ij. Sonet vox tua in
auribus meis: Uox em̄ tua dulcis ⁊c. Psal. xliiij.
Diffusa est gratia in labijs tuis [ascendit] Ecce
Scdm qđ est ascensus: docens nos ascēdere per
verbum suū. Psal xx. Exaltare dn̄e in virtute tua.
Esa. xl. Exalta in fortitudine vocē tuā. hoc est i for
titudine virtutis fac altam vocē tuā ad quā ascen
dat auditor [in mōtem] Ecce Locus. Et notat
Tria. Se videlicet eē montē. De quo dr̄ Psalm.
lxiij. Mons in quo beneplacitū est deo habitare i
eo. etem̄ dn̄s habitabit in finem. q2 diuinitas ha/
bitauit in eo corpaliter. Et Q in montē eminent̄
vite ascendere debet p̄dicator iusticie. Esa. xl. Su
per montē excelsum ascende q̄ euāgelizas sion. Et
Q ad montē. hoc est eminentiā spūs inuitare de/
beat ⁊ trahere auditores. Hiere. xxxj. Benedicat
tibi dn̄s pulcritudo iusticie mons sanctus. Sz
obijcit̄. quia Luc. vj. vbi eiusdē sermonis ponunt̄
partes: non dicit̄ ꝙ factus sit in monte. sed in loco
campestri. Adhuc Ibi dr̄ ꝙ turbis fact⁹ ē: Hic au
tem ꝙ docebat discipl'os. Adhuc Ibi multa omit
tuntur que hic ponunt̄. Responsio Dicendū ꝫm
glo. Q ꝓbabilius est ꝙ p̄mo in montem cū disci/
pulis ascenderit: ⁊ ibi sermonē vt hic scribitur per/
tractauerit. Et deinde ad locū campestrem ad tur
bas descendēs: quedaz sermonis repetierit ⁊ non
omnia. Et hoc ponit Lucas. Uel dici pōt ꝙ idem
sermo factus sit primo discipulis: ⁊ postea turbis
Sed Lucas quedā omiserit que sciuit ante scripta
fuisse a Mattheo. Alij autē quidā dicūt ꝙ mons
in summo sui habuit stricturā: In qua p̄mo fuit
cum discipulis. In latere autem habuit quoddā
planum in quo stabat Jesus cum discipul' ⁊ tur/
bis. Et hoc vocat Lucas locum campestrē. ⁊ tur/
bis ⁊ discipulis simul loquebat̄. sed ad discipl'os
oculos dirigebat: oñdens eis maxime conuenire
que dicebantur: ⁊ minus alijs.

Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius

Secūdus paragraphus Et dicunt̄ i eo Tria. B
Quoꝝ Primū est Quies docentis. Secundum
Eoꝝ qui docentur ꝓpinquitas. Tertiuz Optima
dispositio auditorū ad doctrinam percipiendam.
Primū notatur in hoc quod dr̄ [Cum sedissꝫ]
Sedere enim quiescent̄ est. Stans em̄ laborat:
⁊ Uadens instabilis est. Et cum laborat corpus:
nō potest in perfecta quiete esse anim⁹. Sz abstra
hitur: ⁊ tunc non bene cōcipit ⁊ confert ⁊ ordiat di
cenda ⁊ causas dicendoꝝ: ⁊ differētias ⁊ acciden/
tia: cōmunia ⁊ ꝓpria: ⁊ alia que in dicendo conside
rantur. Jacens aūt est inordiatus. quia caput nō
sursum porrigit̄ Et ideo grossi fumi ⁊ grossi spiri
tus ⁊ sanguis in eo multiplicātur. Que non adeo
multiplicant̄ quando sursum porrigit̄. q2 grossa
non facile eleuātur. Subtilia autē ⁊ leuia ⁊ clara
in calore ⁊ sanguine ⁊ spiritu: ad ipum tunc quan
do eleuatur deueniunt. Et hec faciunt intellectus
bonos ⁊ memorias. Hec est causa ꝙ cathedra po
nitur Doctorib9. ⁊ thronus vel tribunal Judici/
bus ꝙ cathedra dicitur edes cathezizantis. hoc ē
docentis. Aristoteles in. vij. Physicorum dicit ꝙ
in sedendo ⁊ quiescēdo fit anima sciens ⁊ prudēs.
Psalm. Centesimosexto. Exaltent eum in ecclesia
plebis: ⁊ in cathedra seniorum laudent eum. Eccī.
vndecimo. Sapiētia humiliati exaltabit caput: ⁊
in medio magnatorum considere illum fac. Hinc
est ꝙ Matth. Uicesimotertio dicitur. Supra ca/
thedram moysi sederunt scribe ⁊ pharisei ⁊c. [Et
accesserunt ad eum] Ecce Audiētium propin
quitas. Et est intelligenda non tam loco q̄ imita
tione doctrine: ⁊ affectu dilectionis magistri. Ec/
cl'iastici Quinquagesimo p̄mo. Appropiquate ad
me indocti: ⁊ congregate vos in locum discipline.
Psalm. Tricesimotertio. Accedite ad eum ⁊ illu/
minami. Deuterono. Tricesimotertio Qui appro
pinquant pedibus eius: accipient de doctrina ei⁹
[discipuli] Ecce Tertiuz Optima dispositio au
ditorū. Non enim sunt in errorem inducti peruer
sis doctoribus: Sed veritatis discipuli dispositi
sunt ad magna capienda. j. Corinthiorum secun/
do. Sapientiam loquimur inter perfectos. Jo/

annis octauo. Si vos manserit̄ in sermone meo
vere discipuli mei eritis. ⁊ cognoscetis veritatem:
⁊ veritas liberabit vos. Esa. viij Liga testimoniū:
signa legem in discipulis meis.

Et aperiens os suum: docebat eos Dicens

Tertius est paragraphus. Et dicit Duo. Rese/
rationem magnorum ⁊ subtilium. ⁊ Formam di
cendorum. Primū notatur cum dicit [Et ape/
riens os suum] Et videtur Tria tangere q̄ sunt
necessaria ad subtilium reseratione. Quorū Pri/
mum est Apertio explanās. Secundum Officiū
oris in eloquentia. ⁊ Tertium Facultas ex ꝓpria
sapientia. Quidam enim aperiunt: sed nō ore ad/
hibent adhibenda: Sed quasi balbutientes cum
moyse impeditioris sunt lingue. Exod. iiij. Esaie.
Tricesimoquinto. Aperta erit lingua mutorū. Alij
sunt qui non suum os sed alienum aperiunt. Qui
verba dicunt aliorūz. Et dum verba illa non per/
fecta (al's perfecte) loquuntur. quia non bn̄ intel/
ligunt: etiam in alios quasi clauso ore deriuātur
(al's deriuat̄) Hec ergo Tria exiguntur Q aperi/
as explanando. Q oris eloquentis modos appo
nas. Q tibi tuum officium sit vt in potestate sapi
entie tue edisseras. Prouerbiorum Tricesimopri
mo. Os suum aperuit sapiētie: ⁊ lex clemētie in lin
gua eius. Non enim aperit os hiatum magnum
faciendo: sed magna ⁊ alta edisserendo. Eccl'iastici
Uicesimoquarto. In ecclesijs altissimis aperiet os
suum: ⁊ in conspectu virtutis illius gloriabitur.
Psalm. Octogesimo. Aperi os tuum: ⁊ ego im/
plebo illō [docebat eos Dicens] Ecce Forma
dicendoruz. Doctrinalia enim sunt que ꝫm ratio/
nalem mentem in nobis aliquo modo consistunt
(al's subsistūt) que etiamsi nemo doceret: mens ra
tionalis illa verba bona diceret ⁊ vtilia ad vitam.
Sicut Humilitas: mansuetudo ⁊c: que hic indu
cuntur. Sapiētie octauo. Sobrietatem ⁊ pruden
tiam docet ⁊ iusticiam ⁊ virtutem: quibus in vita
nihil ē vtilius hominibus. Esai. Quadragesimo/
octauo. Ego domin⁹ docens te vtilia: ⁊ gubernās
te in via qua ambulas

C b Eati pauperes spiritu

Hic incipit Doctrina perfectionis. Et diui
ditur in Octo status quos hic docet. Et in quoli/
bet illorū sunt Tria. Laus beatitudinis. ⁊ Me/
ritum in quo consistit beatitudo. ⁊ Proportio p̄/
mij vt magis appetatur. Attende autem ꝙ dif/
ferunt Uirtus ⁊ Felicitas ⁊ Beatitudo. Quo/
niam Uirtus est illud quod in vnoquoqꝫ genere
operum voluntarioꝝ ⁊ rationabilium bonorum
facit attingere optimū. Adulterari em̄ ⁊ fornicari
⁊ huiusmodi: licet sint volūtaria. tamen n̄ sunt ra/
tionabiliter bona per nos operabilia: sed poti⁹ ra/
tio dicit ea esse mala. Uti autem delectabilib⁹ hu/
ius vite: Resistere oppugnātib9 ⁊ contrariantib9
iusticie: libertati: ⁊ patrie. Similiter autem Com
municare primo ꝫm iura ciuilitatū. Ordinare vi
tam ꝫm electionem: conferentiū ad bonum. ⁊ hu/
iusmodi: sunt operabilia p̄ nos voluntaria: ⁊ sunt
in his rōnabiliter bona. Et q̄squis est ille habit⁹
qui in vno quodā (al's vnoquoqꝫ) genere fac istoꝝ
optimū attingere: est virtus in illo genere cōsistēs
Et ideo cū quattuor enumerata sint. In Primo
attingit optimū Temperātia. In Scdo Fortitu/
do. ⁊ In Tertio Justicia. ⁊ In Quarto Pruden
tia. Et sic est videre in omni genere operabiliū per
nos: ꝙ i quolibet vno est ꝟtus vna ꝫm quā attin
gitur (al's attingit) optimū in illo genere. Et sic dif
finit Uirtutē Tulli⁹: dicēs. Uirtus est dispositio
perfecti ad optimū. Felicitas ꝑfectior est ꝟtute:
q2 est actus siue opatio que fit ꝫ ꝑfectam animi
virtutē. Perfect⁹ aūt animus nō est ex vna ꝟtute:
nec ex parua ꝯsuetudie ꝟtutis: sed ex ꝟtute antiq̄
per ꝯsuetudinē: ⁊ adunata cū oib9 alijs in animo.
Non em̄ idē est esse ꝑfectā potentiā per ꝟtutem: ⁊
perfectū esse animū. Aius em̄ ē ordiator toti⁹ vite
⁊ motor in oib9 p̄ nos opabilib9: ꝯtinēs i se oēz po
tentiā ex q̄ elicit̄ aliq̄d eoꝝ q̄ p̄ nos hn̄t fieri. Nec ē
ꝑfect⁹ q̄zdiu aliq̄d inest dispōnis ꝯtre: ⁊ q̄zdiu nō
est facilis effect⁹ p̄ ꝯsuetudinez longā. Propt̄ qđ
dic̄ Aristo. Q vna clara dies nō facit vernū tpus:
sed vernū tpus facit clarior dies cōtinue succedēs
clare. Si em̄ clara dies faceret tps vernū: esset ali
quando tps vernū media hyeme. Sic aūt virtus
que ꝯualuit in subiecto: nō senescit in sene: nec de/
stituit̄ virib9. Sicut dr̄ Tulli⁹ In Lib. de Sene/
ctute Catonis. Quia aūt om̄s virtutes exiguntur
ad animi ꝑfectionē. Ideo dr̄ ꝙ vnica hirundo nō
facit nidū. sed adiuta p̄ sociam. ⁊ sic vna virt⁹ ani/
mū non facit perfectum: nisi cōiuncta sit alij. Licet
his duob9 ꝑficiat̄ anim⁹ in se: tn̄ ad ꝑfectōez opti/
moꝝ (Sic est Gubernare rēpublicā in ciuitatib9:
⁊ puincijs exterioꝝ organice ad virtutē deseruien
tiū) ⁊ sic Infortunia cōtribulāt felicem ⁊ impedi/
unt. ⁊ Fortune in sez in ꝓnepotib9 ⁊ coniunct̄ ex/
pediūt felicē ad felicitat̄ actū. Propt̄ quod etiam
est preceptū legislatoris ꝙ officia publica diuitib9
cōmittenda sunt. quia paupes ea expedire nō pos/
sunt. Sic expedito animo toto: ⁊ in se: ⁊ organice
siue instrumentaliter deseruientibus ꝫ Diuinissi
mū bonum vite erit actus felicitatis. Cum ei Di/
uinum quid est gubernare seipsum in bono ho/
minis: Diuini⁹ est quod est gubernare ciuitatem
ꝫm bonum ciuitat̄. Diuinissimū aūt ē: qđ est gu/
bernatio gent̄ ꝫm bonum gentis: quod est respu/
blica. Hoc autem fit per actum prudētie: put exit
ab animo omni modo dicto perfecto. Et hoc mo/
do Felix est dictus opationē agēs ꝫ ꝑfectā animi
virtutē in bono hominis: ⁊ in bono ciuitat̄ ⁊ gen
tis. Sic autē viciū non dr̄ a priuatiōe oim circū/
stantiarum ꝟtut̄: sed a p̄uatōe vniuscuiusuis vir/
tutis viciū dicit̄. etsi alias non priuet: eo ꝙ per pri
uatōnem vnius recedit ab optimo. Ita dr̄ Infelix
a priuatione vniuscuiusuis trium. Maxime ta/
men infelix est qui priuat̄ virtute animi. Et Mi/
nus illo infelix est qui priuatur felicitate operan/
di. Et Minime qui priuat̄ bonis fortune instru/
mentaliter felici deseruientibus. Hunc tamen im
peritum vulg⁹ maxie vocat infelicem. Infelicissi/
mus aūt qui omnib9 priuat̄. Infelicior qui duo/
bus priuatur. Et Infelix qui vno. Hec est ergo

felicitas. Beatitudo pfectior est vtroqꝫ istorū. quoniā Beatitudo opponit omi ei quod facit miserū sm aliquem statuz vere miserie. Et ideo siue sit impediens statuz optimū siue sit impugnās: siue etiaz deficiens: semꝑ impedit beatitudinem: Quod non est in virtute nec in felicitate. quia hec a multis et impediuntur ꝛ impugnantur: ꝛ ī multis deficiunt. sicut patebit in sequentibus. Et iō Beatitudo potius est status perfectionis q̄ act⁹ vel operatio. Et beatitudo simpliciter ꝛ vniuersaliter: est status omniuz bonorum congregatione perfectus. Nec dicuntur hic bona tm̄ virtutes: sed ꝛ omnia conferētia ꝛ tenentia in bono: ꝛ remouentia ꝯria istoꝝ. Et lꝫ illa bona multa sūt ꝛ multorum generum: tamē beatitudo vnum quid est: quia omnia bona sunt in ordine ad vnum quod est optimum. et hoc est deus. Et hec vnio sufficit statui. Quia status etiam continet multa. nec est status sed semper motus ꝛ progressio q̄diu non quiescit in optimo. Sic autem simpliciter ꝛ vniuersaliter sumpta beatitudine: sunt beatitudines speciales ꝛ particulares sm statum specialeꝫ vniuscuiusqꝫ generis optime. Et sic multiplicant hic a domino beatitudines sm status optimos in bonis meritorijs: vltra quos status non est procedere. Etsi aliquando inueniatur beatus dici i scriptura vir sanctus: sm aliquid imperfectum hoc est: quod dicitur sm spem eius quod adhuc adipiscendum est. ꝛ non sm illud in quo iam hꝫ statum. His igitur sic distinctis Attendendū est qꝫ in qualibet beatitudine inducta que octo sunt Tria consideranda sunt. Preconium videlicꝫ beatitudinis. Id in quo consistit beatitudinis meritum ꝛ Premium. De Primo dicit [Beati]

D Et est Beatitudo ista laus et preconium corū qui omnino a se excludunt impedimenta status paupertatis [spiritu] hoc est qui ex omnibus q̄ mūdus iste in diuitijs: honoribus ꝛ delicijs prebere potest: reputant esse se insufficientes ad deum. Et ideo suam recognoscentes insufficientiā ad deum solum: sicut ad bonum in quo est sufficientia: habent recursum. Et hoc est quod habet translatio d greco facta: Beati mendici. Pauper enim est insufficiens sibi. Sed mendicus est qui omnium (al's omni) ope ꝛ opibus destitutus: rogat ab alio solacia inopie et hāc cum erubescētes. Et ideo dico litteralem esse expositionē Psalm. xl. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem. Et Psalm. cviij. Ego vero egenus ꝛ pauper sum ꝛc. Item Psal. liiij. Jacta cogitatum tuum in domino ꝛ ipse te enutriet. Item .j. Petri. v. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum: quia ipsi cura est de vobis. Ecclesiastici iiij. Cor inopis ne affixeris: ꝛ ne protrahas datum angustiato. Cum autem dicitur Beati pauperes [spiritu] potest Spiritus accipi equiuoce. Si eniꝫ accipiatur: dictus a spiratione corporei spiritus: tunc spiritum habere dicuntur audaces ꝓterui et sūperbi ꝛ arrogantes que omnia ex tumore cordis ꝓueniūt. sm qꝫ etiam de talibus dicimus qꝫ habent spiritum in naribus. Sicut etiam Aristoteles in tertio Ethicorū inducens Homerum dicit qꝫ fortes ef

al's et hāc cū chrysos. ꝛ hiero. dico

flabant spūm per nares: ꝛ ebulliuit sanguis. Esa. ij. sm expositionē lre dicitur. Quiescite ab homine cuius spūs est in naribus eius. ꝛ Esa. xxv. Spiritus robustorū quasi turbo impellens parietem. Si ergo sic accipiat spiritus ꝛ construat cum recto in habitudine cause materialis. Tunc pauperes spiritu: sunt: Destituti ꝛ se insufficientes reputantes in hoc spiritu. ꝛ Illi qui ad nihil altum se exhibent De nullo se vindicant. ꝛ In omnibus se deijciunt. ꝛ Illi sunt qui vere sue natiuitatis hn̄t sensum: ꝛ sunt vere humiles. Sicut dicitur Romanorum. xij. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes habentes christuꝫ pro exemplo. De quo: propter humilitatē ad nihil altuꝫ se exhibentem: nemo verum iudiciū protulit qꝫ esset deus: q̄ ita permisit se conculcari qꝫ nunq̄ spūs alti vel resistentie vel fortitudinis apparuit. Esa. liij. In humilitate iudicium eius sublatū est. Hi sunt q̄ dicere possunt illō Psal. xxiij. Uide humilitatē meam ꝛ laborē meum: ꝛ dimitte omīa peccata mea. Esa. lxvj. Ad quem respiciam nisi ad pauperculuꝫ contritum spiritu et trementem sermones meos. Propter quod etiā isti beatitudini spiritus timoris adaptatur. quia Iste pauper ad omnem altū tremit ꝛ se insufficientem reputat. Hec igitur est expositio beati Augustini: ꝛ Chrysostomus etiaꝫ concordat cum ista expositione sm aliquem modum. Sed si spiritus accipiatur nō sic a spiratione: sed a ratiōe eius qui est spiritus: tunc spiritus est dator vite. ꝛ principium ꝛ causa vite. Et h̄ modo spiritussanctus est principium primū ꝛ veruꝫ vite: ꝛ dator vite ꝛ causa. Sicut dicit Joānis. vj. Spūs est qui viuificat: caro autem non prodest quicq̄ꝫ. ꝛ ij. Corinthioꝝ. iij. Spirit⁹ viuificat ꝛc. Ezech. Tricesimoseptimo. Ingressus in ossa spiritus vite: ꝛ reuixerūt. Ezechielis. j. Spiritus vite erat i rotis. Sic ergo accepto spiritu cum dicitur [Beati pauperes spiritu] potest construi cū re Nominatiui in habitudine sil' triplicis cause. Efficiētis scilicet: ꝛ Formalis: ꝛ Finalis. Sicut ꝛ omīe efficiens per suam formam est efficiens: ꝛ forma ꝛ finis. Quia sic dicitur in. ij. Physicoruꝫ qꝫ Tres cause in vnam rem coincidunt. Sed materia nūq̄ꝫ cum alijs coincidit in rem vnam. Si ergo sic cōstruatur. tunc sensus est. Beati pauperes q̄s spiritus facit pauperes. ꝛ est forma paupertatis eoꝝ ꝛ finis. Cum autem pauper sit insufficiēs sibi: tūc erit sensus. Beati se videntes ex omnibus interioribus ꝛ exterioribus sibi insufficientes: non necessitate sed spiritu hoc faciente: quorum istam insufficientiam non informat stulticia aut vanitas. sed spiritus per charitatem. Nec faciunt vel patiūtur paupertatem nisi propter spiritū qui finis est oīs boni. Et hec videt expositio esse Hieronymi. Jacob. ij. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide ꝛ coheredes regni: quod repromisit deus diligētibꝫ se. Esa. Quartodecimo. Pascentur primogeniti pauperū: ꝛ paupes fiducialiter requiescent. Esaie. Uicesimoquinto. Factus es fortitudo pauperi: fortitudo egeno: spes a turbine in tribulatōne sua vmbraculum ab estu. Isti enim pauperes nihil petunt in mundo vnde suffi-

ciant. nec recognoscūt in se ipsis vnde ad aliquid sufficiant altum: vel vindicando: vel inferendo. vl' aliq̄ mō se sufficientes exhibendo: Semper dicentes cum apostolo. ij. Corinthiorū. iij. Non qꝫ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis: quasi ex nob: Sufficientia nostra ex deo est. Isti igitur sūt [Beati paupes spiritu] Et patet ex predictis qꝫ status altissimus est beatitudo ista: qui (al's que) consistit in abdicatōne omniū eorum (al's rerum) siue sint iteriora siue exteriora: ex quibus aliquis vane se putat sufficere sibi. A Paupertate autē denominatur. Quia sicut dicunt Tullius ꝛ Augustinus in. ij. Confessionū. Diuitie sufficientiā promittunt. Cū tn̄ sm Apostolū Sufficientia ex solo summo bono sit: in omnibus sufficientiā exhibenti. ij. Corinthioꝝ. ix.

Quoniam ipsorum est regnum celorum.

Hic tangit Proportionē premij respondentē.

E Et dicit Tria. Rationeꝫ congruitatis premij ad meritum. ꝛ Premiū. ꝛ Premij nobilitatem. Congruitatem tangit cum dicit [Quoniam ipsorū est] quia Congruum est qꝫ insufficientis omnia creata recognoscentes: sufficientiam in deo accipiant. Sicut econtra Sufficere sibi temporalia reputantes: in extrema futuri sint egestates. Apocalyp. tertio. Dicis quoniam diues sum ꝛ nullius egeo. ꝛ nescis quia miser es ꝛ miserabilis ꝛ cecus ꝛ nudus ꝛ pauper. Apo. Decimooctauo. In vna die venient plage ꝛ mors ꝛ luctus ꝛ fames: ꝛ igni comburetur. Sicut autem per ea per que peccat quis: per ea ꝛ punietur. Sic etiam in his in quibus meretur quis per congrua illis: remunerat. Et dicitur Luc. duodecimo. Nolite timere pusill⁹ grex: quoniam complacuit patri meo dare vobis

ca. iij. regnuꝫ [Regnum] est sicut ex supius dictis accipitur: in quo habet sufficientia regiminis. Illa autem sunt Tria que in hoc dant sufficientiam. Quoꝝ Primū ꝛ principale est Habitus leguꝫ ꝛ consilioꝝ. ꝛ scientia distributionis officioꝝ. ꝛ oīs bone ordinationis ad regnuꝫ pertinentis. Secundum est Potestas stans ꝛ nō nutans que in se inconcussibilis: ꝛ cōtrafacientes ꝯterere possit. Tertium est Diuitie: organice subseruientes: ꝛ amici ꝛ subditi: que omnia exteriora bona vocant. Et hec Tria conferuntur veris pauperibꝫ: in quibꝫ sufficiant. Primū enim debetur ex hoc qꝫ in se nō inuenerunt vnde sufficerent. Sicut dicit Job. vj. Ecce non est mihi auxiliū in me: necessarij quoqꝫ mei recesserūt a me. Secundū autem debetur eis ex destitutione proprij spiritus: quo nihil vigoris ꝛ audacie in se recognoscentes: nulli restiterūt: omīa trementes ꝛ pauentes: ꝛ ad nihil altum exhibētes se. Tertiū autem debetur eis: eo qꝫ i nullo exteriorum querebant sufficere. Apocalyp. quinto. Fecisti nos deo nostro regnum ꝛ sacerdotes: ꝛ regnabimus sup terrā. Ideo pauper paup ꝛ rex ꝛ p̄mīator chr's. Matth. Uicesimosexto. coraꝫ Pilato professus est se esse regem: ꝛ tamē dixit. Regnū meuꝫ non est de hoc mundo [celorum] Ecce Premij nobilitas. Quia cum celi non mutent per inueterationem nec marcescant: ꝛ sm naturam perpetui sint. ꝛ sic sit in tuto quicquid est in eis. Ideo dicit regnum istud esse celoruꝫ: cū tamen regnent vbiqꝫ veri pauperes. j. Pet. j. In hereditatem incorruptibilem ꝛ immarcessibilem ꝛ incontaminatā cōseruatam in celis.

Beati mites

Secunda est Beatitudo. Et Beatitudo q̄dem vt dictū est notat statum altissimū in h̄ genere meriti. Est autem Mititas (quam quidam mansuetudinem vocant) trium graduꝫ. Mitis eñ est q̄ prouocat⁹. etsi turbat: tamen nō abducit a mentis ratione: vt aliq̄d perperā agat: nō (al's nec) aliū ꝓuocat. Et hec mititas est virt⁹. Est etiaꝫ mitis nec prouocans: nec ꝓuocat⁹: sentiēs aliquā turbatōꝫ. Et hec est mititas: q̄ est animi purgati virtus. q̄si heroica vel herilis. ab altitudīe animi sui p sensuꝫ turbatōis (al's sensuū turbatōeꝫ) nō inclinata. De Prima dr ps. lxxvj. Turbatus sum ꝛ nō sum locutus. De Scd̄a dr in Prouer. xvj. Qui dominat anio suo: fortior expugnatore vrbiū est. Ille enim ꝓprie dn̄atur anio: qui excellētia animi sensibꝫ turbatis nō inclinat. Tertia māsuetudo siue Mititas est: q̄n ad oīa se in malo aliquo tangentia inuenit non soluꝫ planus sed mollis. ꝛ quecunqꝫ tāgit nō nisi molliter tangit. Ad hoc intelligenduꝫ oportet accipere similitudinē in corporalibus. Manus eñ tactus qui est impulsus. in duro anguloso angulo acuto vel angulis: si fortiter tāgat inuenit lesionem vulneris. In duro ꝛ in plano inuenit resistentiam superficiei: sed nō vulnus. quia Durū est qd̄ resistit tangenti. Sicut dr phus. In molli autem nō bene infuso: nō inuenit aliquid istorum. et in profundum nō penetrat. ꝛ tactum nō circūstat manum tangentis. sed cedit (al's cadit) in seip̄z. In molli vo penetrato per humidū infusū. Nec vulnus facit Nec resistentiam inuenit. Nec ipedimētum profundatiōis. q̄r statim tactuꝫ circūstat manum tangentē: adherens ei ꝛ mollificans eaꝫ. Et est de quattuor in moribꝫ. Q̄r Immitis resistit q̄si angulus acut⁹ profundi⁹ secans manū tangentis q̄ꝫ tangatur ab ea. Mitis aūt in primo gradu virtutis sensu turbatōnis. Etsi nihil contra agat: tamen nocumento resistit ꝛ a se expellit. licet in alterum non intorqueat. Mitis vero in secūdo gradu: nocentem quidem tangit: molliter recipit. sed in profundū tangi non potest: quia cedit ꝛ nō adheret tangenti vndiqꝫ. Sed mitis hic dictus ē qui tanto spiritu pietatis infunditur qꝫ tact⁹ a nocente statim locum dat: vt in profundum tangat vitā ꝛ res. etsi vult auferat: nihil contrafaciens: sed etiam pietatem benedictionis ꝛ obsequij respōdens (al's rependens) Propter quod etiam spirit⁹ pietatis illi attribuit magnitudini: que (al's qui) humore pietatis sic tangentibꝫ adheret: vt eos ad pietatē remolliat. q̄r Pietas vt dicit Tullius est beniuolentia in parētes. Sꝫ in donis spūsscti Pietas est beniuolentia in omēs: sicut si sint parētes. Hec est Una pars mititatis principalis. Alia

F

autem pars est ꝙ sicut non tangitur vt dictum est: Ita nullum penitus in malo exasperans tangit. De hoc dicit Nume.duodecimo. Erat aũt Moyses mãsuetissimus omniũ virorum qui erant super terram. Et de Dauid in.ij.Regũ.xxiij. Ipse quasi tenerrimus ligni vermicul9. Hic enim vermicul9 ita est mollis: ꝙ nõ sentitur duricies sub digito tangentis: nisi sentiatur per motum. Hec autem mititas status est potius q̃ aliquod vnũ opus: in quo homo omnia que mollescere faciũt animum sic collegit et ad manum habet ꝙ nunq̃ exasperatus vel induratus dure aliquid tangit. Nec econtra tactus dure aliquid duriciei respondet (al's rependit) Et ideo oportet cum prius esse spiritu pauperem, quia sicut diximus: pauper spiritu duriciei aliquid exhibere non sufficit. Et ideo Christus se huius meriti magistrum facit Matthei.xj. Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Ecclesiastici.iij. Fili in mansuetudine opera tua perfice. ⁊ super omnem gloriam diligeris. ij. Timoth. ij. Seruum dei non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes. Item Tit. iij. Ammone illos neminem blasphemare. nõ litigiosos esse sed modestos: omnem ostendẽtes mãsuetudinẽ. j. Petri.iij. Abscõditus homo cordis quieti ⁊ modesti spiritus qui est in conspectu domini locuples.

B **Quoniã ipsi possidebunt terram**

Hic Tria notantur. Proportio premij: cum dicit. [Quoniam ipsi] Et Premium: cum dicit [terram] Et Modum habendi: cum dicit. [possidebunt] Cõgruum enim premium semper dat dominus: Sicut dicitur Esaie.iij. Dicite iusto quoniã bene: quoniã fructum adinuentionum suarum comedet. Premium notat cum dicit [terram] Et hoc multipliciter exponunt Sãcti. Dicit enim quedam Glosa ꝙ Triplex est Terra. Quam gerimus. Quam terimus. ⁊ Quam q̃rimus. Et datur miti possessio omnium istarum terrarum. Chrysostomus tamen dicit ꝙ intelligitur de terra quam querimus. De qua dicitur in Psal.xxvj. Credo videre bona domini in terra viuentium. Et hec est celum vbi habitabunt sancti in gloria. quia licet celum sit respectu terre in qua habitant morientes: tamen terra dicitur respectu superioris celi. in quo trinitas habitat: quod dicitur celum trinitatis. Omnibus his relictis in valore quo dicta sunt: videtur Mihi dicendum ꝙ terra hic dicitur nõ ab eo quod terra vocatur: sed dicitur hic terra a proprietate qua nomen imponitur. hoc est: a terendo. Quia enim omni terenti se mitis subijcitur: iustũ est vt omne terens ⁊ terribile in premium suscipiat: Ita ꝙ terens de cetero terat: ⁊ tritum in potestate habeat: vt non possit teri de cetero. et cum deo terat omne quod obstat. Esaie.lviij. Sustollam te super altitudinem terre. et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Deuteronomij.xj. Vos transibitis Jordanem vt possideatis terram quam domin9 deus daturus est vobis. [possidebunt] Possessio in iure vocatur quasi pedis positio. Et id possidetur quod sine cõtradictione ad nutũ habetur. Et ita omne quod hic teritur ⁊ quod terit ad nutum mites habebũt Job.xxij. In fortitudine brachij tui possidebas terram: ⁊ quasi potentissimus obtinebas eã. Ps. Tricesimosexto. Inhabita terram. ⁊ pasceris in diuitijs eius. Gene. Vicesimooctauo. Deus det tibi benedictiones abraã ⁊ semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tue

Beati qui lugent

Hic iterum ƒm modum precedentẽ Tria inducuntur. Preconium. ⁊ Id in quo est preconium. ⁊ Causa que est meritum proportionatũ. Est autem Beatitudo sicut determinatũ est potius status: q̃ actus vel operatio. Luctus autem sicut glo D dicit potest esse pro peccatis. Et hic non est beatitudo: sed vocatur irriguum inferius pro q̃ suspirauit Axa sedens in asino corporis: ⁊ vadẽs ad spiritum sicut ad meritum. Judicum.j. Est etiam luctus pro dilatiõe celestis patrie ⁊ incolatu miserie. ⁊ vocatur irriguum superius. Sicut dr in Psal. Centesimodecimonono. Heu mihi quia incolatus meus ⁊c. Hic autẽ secund9 luctus habet gradus. Quia est Luctus pro causa dilatiõis patrie. que est: ꝙ peccatum non est emendatũ. ⁊ hunc habent multi. Et est Luctus pro ipsa dilatione: eo ꝙ omne quod nõ est deus: venit in tedium ei qui ex corde dicit illd Psal. Septuagesimoscdo. Quid enim mihi est in celo: ⁊ a te quid volui super terrã. Et hic habz vnũ gradũ isti9 beatitudinis. Et Secundus gradus eius est: ꝙ tãgitur dolore cordis intrinsecus: pro eo ꝙ iusticiam regni dei in terra a multis corrumpi cõspicit. Sicut dicit Psal. Centesimodecimooctauo. Tabescere me fecit zel9 meus. quia obliti sunt verba tua inimici mei. Terti9 gradus est ex gustu interne dulcedinis: ex cuius memoria in amaritudinẽ venit omne quod temporaliter delectare videtur. Et hic talis luget in omni tempore presente malo: ꝓpter zelum iusticie. ⁊ presente bono: ꝓpter memoriam interne dulcedinis. ⁊ in vita tota: ꝓpter incolatus prolongationẽ. Hierem. Decimosexto. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Job.iij. Anteq̃ comedam suspiro: ⁊ tanq̃ inundantes aque sic rugitus me9 Ps. Centesimotricesimosexto. Super flumina babylonis illic sedimus ⁊ fleuim9 dum recordaremur sion. Esa. Vicesimoscdo. Nolite incumbere super me: vt consolemini me super vastitate filie populi mei. Esai. Tricesimotertio. Angeli pacis amare flebunt.

Quoniam ipsi consolabuntur.

Duo tangit. Proportionẽ congruitatis premij ad meritum: ⁊ Ipsum premiũ. Hierem. Tricesimoprimo. Quiescat vox tua a ploratu: oculi tui a lachrymis. quia est merces operi tuo ait dominus [consolabuntur] Consolatio illa: est: semp cum patre in patria esse: ⁊ nunq̃ videre iusticiam occumbere. Tantum interne consolationis habere: ꝙ causa luctus nunq̃ surgere possit. Et hoc est ꝙ manus consolantis dei terget lachrymas.

Apocal. Vicesimoprimo. Absterget deus omnem lachrymã ab oculis faciei: ⁊ iam non erit ampli9 neq̃ luctus neq̃ clamor neq̃ dolor erit vltra quẽ p̃ma transierunt. Esa.vlt. Gaudete cũ ea gaudio vniuersi qui lugebatis super eam: vt sugatis ⁊ repleamini ab vberibus consolationis eius: vt mulgeatis ⁊ delitijs affluatis ab omnimoda gloria ei9. Et Ibidem. Quomodo si cui mater blandiatur: ita ego consolabor vos: ⁊ in hierusalem consolabimini: videbitis ⁊ gaudebit cor vestrum. Psalm. Nonagesimotertio. Scdm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerũt animã meam. Esai. Quinquagesimoprimo. Consolabitur dominus sion: ⁊ consolabitur omnes ruinas eius. Et Ibidem. Ego ipse consolabor vos.

Beati qui esuriunt et sitiũt iusticiam: quoniam ipsi saturabunt

J Hic Tria sunt sicut ⁊ in prehabitis. Sed attendendum ꝙ Justicia dicitur Duplex. Specialis: ⁊ Generalis. Specialis est: que est ius suum reddens ƒm rationem: equalis inter plus ⁊ minus: damni ⁊ lucri in distribuendis ⁊ cõmutandis: sic dic Aristoteles in quinto Ethicorum. Cõmutans enim cum aliquo in aliquo contractu: ⁊ putans se esse deceptum ⁊ esse in damno. ⁊ ita minus habere q̃ valeat res quam emit vel vendidit: venit ad iudicem: ⁊ ille audiens aduersarium: estimat per rationem equalitatis valorem rei: ⁊ aufert ab eo q̃ plus habet in lucro: ⁊ addit ei qui minus ĩ lucro ⁊ plus habet damni. Similiter autem si aliquid sit distribuendum: Judex stipendia distribuit pro merito ⁊ dignitate vniuscuiusq̃. Hec est ergo Justicia Specialis. Generalis autem iusticia est dicta Dupliciter. A Generalitate eius quem iustum facit. ⁊ A generalitate ipsi9 iusticie. Generalis iusticia priori modo dicta est: que in debitum ⁊ rectũ statum ponit totum quod ẽ in homine respectu interiorum ⁊ exteriorum. Interiorum quidem: Vt ratio imperet: ⁊ sensualitas imperetur: ⁊ corpus subdatur. ⁊ omnis anime vis: ⁊ omne membrum corporis debite perficiat opus suum: in proprio gradu consistens: ⁊ ordinem suum non ꝯfundẽs. Justicia autem generalis scdo modo dicta: est vt dicit Aristoteles omnis virtus prout accipitur vt legi concordans. Omne enim quod lege precipitur ⁊ ad legis eruditionem (al's ciuilitatem) ordinatur: ⁊ legis ordinem consequitur: Juris ⁊ recti ⁊ debiti habet rationem: ⁊ habet nomen generalis Justicie. Non ergo est beatitudo iusticia vno modo dicta; sed in omni modo dicta iusticia. Sic dicitur Luc. primo. Erant autem ambo iusti ante deum incedentes in omnibus mandatis ⁊ iustificationibus domini sine querela. Sine querela autẽ non essent coram deo ⁊ hominibus: nisi iusticiam omni modo dictam obseruassent. Adhuc autem Aliud est Facere iusticiã: ⁊ Aliud est Facere iusticiam iusticie modo. Et Aliud ẽ Appetere facere iusticiam. Et aliud est iusticiam esurire ⁊ sitire. Facere enim iusticiam potest quis ex timore pene: ⁊ facit eam inuitus. ⁊ ideo non facit eam bene. Dic enim Augustinus ꝙ Nemo inuitus bene facit: etsi bonum est quod facit. Justiciam iusticie modo facere: est cum gaudio ex habitu iusticie facere. Et hoc est bene facere. Sicut faciũt iusti qui iusticia cardinali sunt iusti. Et hi non sunt boni bono gratie necessario. Appetere autem iusticiam plus est. Nam appetens iusticiam requiescit in iusticie operibus propter bonum. Et hec melior est. precipue si appetit iusticiam que est ordinata lege diuina. Sed esurire ⁊ sitire iusticiam: est non quiescere nisi operando iusticiam: ⁊ affligi si non fiat iusticia. Et reficĩ sicut in sagina ⁊ ꝯuiuio quando iusticia fit p eum. Et hec ad beatitudinem pertinet sola. Adhuc autem Aliud Esurire iusticiã est. ⁊ Aliud Sitire eam. Quia Esuritur quod comeditur. Et hoc masticatur diuisum ⁊ contritum dentibus: Vt vndiq̃ a natura fugi possit: interius ⁊ exterius. Quia ꝓpter hoc natura dentes inuenit. Licet autem istud sic cibet ⁊ instauret vitam: sic vt corpus quoddam ⁊ membra corporis huius. tamen sicut cibus non per se fluit ⁊ currit ad membra. nisi habeat vehens ⁊ se portans humidum: cuius desiderium est sitis. Ita etiam sunt rationes iuris ⁊ sapientie: que rationes vehunt ⁊ portant iusta: ex quibus construitur ⁊ nutritur totius bone vite corpus. Desiderium igitur feruens ad iusta: nutrientia membra vite bone: est esuries. Desiderium rationum iuris ⁊ iustorum: est sitis. Homo ideo rationalis est: vt non tm̃ agat bonum. sed etiam ex ratione sciat: propter quid ⁊ qualiter agendum est. quia aliter ageret: sicut comburit ignis. Et ideo dic Tullius ꝙ Virtus est in modum nature rationi consentaneus habitus. Hec ergo ẽ beatitudo viri pfecti: vt feruenti ⁊ quiescere nõ valenti desiderio: desideret iustum ⁊ iusticie rationem: ƒm ꝙ ipsum est in omni recto ponẽs operantem: ⁊ omni legi (al's lege) congruum: ⁊ omni qui viuit deo ⁊ homini: superiori ⁊ inferiori: ⁊ equali: quod suum est reddẽs: ⁊ equum omnino in omni conseruans contractu ⁊ distributione. Et ideo dicit Augustinus: ꝙ indiget spiritu Fortitudinis: vt robore quodam: sic qui ad tot rectitudines se cum desiderio extendit. Sicut ⁊ beatitudo precedens de luctu: indiget spiritu scientie: que (al's qui) docet conuersari in medio p̃uer ⁊ peruerse natiõis: in q̃bus mlta materia (al's malicia) ⁊ causa luctus inuenitur. De hac igitur esurie ⁊ siti iusticie dicitur Joannis.iiij. Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei: et vt perficiam opus eius. Job Vicesimonono. Justicia indutus sũ: ⁊ vestitus sicut vestimẽto. Prouerbiorum Vicesimoprimo. Qui sequitur iusticiam dirigetur a domino. Sapientie sexto. Initiũ illius verissima est discipline concupiscentia. Cura ergo discipline dilectio ẽ: ⁊ dilectio custodia legum ipsius. Custoditio legum: consummatio incorruptionis. Incorruptio autem proximum facit esse deo. Sapiẽtie Quintodecimo. Nosse te: ẽ consummata iusticia: ⁊ scire iusticiam ⁊ virtutem tuam radix est immortalitatis. Hec est enim sitis Psal.lxij. Sitiuit in te aĩa mea: q̃ multipliciter ⁊c. [Qm̃ ipsi satu.] Satiari iusticia ẽ eo mõ sicut

iusticia est z in mente diuina z voluntate diuina: omnia nostra insuscipibiliter ab ea imprimi z informari. Sicut dicit Augustinus in.viij. De Trinitate. Hoc enim est chaos magnus: quod sanctos compassionis gressu nō permittit transmeare in infernum: quia omnino concordes iusticie dei facti: non possunt nō gaudere de hoc in quo iusticia dei prevalet. Psal.lvij. Letabitur iustus cum viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Psalm̄.xvj. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Esaie.lxv. Ecce serui mei comedent et vos esurietis. Ecce serui mei bibent: z vos sitietis. Ecce serui mei letabuntur: et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatōe cordis: et vos clamabitis pre dolore cordis: et pre cōtritione spiritus vlulabitis. Comedere enim seruorum: est refectio iusticie. Et bibere eorum: est saturari lympidis ratiōibus iuris: quibus vindicabitur in malos. Esaie.lv. Audite audientes me: et comedite bonum: et delectabitur in crassitudine anima vestra.

Beati misericordes

R Ista iterum Beatitudo consistit in Tribus: sicut patet per antedicta. Sed attendendū est q Misericordia est Multiplex. Est enim quedam que alienas miserias ex compassione facit suas. Et hec est misericordie virtus quam Sancti communiter in se experiunt. z hec imperfecta est ad beatitudinem. Et est Alia misericordia que cuiuscūq; (alias vniuscuiusq;) siue boni siue mali miseriā in cordis affectu et operis effectu prosequit: Que est misericordia que assimilat nos patri celesti Sicut dicitur Matth.v. Luce.vj. Estote ergo misericordes q; et pater vester misericors est. Qui solem suum facit oriri super bonos et malos: z pluit super iustos et iniustos. Et hec est perfectior p̄ prima. Tertia est misericordia que miseriā omnē in se et in alio ranq; propriaz sentit: idipsum cum omni misero sentiens: Non soluz miseriam pene: sed etiam cuiuscunq; defectus qui statum impedit glorie: Incipiens a se: et ambiens omnes: q̄s quicunq; defectus impedit ab hoc q deo z bono diuino perfrui non possunt. Et hec est perfectissima habens Tria. Quorum Unum est q curat in se defectum. et congregat cor expeditū a defectibus ad deum. Ecclesiastici. xxx. Miserere anime tue placens deo: et contine et congrega cor tuum in sanctitate iusticie. Secundū est q in omnibus sentit z emendat defectus non soluz pene sed etiam miserie a deo retrahentis. Et illa est misericordia simul et miseratio. De qua Job.vj. Qui tollit ab amico misericordiam: timorem domini derelinquit. Prouerbiorū.xxj. Facere misericordiam z iudicium magis placet deo q̄ victime. Ecclesiastici.xvj. Omnis misericordia faciet locum vnicuiq; sm̄ meritū operum suorum. Tertium est q hec misericordia omnia misera reputat que non beatificant: semper suspirans pro sua et aliorum miseria: Dicens illud psal.xlj. Quando veniam z apparebo ante faciem domini mei. Sciens q miseros facit populos peccatus. Michee.vj. Indicabo tibi o homo quid sit bonum: z quid deus requirat a te. Utiq; facere iudicium: et diligere misericordiam: z sollicitū ambulare re cum deo tuo. Judicium enim facere: est recte iudicare de bonis z malis que beatificent z que miserum faciāt. Et misericordiā facere: est miseriam huius patiz abolere q̄ntum fieri potest. z tunc expeditus est animus vt sollicite ambularet ad deum. Jaco.tertio. Que desursum est sapientia plena ē mia z fructibus bonis. Osee.vj. Misericordiam volo z non sacrificium. z scientiam dei plus q̄ holocausta. Patet autem ex dictis q iste est status altissimus in hoc genere. non in vno sed in multis: in ordie ad vnuq; cōsistens z perfectus. Et licet misericordia videatur pati miseriam. z sic beatitudini contrarie(al's contrariari. tamē quia nō patitur eam nisi abolendo z ad statum beatitudinis tendendo: Ideo beatitudo est z vocatur. Et hoc modo dixit dominus statum miserie per passionem abolens. Luc. Vi testimo tertio. Filie hierusalem nolite flere sup me: sed super vos ipsas flete. Modo etiam qui predictus est: illa que reputantur bona z miseriā inducunt maledicit dominus: Ubi de eadem materia loquitur Luc. sexto. Ue vobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram. Et Luc. decimonono. Videns ciuitatem gaudentem fleuit.

Ex omnibus his patet Que est Misericordie virtus: z Que ē perfectio virtuz illius: z Quis est status beatitudinis eiusdem.

Quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Ecce Longruum huius Beatitudinis est premium. Et sicut Chrysostomus dicit Duplex est in deo misericordia. Relaxans videlicet: z Liberās. Relaxans est: que quidem punit: sed citra condignum. z minor in penis q̄ precesserit malum meritum in peccatis. Et hec misericordia domini superexaltat iudicium dei. Jacob. secundo. quia hoc omnibus fit. Liberans autem est que in toto liberat. Deponit enim oīes iniquitates propt̄ (al's per) penitentiam z dissimulat. Sicut dicitur Sapientie secūdo. Addit in premio supra meritum bonum q̄ precessit in opere vel in gratia. Et hec conceditur oībus bonis. Tertia est Misericordia: que omnem passionez defectus tollit propter misericordiam precedentem. Et omnem presentiā defectus tollit propter precedentem miserationem. Et omnē statum miserie cōuertit in beatitudinis eterne fructum. Et hec est que debetur misericordie beatitudini. De qua dicitur in Psalm̄. Centesimo nonodecimo. Jocundus homo qui miseretur z commodat. Dic eīm securus iam disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum non cōmouebitur. Ita enim in iudicio dei sunt dispositi sermones eius q optimam consequitur misericordiam que nunq; de cetero in sensu vel presentia miserie permittit eum cōmoueri Sicut. ij. Corinthioz. j. Deus dicit pater misericordiarū z deus totius consolationis: qui consolat nos in omni tribulatione

nostra. Huic autem beatitudini donum consilij attribuitur. Quia ea q̄ dicta sunt non omnes capiunt: z non implentur sine consiliorum obseruatione.

Beati mundo corde.

Z Mūdicia cordis ad plenū Tribus pficit. Quoz Primū ē Ab oculis cordis peccatoz z reliquiarum peccati purgatio. Secunduz est Cordis ab onere corporis qualis z q̄tuncūq; potest esse liberatio. Et Tertium est per lumen a deo descendens illuminatio. Cor enim vocatur hic: nostre anime intellectuale. quod est cordis oculus. Quia de Aristoteles in Primo Ethicorum. Q̄ sicut in corpore est oculus: ita in anima est intellectus. Primus ergo gradus est a peccati tenebris z a peccati reliquijs purgatio. Et hec sunt Duo. De peccatorum tenebris non purgatur nisi per amarum collyrium penitentie. Sicut dicitur Apocalyp. tertio. Unge collyrio oculos tuos vt videas. Sed a reliquijs peccati oportet esse multiplicem purgationez: f̄m q̄ multiplices reliquie sunt. Sunt Triplices in Genere reliquie. Quarum Prime sunt Fumi qui remanent ex peccati memoria z consuetudie. Sicut delectationes z cogitationes prave. Mich. quarto. Quousq; morabuntur in te cogitationes nocte. Esai. primo. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et propter istas cogitationes z delectatiōes que in nolente homine surgunt clamat Apostol's Rhomanoz septimo. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et Ibidem. Scio q non habitat in me: hoc est in corpore meo bonum. Nam Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Et Ibidem. Consentio legi dei f̄m interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis: repugnantem legi mentis mee: z captiuantem me in lege peccati que est in membris meis. Nec enim lex membroruz: q̄ diu membra ligat ad illicita cogitanda: dulciter vel appetenda: non ē a peccato purgatus mentis oculus. Quia z f̄m naturam oculus adhuc lippiens clarum solem non videt. etiamsi digito clarus demonstret. Hoc conqueritur Job. quinto. Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo: z lumen celi non video. Secunde reliquie sunt: Obumbrationes phantasmatum occurrentium: que sunt similitudines corporum: se ingerentes quas ex sensuum accipim's consuetudine. Et iste sunt muscē: que ingerentes sederunt super sacrificium abrae. Gene. Quintodecimo. Quas abram abegit docēs nos q huiusmodi abigenda sunt a corde: quia talium nihil est in diuinis. Joannis quarto. Spiritus est de's z eos qui adorant eum in spiritu z veritate oportet adorare. j. Corinthiorum Decimoquarto. Orabo spiritu orabo z mente: psallam spiritu: psallā z mente. Iste sunt squame que ab oculis Pauli ceciderunt quando visum spiritualium consecutus est. Actuum. nono. Et ista est albugo siue pellis que ab oculis Tobie extitit quando per angelum z fil̄ium (qui filiū dei significat) est illuminatus. Tobie vndecimo. Tertie sunt reliquie Ipa visus debilitas z dispersio. Quia visus noster: ad multa sparsus illicita: non cito coadunatur: cuius relcuatus sit a tenebroso velamine peccati: z a squamis phantastice apparitionis specierum z pomparum seculi. Et hoc significatum est in eo quem dominus illuminauit. Marc. octauo. Q̄ primo anteqū haberet visum ādunatus: sparso lumine visus sui: vidit homines velut arbores ambulantes: Et postea cum adunatus fuit visus eius: vidit homines in propria quantitate. Nec enim visus diuaricatio accidit ex peccato. Prouerbiorum Ulcesimo. Oculum videntem z aurem audientē: vtraq; creauit dominus. Et ideo si non recte videat: ex defectu est peccati. Obumbratio etiaz est ex inhabitatione terreni corporis: quod obumbrat: z speculo z vestigio indigere facit: etiamsi non esset peccatum. Sapientie. nono. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Hoc est: multa z magna cogitare habentem. Quia si corpus non esset corruptibile: obumbraret quidem. Sed non tantū vt modo. Corpus autem gloriosum quod in resurrectione expectamus. nullo modo obumbrabit. Quia de hoc dicitur Job Ulcesimo octauo. Non adequabitur ei aurum vel vitrum. Et vitrum vocatur corpus gloriosum. quia perspicuū est: z in se clausam dei gloriam non abscōdet. Sicut neq; vitrum abscondit colorem liquoris infusi. Corpus igitur animale indiget vestigio z imagine: vt bis gradibus tanq; scalis ad deum ascendat. Corpus autez gloriosum nihil abscondit: sed medium inter duo. quod est mortale z animale deprimit. Sapientie nono. Cogitationes mortalium timide z incerte prouidentie nostre. Hec est causa q etiam purgatus a peccato. Danielis septimo. vidit que vidit in visu noctis: z non in visu luminis. Et ideo reuelari petit Dauid in Psalm̄. Centesimodecimooctauo: dicens. Reuela oculos meos: z considerabo mirabilia de lege tua. M Dis aūt habitis expectatur ad illuminationem oculi: lumen descendens Triplex. Quorum Primus est Gratie oculum aperiens. Secundum Interne reuelationis oculum erigens. Et Tertium est: Theophanie oculum ad deum videndum diri gens. De Primo dicitur Ephe. primo. Deus glorie det vobis illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocationis eius. Psalm̄. duodecimo. Illumina oculos meos ne vnq; obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus prevalui aduersus eum. De Secundo dic Psal. Octogesimooctauo. Locutus es in visione sanctis tuis tz. Ose. duodecimo. Ego visiones multiplicaui eis: z in manibus prophetarum assimilatus sum. Danielis secūdo. Est in celo deus revelans mysteria qui tibi indicauit rex que ventura sūt Job Ulcesimooctauo. Abscondita produxit in lucem. De tertio dicit. ij. Corinthiorum tertio. Nos omnes reuelata facie gl'am domini speculantes: in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatez: tanq; a domini spiritu. Theophanie

enim ſm Dionyſium eſt lumen a deo deſcendens in animam: ⁊ viſum anime amplians ⁊ dirigens vt ſub ipius luminis cõfortatione poſſit videri deus qui ante videri non potuit. Et ideo Theophania. hoc eſt: dei apparitio vocatur. Sicut enim lumen in oculũ veniens ampliat potentiaꝫ viſus vt poſſit clare videre viſibilia nature ſm Platoneꝫ. Ita eſt lumen in animas mundas a deo deſcendens: quod perceptũ ampliat virtutẽ oculorũ cordis. ⁊ adunando perficit ad intuitum superni ſolis: Sicut dicit Pſal. xxxv. In lumine tuo videbimus lumen. Hi ſunt aquile ab acumine oculorũ dicte: irreuerberato radio ſolem supernũ intuentes. De quibus dicitur Job. xxxix. Nunquid ad preceptum tuũ eleuabitur aquila. ⁊ in arduis ponet nidum ſuũ. In petris manet: ⁊ in preruptꝭ ſilicibus cõmoratur. atqꝫ inacceſſis rupibus inde cõtẽplatur eſcam. et delonge oculi eius proſpiciunt. Petre ſunt firmitates eternorũ luminũ que micant in ſanctis. Prerupti ſilices fortiſſimi ⁊ altiſſimi ſunt virtutes angelorũ. Sed inacceſſi rupes ſunt ſumma iuga trium perſonarũ. In quibus eſca dulciſſima fruitõnis (al's relatõnis) videtur. ⁊ oculi lumen illud haurientes: longe in rem proſpiciunt: qđ eſt cõtemplari. Hinc eſt ꝙ Ezech. j. Facies aquile extẽta deſuper dicit̃. quia viſu acuto alte volat in dei cõtemplatões. Sic igit̃ emũdatur oculus a tenebris peccati. a fumis reliquiarum peccati. ab vmbra corporaliũ imaginuꝫ. ab impotentia naturali. et tunc vere eſt cor munduꝫ. Pſalm. xxiij. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius: Innocenſ manibus et mundo corde ⁊c. Prouer. xxij. Qui diligit cordis mundiciã propter gratiam labiorum habebit amicũ regem. Hanc enim cordis mundiciam ſapientia perficit. De qua dicitur Sapientie. vij. Per nationes in animas ſanctas: hoc ẽ: mundas ſe transfert: amicos dei et prophetas cõſtituit. Ab hoc vertice mundicie Balaam vidit quando dixit Numeri. xxiij. De ſummis ſilicibꝰ videbo eum. ⁊ de collibus cõſiderabo illum. Calculus enim ſolidiſſimus eſt diuina virtus diuini lumĩs radio ꝑluſtrata. Pſal. lxxv. Illuminãs tu mirabiliter a montibus eternis. De beatitudine iſta (al's ita) dicitur Luce. x. Beati oculi qui vidẽt que vos videtis.

Quoniã ipſi deum videbunt.

Ecce Congruitas premij: deum ſine medio videre et intueri. Sic enim vadunt de virtute ĩ virtutem: quouſqꝫ videatur deus deorum in ſion. Eſaie. xxxiij. Regem in decore ſuo videbũt. Sed notabile eſt ꝙ dicit [videbunt] Non viderunt neqꝫ vidẽt: quia cum deus infinitus ſit: a nemine comprehenditur. Et ideo per eum tranſiens viſio per infinita vadit: et ſemper noua inuenit: qđ fieri non poſſet ſi totus ſimul comprehẽderetur. Sic enim dicitur a Sanctis. Quid eſt deꝰ: a nulla creatura videtur. Quia ſi quid eſt: videretur: totus ſimul comprehenderet̃. Sed viſio angeli ⁊ hominis decurrit ſuper pelagus ſubſtantie eius in infinitum: et ideo ſemper noua inuenit que ammiretur. Ipſe autem ſuꝑius eſt et viſor et comprehenſor. ſed omnis creatura viſione que ſub ſua viſione eſt eum videns: ⁊ ammirans ſpeculatur: ſed non comprehendit. Et hoc eſt quod dicitur Eſaie. ſexto. Ea que ſub ipſo ſunt replebant templuꝫ. q̄ hec viſio totius templi tam triumphantis eccleſie q̄ꝫ militantis: eſt ſub ſua viſione. Et hoc eſt quod dicit Chryſoſtomus. Deum vt eſt ⁊ quid eſt: nulla vnq̄ꝫ vidit creatura. ⁊ Dionyſiꝰ ad Gaium monachum Qui dicit ſe vidiſſe deum: Si cognouit quid vidit: non ipſum vidit. quia ſi ipum vidiſſet: quid eſt vidiſſet ⁊ comprehendiſſet. Sed vidit aliquid ipſorum que ſunt ſub ipſo. Hoc eſt: aliquid infiniti pelagi ſubſtãtie eius Et Auguſtinus ad Probam. Uidere deum mente poſſumus: comprehendere vero minime. Quia igitur deus ſic videtur: vt ad finem viſio nunq̄ꝫ ꝑcurrat. Sic videtur ꝙ ſemper videbitur. Ipſe autem qui ſe totum comprehendit: ſemper ita ſe videt ꝙ nunq̄ꝫ aliquid extra viſionem ſuam: ſui aliquid videbit. Et ideo: mundi corde: ita eum vident quod ſemꝑ videbunt. Eſai. Sexageſimoſexto. Uidebitis ⁊ gaudebit cor veſtruꝫ: ⁊ oſſa veſtra quaſi herba germinabunt. Et iam patet quare huic beatitudini ſpiritus intellectus attribuatur. quia intellectus precipue in contuitu reficitur eternorum.

Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur

Pax eſt Multiplex. Una quidem eſt Reconciliatio ad deum per emendationem peccatorꝫ. Eſa. N
Quadrageſimooctauo. Utinam cuſtodiſſes mandata mea multiplicata fuiſſet q̄ſi flumen pax tua Alia eſt pax: Quies conſcientie in ſe ipſo: qua (al's quando) homo in ſe non habet bellum tentationũ. Job quinto. Sciens quia pacatum ſit tabernaculum tuum. ⁊ Job vndecimo. Defoſſus humo ſecurus dormies. Tertia eſt pax: Concordia rationis ⁊ voluntatis: quando voluntas nihil appetit niſi quod ratione determinatum eſt. Et de hac dicitur Job Uiceſimoſeptimo. Neqꝫ enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Hebreorꝫ duodecimo. Pacem ſequimini ⁊ ſanctimoniam: ſine qua nemo videbit deum. De his tribus vt ita dicam pacibus dicitur Joãnis. Quartodecimo. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat ego do vobis. Et iſti tres gradus ſunt prime pacis. Eſt autꝫ alia pax: que perfectam facit. Hoc eſt formar pacem: per h̄ ꝙ omnia interiora aſſimilat deo. eo ꝙ quicquid eſt diſſimile oꝑugnat. Et de hac dicitur Pſalm. Septuageſimoquinto. In pace factus eſt locus eius. Philip. quarto. Et pax dei que exuperat omnem ſenſum: cuſtodiat corda veſtra ⁊ intelligentias veſtras. Hec autem nihil aliud eſt q̄ꝫ concordia cordis ⁊ corporis ad fruendum deo q̄ꝫtum in hac vita ꝯcedit̃. Et hec eſt pax beatitudo. Sꝫ pacẽ hãc nõ tm̃ hꝫ in ſe ipſo: ſꝫ diriuat eã in omẽs alios q̄ꝫtũ p̄t. Coloſ. iij. Pax chr̃i exultet ĩ cordibꝫ v̄ris.

Eph. iiij. Solliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis. ij. Theſ. vlt. Deus pacis det vobis pacẽ in omni loco. Hec igitur ꝯcordia fruẽdi deo: quãdo nec caro repugnat: nec ſpũs diſſidet in potentijs: nec deꝰ ſe ſubtrahit: eſt illa q̄ eſt Beatitudo. Et de hac dicit̃ Eſa. lxvj. Ecce ego declinabo ĩ vos ſicut flumẽ pacem: et tanq̄ꝫ torrentẽ inundantẽ gloriã gentiũ quã ſugetis. Hec eſt igit̃ pax que eſt btĩtudo ⁊ pars regni dei. Pſ. iiij. In pace in idipm̃ dormiã ⁊ requieſcam. Pſ. lxxv. In pace factus eſt locꝰ eiꝰ ⁊c. Q aũt ſit pars regni dei Rhom. xiiij. Non eſt regnum dei eſca ⁊ potus: ſed iuſticia: ⁊ pax: et gaudiũ in ſpũſancto. Et quia hec pax eſt in guſtu dulcedinis dĩ: ꝑ quã quantũ fieri poteſt fruimur deo cognito. Ideo attribuit̃ ei donuꝫ ſapie: quod eſt Sapor diuinorꝫ ⁊ cognitio eorꝫ ꝑ ſaporẽ experientie [Qm̃ filij dei vocabunt̃] In duabꝫ vltimis beatitudinibꝫ ad contẽplationẽ ꝑtinentibus: (que intellectui ⁊ ſapie attribuunt̃) in p̄mijs vtit̃ tẽpore futuro. Ibi em̃ dixit: qm̃ deum videbunt. hic aũt: qm̃ filij dei vocabunt̃. Uidere em̃ dei ſic ante diximus: ſemꝑ nouũ eſt ꝑpter infinitatẽ mirabilium que in ipſo vident̃ ⁊ videbunt̃. Filiatio aũt dei aſſimilationẽ noſtrã (al's noſtri) ad deũ importat. Et hec ꝑfecte nõ manifeſtabit̃ niſi in futuro. Et h̄ eſt qđ dicit̃. j. Joan. iij. Nunc filij dei ſumꝰ: ſed nõdum apparuit q̄d erimꝰ. Scimꝰ aũt qm̃ cum apparuerit ſil'es ei erimus ⁊ videbimꝰ eum ſicuti eſt. Quaſi dicat. Nunc q̄dem filij ſumꝰ ꝑ adoptionis gratiã. Sed hoc quod ex ipſa filiatiõe erimus in gloria filiorꝫ nondũ apparuit. et hec cum apparuerit: ad ſil'itudinẽ dei nos ꝓuehet in gloria patrꝭ celeſtꝭ. et tunc videbimus euꝫ ſine medio ſicuti eſt. et ipa viſio nos lumine diuino implebit: ⁊ filios ſimiles patri efficiet. Sicut cryſtallus cum ſoli opponit̃: ſtatim vt lumine implet̃: ſimilis ſoli q̄ſi filiꝰ ſolis efficit̃: Ita filij glorie ſil'es patri celeſti efficient̃ in lumine patris quo implebunt̃. Unde Rho. viij. Expectatio creature reuelationẽ filiorꝫ dei expectat: quoniã ⁊ ipa creatura liberabit̃ a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorꝫ dei. Creaturã vocat hoiem: eo ꝙ eſt digniſſima creaturarꝫ: aliq̄d cõuenientie habens cum oĩ creatura. Et hoc p̄mium paci debet̃. quia etiã pax nõ eſt niſi de bono diuino oĩa noſtra obtinenti et ad pacem deducenti in concordia ⁊ vnitate oĩm viriũ deo ꝑfruentium. Sic em̃ in pace factus eſt locus eius. Et illa que ſurſum eſt hierl'm viſio pacꝭ: libera eſt: que eſt mater noſtra. Gal. iiij. Tũc em̃ fines noſtros quo ad omnes vires ponet pacem: ⁊ adipe frumẽti eterne dulcedinis ꝑ fruitionẽ nos ſatiabit.

Beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſticiam: qm̃ ipſoruꝫ eſt regnum celorum

Hic incipit Octaua beatitudo. Et illam Dupliciter determinat. Prio in Genere ſicut alias. Secundo per partes explicat eam in Specie. Et hoc patet in lr̃a. Primo tangit Beatitudinis p̄conũ. Scđo Beatitudinis iſtiꝰ meritũ. Et Tertio Beatitudinis p̄miũ. De Primo dicit [Beati] Et videtur contrariũ: quia ſicut dicit glo. Beatus q̄ habet omnia que vult. Non aũt oĩa que vult habet: ꝑſecutiones patiens. Et dicendũ ꝙ lꝫ pati ſit miſerũ: tamen pati ꝑpter iuſticiam eſt glioſum. et ꝓut attingit gloriã ſic habet beatitudinis p̄conũ. Phil'. j. Uobis donatũ eſt pro chr̃o non ſolum vt credatis in eũ: ſed etiã vt ꝓ illo patiamini: idem certamen habentes quale ⁊ vidiſtis in me ⁊ nunc audiſtis de me. Act̃. v. Ibant apl'i gaudentes a conſpectu cõcilij: qm̃ digni habiti ſunt pro nomine chriſti cõtumeliã pati [qui ꝑſecutionem] Secundũ eſt In quo cõſiſtit iſtius Beatitudinis meritũ Et ponit Duo. Perſecutionẽ ⁊ Cãm. Perſecutionẽ dicendo [qui ꝑſecutionẽ patiunt̃] Sed cum ab alio q̄dam: agere ſit. Et illud qđ ab alio ẽ ſm ꝙ hmõi: non ſit laudabile vel meritoriũ: videt̃ ꝙ male ponat̃ in hoc beatitudo. Et Ad hoc dicẽdum ꝙ lꝫ paſſio ſit effectus illatioqꝫ actionis ſm ꝙ eſt ab agente: tñ ex ꝑte ſuſcipiẽtis contingit ſuſcipere paſſiõem ex deuotiõe: et tenere cor in eq̄nimitate: et ille ſunt interiores actões aĩe. Et in his ꝑpt̃ difficultatẽ: maximũ collocat̃ meritũ. et tanto maius q̄nto ſm naturam ſumꝰ infirmiores. ij. Corꝫ. xij. Uirtus in infirmitate perficit̃. Apocal'. ij. Scio opa tua ⁊ laborẽ tuũ ⁊ patientiã tuam. et quia nõ potes ſuſtinere malos: ⁊ patiẽtiã habes ⁊ ſuſtinuiſti ꝑpter nomen meũ [propter iuſticiam] Ecce Cauſa. quia Cauſa facit martyrẽ: non pena. Dicit aũt: propter iuſticiam. et nõ: ꝑpter pauꝑtatem: vel manſuetudinẽ: vel aliud aliq̄d p̄miſſorũ. quia Sola iuſticia generalis ꝑ ambitum ſue cõitatꝭ cõcludit in ſe ⁊ fidem ⁊ oĩa alia bona: Ut ſciamꝰ q̄niam non ſolum quo (al's quãdo) fides queritur: ſed etiam q̄cquid partiũ iuſticie querat̃ pro chriſti nomine ſuſtinere debemꝰ. Eſt aũt ſenſus: propter iuſticiam patientis. quia ſi pateret̃ ꝑpter iuſticiaꝫ facientis: et ꝓ iniuſticia patientis: pateret̃ ſicut fur vel malefactor: et non eſſet beatus. j. Pet̃. ij. Hec eſt gloria ſi ꝑpter cõſciam ſuſtinet q̄s triſticiã: patiens iniuſte que eſt em̃ gratia ſi peccãtes colaphizati ſuffertis. ſed ſi bene facientes patienter ſuffertis hec eſt gratia apud deum [quoniã ipſorum eſt regnum celorꝫ] Tribꝫ regnum conſtituẽtibus deſtituunt̃ qui patiunt̃ ꝑſecutioneꝫ. Iniuſte em̃ iudicant̃ contra leges et iuſticiaꝫ regni. Et ſub poteſtate iniqua cadunt propter tyrannides eorũ qui ſunt in poteſtate conſtituti. Et bonis ſpoliantur ꝑpter auariciam regnantium in regno mundi Per contrariũ igit̃ iuſtum eſt vt regno celorũ remũerent̃. De Primo dicit̃. j. Machab. ij. Teſtes erunt ſup nos celum ⁊ terra ꝙ iniuſte ꝑditis nos. Act̃. xxiij. Tu ſedens me iudicas ſm legem: et contra legem iubes me ꝑcuti. De Scđo dicit̃ Joã. xix. Non haberes poteſtateꝫ aduerſum me vllam niſi tibi datum eſſet deſuꝑ. Dañ. iij. Tradidiſti nos in manibꝫ inimicorꝫ ⁊ peſſimorꝫ p̄uaricatorꝫ: et regi iniuſto ⁊ peſſimo. Job. ix. Terra data eſt in manꝰ impij: vultum iudicũ eius operit. De Tertio Hebre. x. Rapinaꝫ bonorꝫ veſtrorꝫ cum gaudio ſuſtinetis: arbitrantes vos habere meliorẽ ⁊ manentem ſubſtantiã. Horum igitur eſt regnum celorũ Sic ⁊ bonorum pauperũ, quia quod pauper fa-

ciant voluntate in omnibꝫ cōmutabilibꝫ bonis se inuenientes deficere: hoc isti pferunt in effectu. Et ideo vnum est pmiū vtrorūqȝ. Matt. xj. Regnuȝ celorū vim patit̃: et violenti rapiunt illud. Numerus aūt beatitudinū inductarū sic habet̃. quia Beatitudo status est in genere optimi ad optimū ordinantꝭ. Aut igitur ordinat optime ad bonum. Aut optime cōtra malum. Si ad bonum. hoc est: aut ad cōmutabile: aut incōmutabile bonū. Si ē bonū cōmutabile: tunc est deficiēs in seipso: et facit deficere in se confidentes. et optima ordinatio ad ipm est p pauptatē spūs eo modo quo supi⁹ exposita est. Si aūt est ad bonum incōmutabile: Aut hoc est sm actionē: Aut sm cōtemplationē. Et sm actionem qdem est optimus status esuriēdo ꝛ sitiendo iusticiam. Si aūt est sm statum contēplationis: aut est sm ordinationē optimā ad contemplatiōis obiectū. et sic est cordis mūdicia: Aut sm optimā ordinationē ad cōtēplatōis finalē effectuȝ qui est quietatio cordis in deo: et assimilatione ad ipm Et hec est pacificatio filioꝝ dei. Si autem est sm optimū ordinē contra malū: Aut hoc est malū culpe. et sic optim⁹ ordo est lugere. Aut cōtra malum pene. Et hoc Dupliciter. Aut em̄ est in alio: et sic optime ordinat miscdia. Aut est illata ī nobis: et tunc Aut oppugnat naturā: et tunc ordinat mititas: Aut oppugnat grām que est in nobis: et tunc est beatitudo eoꝝ qui psecutionē patiunt̃: ꝛc̄

Beati estis cū maledixerint vobis homies et persecuti vos fuerint et dixerint omne malū aduersum vos mentientes propter me

D Ecce Secundū Vbi istam vltimā p partes exequit̃. Tāgit aūt Duo. Partes psecutiōis. et Partes mercedis: Ibi [Gaudete in illa die ꝛc̄.] Partes psecutionis tripliciter. Primo em̄ tāgit Partes. Scđo Modū: q scȝ mentiendo faciant. Tertio Causam: q fiat hoc ꝑpter deū. Partes tangit p Tres differentias. Prima est [Cū vos maledixerint homīes] Maledicta: sūt increpationes ꝛ vituꝑia ꝛ opprobria: ꝛ cetera hmōi. Hec em̄ in sanctos pferunt hoies humū sapientes. j. Coꝝ. iiij. Maledicimur ꝛ bñdicim⁹. Rhom̄. xij. Nulli maledictum pro maledicto reddentes. Et Ibidē. Benedicite ꝛ nolite maledicere. j. Pet̃. iij. Qui cū malediceret̃ non maledicebat. Psal. lviij. Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. Secundū notat cū dicit [et psecuti vos fuerint] hoc est in sanctis. Persequunt̃ aūt q non sequuntur sed insequunt̃: et ñ assequunt̃ tm̄: sed penetrātes querūt tollere aiam. iij. Reg. xix. Ego relict⁹ sū solus ꝛ querunt animā meā. Exo. xv. Dixit inimicus: psequar ꝛ cōphendā: diuidā spolia: implebit̃ aīa mea: euaginabo gladium meū: interficiet eos manus mea. Ps. iij. Multi dicunt aīe mee non est salus illi in deo eius. Tertium est [et dixerint omne malū aduersum vos] Et hoc est in impositione falsoꝝ criminū. Sicut illud qđ in Ecclesiastica historia đr: q imposuerūt sanctis q comederent pueros hoim: et abuterent̃ matribus et sororibꝫ. ij. Coꝝ. vj. Ut seductores ꝛ veraces. j. Coꝛ. iiij. Blasphemamur ꝛ obsecram⁹ Ps. xlix. Sedens aduersus fratrē tuū loquebarꝭ: ꝛ aduers⁹ filiū mr̄is tue ponebas scādalū mihi: hec fecisti ꝛ tacui. Esa. lvij. Sup quē lusistis ꝛ dilatastꝭ os: et eiecistꝭ linguam [mentientes] Ecce Modus q mendaces hec dicāt et nō ex veritate. Sap. x. Mendaces oñdit q maculauerūt eū: et dedit illi claritatem eternam. Joā. viij. Jn veritate nō stetit: quia mendax est ꝛ pater eius [propter me] Ecce Tertium quod est causa. Quia si verū dicatqs: nō est causa beatitudinis. Adhuc si falsum dicāt: et temeritate ꝓpria: sicut homies: adhuc nō est causa beatitudinis. sed ꝑpter deum dicat ꝛ mētiat̃: tunc est causa beatitudinis. Esaie. lij. Jugiter tota die nomē tuū blasphemat̃ inter gētes. Ps. lxxxij. Aduersus te testamentū disposuerunt tabernacula idumeoꝝ ꝛ hismaelite. Ps. Propt̃ te sustinui opprobriū: operuit cōfusio faciem meā. Hiere. xv. Noli in patientia tua suscipere me: scito qm̄ ꝑpter te sustinui opprobrium.

Gaudete ꝛ exultate

Ecce h tanguntur Differentie mercedis. Et tangit Duo. Gaudium scȝ: et Causam gaudij. Gaudiū aūt tangit Tripliciter sm affectū qñ dicit [Gaudete] quia Gaudium vt dicit Aug⁹: est diffusio animi in conceptione boni: q ad rōnem aut intellectum. Dicit [in illa die] Non em̄ dicit hoc p qlitate temporis vel aeris: sed qꝛ sanctoꝝ est in tribulatione ꝛ psecutione: nō obtenebrari solem ꝛ lumē mētis. Sed quo ad corpus dicit [et exultate] Quia Exultatio vt dicit Cassiodor⁹ dicit̃ qi extra saltatio. quia gaudiuȝ cordis ꝓditur in gestu corporis. De Primo ꝛ Ultimo istoꝝ dicit Esa. xxxv Gaudiū et Leticiā obtinebūt: fugiet dolor ꝛ gemitus. De Secundo aūt dicit̃ Job. xxiij. Nō em̄ perij propter imīnētes tenebras: nec operuit faciē meam caligo.

Quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic em̄ psecuti sūt prophetas q fuerūt ante vos

Ecce Causa. et tāgit Duo. Causam: et Cause cōfirmationem: Ibi [Sic em̄ psecuti sunt ꝛc̄.] De Prio đr ꝙ est [merces] qꝛ meruer̃t maria difficultate certamis. et ꝙ est [copiosa] ꝑpt̃ abūdātiā q sufficit sibi ꝛ alijs. et ꝙ est [in celis] Vtilligat̃ inamissibilis. Matt. xx. Uoca opārios et redde illis mercedē. Ps. cxxvj. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas dñi: filij merces fructus ventris. De Copiositate dicit Genes̃. xv. Ego ero merces tua magna nimis. De Tertio đr Matth. vj. Facite vobis thesauros ī celo vbi nec fures effodiunt nec furant̃ [Sic em̄ persecuti sunt] Ecce Cōfirmatio cause. Scim⁹ em̄ q mercedem habuerunt prophete. Etsi sumus in simili opere ꝛ causa passiōis: in simili etiā erimus retributione mercedis. Jaco. v. Exemplū accipite fratres exitus mali ꝛ laboris ꝛ longanimitatꝭ: ꝓphetas: qui vobis locuti sunt in nomine dñi. Sufferentiam audistis Job. Finem domini vidistꝭ. Ecce

beatificamus eos qui sustinuerunt Lu. vj. Scđꝫ hec faciebant ꝓphetis patres eoꝝ. Act̃. vij. Quem ꝓphetaꝝ non sunt psecuti patres vestri: et occiderunt eos qui pnunciauerunt de aduentu iusti cuius nunc ꝓditores facti estis et homicide.

Vos estis sal terre:

A Hic incipit adaptare specialiter apl̃is ꝛ eoꝛuȝ successoribꝫ omnia q dixit. Et tangit Quattuor. Primo em̄ tangit Condimentū morū tam in morali doctrina q̄ȝ etiam in exemplo. Scđo tangit Lucē vere sapientie. Tertio Munimē rationum in doctrina defensionis subditoꝝ. Quarto ꝛ vltio tangit Modū ꝛ intentionē in docendo. Primū accipit ex silitudine Salis. Secundū ex similitudine Lucis. Tertiū ex similitudine Ciuitatis. Quartū aūt ex similitudine Lucerne. Circa Primum dicit Duo. Primū est q compat Aplos ꝛ eorū successores sali. Secundū est q ostendit salis euanidi inutilitatē. Circa Primū hoꝝ dicit Tria. Primo Apostolis approꝑat quādo dicit [Vos estꝭ] hoc est: Significatū per salis naturā: ꝓprie conuenit vobis. Secundo in noīe salis notat ꝓprietates per metaphorā sali cōuenientes. Et Tertio tangit quid hoc sale sit salliendū: cum đt [sal terre.] Attēde aūt q salis materia ex qua generatur est terra. Quod ꝓbat̃ in. iiij. Methe. quia omne qđ liquat̃ frigido humido: de genere terre est q̄ntum ad materiam. Sicut et Omne qđ liquat̃ calido sicco: de genere est aque. Sicut plumbuȝ ꝛ omnia genera metallorū. Terra autem mutat̃ in salis naturam quando a feculentia lota est in humido ꝛ comburente calido sicco potius q̄ȝ coagulante est exiccata. Et ideo Sal est terrestre siccū: per calidū in humido aqueo combustū. Et ideo est vicinus sapor amaro. quia amaritudo resultat agente calido cōburente in terrestre siccum. Ex tali igitur materia ex calido est amaꝝ ꝛ siccum. et ex amaro mortificatiuum est vermiū. et ex sicco siccatiuū humidi putrescentis. et sic impedit putrefactionem ꝛ per consequens impedit fetorem. Et quia inducit siccitatē ꝛ humidi destructiōem ꝛ incensionē: et ideo impedit generationem ꝛ terre fecunditatē. Et qꝛ acumē habet ex calore adurente: ideo acuit id cui pmiscetur. Et quia siccitatem habet amaram: ideo abominabilē habet saporem et prouocat sitim ꝑpter siccitatem. ꝑpter acumen tamen dissolutiuū est. et cōmixtum saporibus alijs: facit eos penetrare in linguam. et sic cōdit alios sapores. Penes has igitur ꝓprietates: doctrina morū eccl̃iasticoꝝ doctorum sal intelligitur. quia ꝛ calore igniti eloquij siccare debent omnē terrenum affectum: et p siccitatem mortificatiōis corporis oēm destruere malum humorē concupiscentie carnalis. et per condimentū discretionis: delectabilē facere gustū operis: quod est sm ꝟtutem. et per exiccationeȝ consolationis mundane: omnē exiccare fecunditatē viciorum. Et quia exiccāda est carnalis concupiscētia: Jdeo Leui. ij. precipit̃ q in omī sacrificio sal offeratur. Sacrificiū em̄ laudis est spiritus cōtribulatus a concupiscentia carnis exiccatus. ꝙ si etiam corpus offerimus: sicut docet Apl̃us Rhoma. xij. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem: sanctam ꝛ deo placentem. statim subiungit̃ de sale. Rationabile sit obsequiū vestrum. Quia sancta non est si fetens est libidine. nec rōnabilis est: si imoderata aut violenta est. Sed siccata sit sale: Jta vt terra vicioꝝ sm doctrinam Psal. cvj. conuertat̃ in salsuginem. Et vrbes in quibꝫ diabolus nos expugnauit subuerse a spiritu sale mortificationis vermiū: de quibꝫ dicit Job. xxx. Qui me comedunt non dormiūt. Et de quibus dicitur Esa. xiiij. Subter te sternetur tinea: et opimentum tuū vermes: qui sunt tentationes ꝛ motus cōcupiscētie carnalis. et cum hoc totus sermo eorum ita sit sale discretionis cōditus et boni exempli q in gratia et edificatione semper acceptet̃: et sapida faciat omnia que dicunt̃. Col̃. iiij. Sermo vester in gratia semp sit sale conditus. Job. vj. Nunquid poterit comedi insulsum quod nō est sale conditū. Dibus autem his ita in apostolicis viris quo ad doctrinam morum suppositꝭ Sciendū est: q Sal adhuc habet naturā que multis videt̃ mirabilis quia p similitudinē quam habet extrahit alium salem. Et ideo pisces salsi vel caro multū salsa posita in aqua recenter salsa: efficiunt̃ minus salsa: ꝛ citius sal extrahit̃ q̄ȝ per aquam dulcem. Sicut đr iiij. Reg. ij. ꝙ Heliseus misit sal in aquas amaras ꝛ sanauit eas. Et ita est in Prelato qui in sale optimo: sale morum conditus est: Amaritudineȝ siqua est in subditis extrahit facile. Sicut etiam lignum crucis lȝ sit amarum: tamen in aquas missum nostraꝝ tribulationū: omnia nostra conuertit in dulcedinem

ꝙ si sal euanuerit: in quo sallietur? Ad nihilū valet vltra: nisi vt mittatur foras et conculcetur ab hominibus.

R Duo dicit. Euanitionē salis. ꝛ Jnutilitatē. De Euanitione dicit [ꝙ si sal euanuerit] Uanū est vt dicit Phus in. ij. Physic̃. quod est ad finem aliquē quē nō includit. Jta sal est vanum Quādo putredinē nō impedit sed ꝓuocat: Quādo vermibus ea que sallit scatere pmittit: Et quādo nō condit sed ꝓuocat abominationem. Sicut plat⁹ carnali concupiscentie subiect⁹. Eccl̃i. xx. Homo acharis quasi fabula vana. Acharis est sine gratia qui nullo sale sapientie vel gratie est cōditus. Lu. xiiij. ꝙ si sal infatuatū fuerit. hoc est: in fatuitatē conuertitur. quia Cū de moribꝫ loquit̃ qui mores nō habet: fabula et fatuitas videt̃. Eccꝭ. xx. Ab ore fatui reprobabit̃ parabola. Mar. ix. ꝙ si sal insulsum fuerit in quo illud condietis? Q. d. Jn nullo quia Populus non condit pbr̄m. Et ideo pbr̄ insulsus omnino manet insulsus [Jn quo sallietur?] Hic tangit nocumēta salis euacuati. Et sūt Quattuor. Prima est: quia perit salsamentū rerū salsandarū. inutilitas Secunda est: quia ad nullum vsum omnino erit aptum. Tertia: quia sicut abominabile erit ꝓiectum. Quarta est: quia sicut res vilis erit conculcatum. De Prima dicit [Jn q sallietur] Quasi dicat Salsamentuȝ totius orbis

peribit. Et ideo Mat.ix. pcipit Bonū est sal: ha-
bete in vob sal [ad nihil valet vltra] Ecce Se-
cunda qr ad nullum aliū vsum est aptū: sicut est li-
gnum vitis qñ non fructificat. Ezech.xv. Q nihil
ex eo fit operis. Hiere.xxij. Scribe virū istum: ste-
rilem virū: q in diebus suis nō prosperabit [nisi vt
mittat foras] Ecce Tertia Inutilitas vt tanq̄
res abominata foras piciat. j. Cor.v. Auferte ma-
lum ex vobisipsis. j. Reg.xvj. Quousq tu luges
Saul: cum ego abiecerim eum? Hiere.lij. Furor
dñi erat in Hierusalē z in Juda: quousq proij-
ceret eos a facie sua. iiij. Regū.xxiiij. Irascebat fu
ror dñi contra hierl'm et contra iudam: donec pij-
ceret eos a facie sua [conculcet ab hominib9]
Ecce Quarta Inutilitas. quia sicut res vilis con
culcabit. Sicut em̄ in cōculcato: vestigia sunt cal
cantiū: ita vestigia demonū apparent in tali plato.
qr conculcant eū. Esa.xxviij. Pedibus cōculcabit
corona supbie ebriorū effraym. Esa.v. Diruā ma-
ceriam eius: z erit in conculcationē: et ponam eā
desertam. Esa.vij. Erit in pascuam bouis z in cō
culcationem pecorū. Esa.x. Ponam illum in cōcul
cationem quasi lutum platearū.

Vos estis lux mundi

Hic tangit Lucē vere sapientie quo ad illumina-
tionē fidei de cognitiōe dei. Hec em̄ sapientia ve-
ra est lux. quia lux z lumen differunt. quia Lux est
in prima et ppria natura. Lumen aūt est immuta-
tio lucis in medio. Unde Lux dr cognitio diuie sa
pientie. Sed Lumē ab illa resultans: cognitio est
oīm aliarū scientiarū. Luminaria autē hanc lucem
fundentia z vasa lucis: sunt qui a diuina sapien-
tia acceperunt verba vite donare nobis. Sic di-
citur Act.vij. Dan.xij. Qui docti fuerint fulgebūt
sicut splēdor firmamenti: et qui ad iusticiā erudi-
diunt multos q̄si stelle erunt in ppetuas eternita-
tes. ij. Cor.iiij. Deus qui dixit de tenebris lumē
splendescere illuxit in cordibus nostris ad illumi-
nationem scientie euangelij chri. Hoc figtum est
Exodi.xxxiiij. Ubi resplenduit facies Moysi ex il
luminatione dei. Phil.ij. Inter quos lucetis sic
luminaria in mundo: vbum vite cōtinentes.

Non potest ciuitas abscōdi supra montem posita.

S Hic tangit Munimen rōnum sanctorū docto-
rū: et Refugiū quod debent esse subditis. Et tan-
git Tria. Similitudinē videlicz ciuitatis. et Sitū.
et Euidentiā. Habent aūt sacri doctores in docen
do Similitudinē ad ciuitatem in Duobus preci
pue. In Cōformitate vicz doctrine. Quod accipi
tur ex nomine ciuitatis. quia ciuitas dicitur qua-
si ciuium vnitas. Alterū est: In Munimine ciui
tatis. Qd accipit ex ciuitatis munitione. Sicut em̄
Una est fides z Una ecc̄a et Un9 spiritus z Unū
caput et Una tunica inconsutilis ppetue ciuita-
tis: Ita debet esse vna doctrina non diuisa per he-
reses z scismata. j. Corinth.j. Obsecro fratres vt id
ipsum dicatis omnes: z non sint in vobis scisma-
ta. j. Corinth.xj. Siquis videtur esse cōtentiosus
inter vos: nos talem consuetudinē non habemus
sed neq ecclesia dei. Ambrosius. Cōtentio est im-
pugnatio veritatis cum confidentia clamoris. ij.
Corinth.xij. Nonne eodem spiritu ambulauim9:
nōne eisdem vestigijs? Gal.j. Siquis pdicauerit
vobis aliud pter id quod pdicauimus: anathema
sit. Joan.xvij. Sint vnum sicut nos vnum sum9
Hec est ergo ciuium vnitas. Munitio aūt ciuita
tis est in Duobus. In turribus: et muris. Turres
aūt: sunt alte z firme veritatis autoritates: quib9
suas debent munire rōnes. Cant.iiij. Turris Da-
uid edificata est cum ppugnaculis: Mille clypei
pendent ex ea: omnis armatura fortium. Turris
em̄ est fastigiū solide veritatis doctrine sacre. Pro-
pugnacula expositiōes. Clypei autoritates habē-
tes signa patriarcharū z phetarū et apostolorū in
hoc q fidem eorū demonstrant. Armatura fortiū
sunt reuelationes z ratiōes quib9 armant ad vin-
cendū. j. Pet.iij. Parati semp ad satisfactionem
omni poscenti vos rationē de ea que in vobis est
spe. Tit.j. Complectentē eum qui sm doctrinam
est fidelem sermonē: vt potens sit exhortari in do-
ctrina sana: z cōtradicētes reuincere. Esa.liiij. Po-
nam iaspidē ppugnacula tua. Jaspis ex nitore vi-
rentis fidei: solidam significat veritatem. Muni-
tio ex muris: Sicut dic Chrysostom9: significat
munimē doctorū quo subditorū z simpliciū sūt re-
fugium. Esa.xxvj. Urbs fortitudinis nostre sion
saluator: ponet in ea murus z antemurale. Mu-
rus em̄ est psidium christi. Et antemurale psidiū
plati recipiens iactus z impulsus arietū z machi-
narum: sicut dicit Chrys. Et ideo qui tales nō sūt:
increpant a dño Ezech.xiij. Nō ascendistis ex ad-
uerso: nec opposuistis vos murū pro domo israel
De Situ aūt huius ciuitatis dicitur q est [in
monte posita] Mons aūt est eminētia sancti-
tatis in actiua: et sublimitas spiritus intelligentie
in contēplatiua. De Primo dicit Hiere.xxxj. Be
nedicat tibi dñs pulcritudo iusticie mons sanct9.
Esa.ij. Erit mons domus domini in vertice mon
tium: et eleuabitur sup colles: et fluent ad eū oēs
gentes. Ps.lxvij. Mons in quo beneplacitū est
deo habitare in eo: etem̄ dñs habitabit in finem.
Esa.xl. Super montē excelsum ascende tu q euā-
gelizas pacem zc. De Secundo Ezech.xl. Dimi-
sit me sup montē excelsum valde super quem erat
edificium ciuitatis vergentis ad austrū. hoc est: ad
regionem luminis in cognitiōe: et calore sanctispi-
ritus in affectiōe. Apocal.xxj. Assumpsit me in spi
ritu in montē magnū z altum. De vtrisq his mō-
tibus in Psal.lxxxvj. Fundamenta eius in mon-
tibus sanctis. Ps.lxxj. Suscipiant montes pacē
populo z colles iusticiam. De Euidentia dr [Nō
potest zc] Omnibus em̄ patet Ad visum. z omi-
bus Ad refugiū. Esa.xxxiij. Respice sion ciuita-
tem solennitatis nostre. Oculi tui videbunt Hie
rusalem ciuitatē opulentā: tabernaculū qd neq-
q̄ transferri poterit. De Secundo dicit Josue.xx.
Separate ciuitates fugitiuorū: ad quam confugere
possit q ignorās effuderit sanguinem.

Neq accendunt lucernā et ponunt eā sub modio: sed super candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo sunt.

T Hic tāgitur Quarta operatio que est in modo
et in intentione docendi z regendi ecclesias. Et sūt
h Duo. pagraphi. In Primo em̄ ponit metapho
ram. In Secundo tāgit explanationē: Ibi [Sic
luceat lux vestra. In Primo ponit Quinq. Lucer-
ne vicz accensionē. Locum in quo nō ponit. Locū
in quo ponitur. Usum. et Ad quos refert vtilitas
Et hec patent in littera. Lucerne accensionē innu-
it cum dicit [Neq accēdūt lucernam] Non
em̄ negatio refertur ad accēsionē: sed ad totum se-
quens. Lucerna aūt ardens z Lucens: est Prela
tus lucens scientia z ardens charitate. Joā.v. Il-
le erat lucerna ardens z lucens. Ecc̄i.xxvj. Lucer-
na splendēs supra candelabrū sanctū: et faciei spe
cies sup etatem stabilem. Perlucida em̄ debet eē
lucerna per corporis castitatē: et bone fame clari-
tatē. Lu.xv. Accendit lucernā z euertit domū: z q̄-
rit diligenter donec inueniat. quia de talibus pla-
tis multi inueniunt qui pditi fuerant. Sophoñ.j
Scrutabor hierl'm in lucernis. Locus autez vbi
nō est ponenda tangit cū dicit [et ponunt eam
sub modio] Modius aūt Tria notat. In se em̄
non est pspicuus sed tenebrosus. Et significat vi-
tam opacam tenebris peccatorū. Sed in quanti-
tate est mensura q̄dā aridorū. Et significat termi-
nis vnius gentis vl' hominis limitatā doctrinam
que omnib9 pdesse debet et poterit. Usu autē mo-
dius est quo redditur redditus agrorum. Et quo
ad hoc significat precium sub quo ponitur regnū
quod gratis est exhibendū. Quo ad Primū mo-
dius impedit lumen. Quo ad Secundū: cohibet
Quo ad Tertiū: vēdit: et impciabile sub precio po
nit. De Primo dicitur Sap.xvij. Ignis quidez
nulla vis: nec siderum lympide flāme poterant il
luminare noctē illam horrēdaz. De Secūdo Esa.
xlix. Dedi te in lucem gentiū vt sis salus mea vsq
ad extremū terre. Ephes.iij. Mihi oīm sanctorū
minimo data est gratia hec in gentib9 euāgelizare
inuesti. diuitias chri et illuminare oēs. De Ter-
tio Matth.x. Gratis accepistis gratis date. Esa.
lv. Qui non habetis pcium venite emite absq vl-
la cōmutatiōe vinum z lac. Act.viij. Pecunia tua
tecum sit in pditionem quia putasti donum dei p
cio possideri. [sed super candelabrum] Ecce
Tertium Ubi lucerna ponenda est. Candelabrū
aūt est fastigiū ecclesiastice dignitatis significate
Exo.xxv. vbi pcipitur fieri candelabrū aureum cū
septem hastilibus z septē lucernis. Et Hastilia q̄-
dem sunt dona spūssancti. Lucerne autem septez
illuminationes quas debet habere: Historialem
videlicet: Moralē: Allegoricam: et Anagogicam.
Et Tres per se. Unaz per industriā. Alterā per sa-
porem diuinorū. et Tertiam per reuelationē ora-
tionum. Item est Zach.iiij. Ubi simil'r loquit de
tali candelabro. Et Apoca.j. Ubi ambulantē do-
minū vidit Joannes in medio septē candelabrorū
aureorū [vt luceat] Ecce Usus lucerne: vt lu-
men spargat. Sine lumie em̄ doctrine z exempli
est simia in tecto. Genes.j. Posuit luminaria in fir
mamēto celi vt lucerēt diei z nocti. Ecc̄i.xliij. Mū
dum illuminans in excelsis domin9. Baruch.iij.
Stelle luxerunt ei cum iocunditate qui fecit eas
[omnibus qui in domo sunt] Ecce Quintū
ad quos refertur Usus lumis. Et est generalis
omnibus qui sunt in ecclesia. Et verius omnib9
qui sunt in mundo. Et ideo confunditur noua he
resis que dicit aliquos repelli posse ab auditu do
ctrine sacre. Joan.j. Erat lux vera que illuminat
omnē hominē venientē in hunc mundū. Nullam
em̄ stellarū fecit domin9 que non nisi vnam par-
tem mundi illuminaret. Et lz vna illumiet vnam
partem: tamen omnes alias partes tandem pce-
pit illuminare. Ecc̄i.xxiiij. Doctrinaz quasi ante-
lucanum illumino omnib9: et narrabo illam vsq
in longinquū. Sap.xvij. Totus orbis lympide il
luminabat lumine solis aut illis superposita erat
grauis nox imago tenebrarū que erat eos comp-
hensura. Ecc̄i.xxxiij. Uidete q non soli mihi labo-
raui sed omnib9 inq̄rentib9 vitatem.

Luceat lux vestra coram hominibus vt videāt opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est.

Ecce Expositio. Et dicit Quattuor. Primo pci-
pit Q lux luceat. Secundo Quibus. Tertio In
quo. et Quarto Quo fine. De Primo igitur pre-
cipiens dicit q lux luceat doctrine z exēpli. Ps.
ciij. Amictus lumine sicut vestimento. Prouerb.
iiij. Semita iusti quasi lux splendēs z crescēs vs-
q in pfectum diem [coram hominibus] Ecce
Secundū Quibus debent lucere: quia homini-
bus. Ps.xlij. Emitte lucem tuam z veritatē tuā:
ipsa me deduxerunt z adduxerunt zc. Job.xxxviij
Indica mihi per quam viā spargit lux z diuidit
estus super terram. Job.xxix. Splendebat lucer-
na eius sup caput meum: et ad lumen eius ambu
labam in tenebris. Joan.viij. Qui sequit me non
ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite [vt
videant opera vestra bona] Ecce Tertiū In
quo potissime lucere debent. j. Petri.ij. Conuer-
sationē vestram inter gentes habentes bonam: vt
in eo qd detractant de vobis tanq̄ de malefacto-
ribus: et operibus bonis vos cōsiderantes: glori-
ficent deum in die visitationis. Rhom.xij. Pro-
uidentes bona non solum coram deo: sed etiā co
ram omnib9 hominib9. Phil.iij. Nostra conuersa
tio in celis est. Sap.xviij. dicit q in veste poderis
aaron: totus erat pictus orbis terrarū: et parentū
magnalia. quia nullus fuit qui non inueniret in
eo quod imitaret. et insup magna facta sanctita-
tis patrū erant in eo: in quibus eum subditi imita
ri nō poterant: sed ammirari [et glorificent pa
trem vestrum qui in celis est] Ecce Quartū
Quo fine ista debeant fieri. quia non proprie glo-
rie intuitu: nec lucri pretextu: vel ambitionis inten-
tione: sed vt glorificet pater celestis qui (al's quia)
tales sibi filios genuit sue dignitatis in ecclesia suc
cessores: vt merito dicatur ecclesie illud Ps.xliiij.
Pro patribus tuis: apostolis: nati sunt tibi filij:

apostolorū veri successores: constitues eos principes sup omnē terram: memores erunt nomis tui dñe. Esaie.lx. Germen plantationis mee: opus manus mee ad glorificandū. Eccl.xliij. Benedicētes dominū exaltate eum quantū potestis: maior est eñ omni laude. .j. Timo.j. Regi seculorū immortali: inuisibili: soli deo honor z gloria in secula.

Nolite putare quoniā veni soluere legem aut prophetas. Nō veni soluere: sed adimplere.

V Hic incipit agere de Impletione legis. Et diuiditur in Tres partes. In quarū Prima docet Legis impletionē: eo q spiritus implet litteram occidentem In Secunda docet Modū impletiōis per rectam intentionē: Ibi [Attēdite ne iusticiam vestrā faciatis coram homib] In Tertia huius Impletionis remouet impedimēta: Ibi [Nemo potest duobus dñis seruire] Prima harum partium habet Duas pticulas. In quarū Prima In Genere dicit q venit legem implere. In Secūda In particulari in qbusdā docet Qualiter Lex implenda est: Ibi [Audistis quia dictum est antiqs: Non occides] Adhuc prior harum habet Tres paragraphos. In quorū Primo Astruit legē esse implendā: non soluendā. In Secundo simul ostēdit Qualiter: et In Quibus: z Quo merito soluit et implet: Ibi [Qui ergo soluerit] In Tertio ostēdit ex comparatione ad non implentes quantum adimplēda sit lex: Ibi [Dico aūt vobis Nisi abūdauerit zc.] In Primo horū pagraphorū Duo dicit. Scz: Se legem impleturū. Et q̄z sit hoc ineuitabile. Circa Primū horum dicit Duo. In quorū Primo Malam de se remouet suspicionem. In Secundo vero Veram de se instruit fidem. Circa Primū Tria inducit. Remotionē male suspicionis. Negationē solutionis. Et quia soluere nō venit. De Remotione male suspiciōis dicit [Nolite putare] Q.d. Licz vos ad maiorem q̄z in lege videatur esse inuitauerim pfectionem: Per cōdimentū salis in doctoribus: Per altissime doctrine fulgorem in cognitione diuiorū: Per munimē ciuitatis z modū accendendi lucernam: Tñ non puteti q venerim antiqua soluere z noua q̄ in veteribus non continent instituere. Et hoc est [Nolite] Vel sic: Licz Penitentiā predicē: Infirmos curem: In die sabbati aníe opus: non corporis pficiam: quod nō est seruile sed liberale. Leprā tangam: curando lepram. et sic cōtra legem facere carnalibus videar: tamē vos spūales [Nolite zc.] Alie autem actiones fm Chrysost. sunt: que pertinent ad salutem anime: Ut Curatiōes infirmitatū solo pcepto perficere: Oratōes: Et huiusmodi: in quib corpus ad opandum nihil laborat. Tactus aūt qui non potest infici: non phibetur in lege a tactu immūdiciarū. Talis aūt fuit tactus christi: qui non imundabat: sed potius mūdiciaz ex se profudit vt mundaret omne qd tetigit. Sic igit dicit [Nolite] In toto declinio (al's cōdeclinio) eius quod est: Nolo: non vis: voluntas manet affirmata: et negatio refert ad volituz. vt Nolo currere. hoc est: Volo non currere. Hoc modo dicit [Nolite putare] Putatio ē hesio animi ex inductu phantasie vel sensus deceptorij. Et ideo est aliud Putare: et aliud Dubitare: Aliud Ambigere et aliud Opinari: et aliud Credere z aliud Scire: Aliud Existimare z aliō Cōijcere. Putare eñ est hoc qd dictuz ē: et ideo Rōnis est ad sensus vel imaginatiōis signa reflexe. Dubitatio aūt est iterminatus motus rōnis inter vtrāqz partem ratiōis: eo q ad neutrū habeat rōnem. et ideo quasi qrendo interminate mouet. Sed Ambigere vt dr Boecius in Libro Diuisionū: est ambire vtrāqz ptem siue ambas partes cōtradictionis p equiualentes rationes: z nescire quibus consentiat. Unde Dubitatio dicit quasi inter duo viatio (al's viacatio) eo q b sepe p v ponatur. Sicut supbia dicit quasi supuia. Ita dubitatio quasi duorū viatio (al's viatatio) et Ambiguū qsi ambiuiū: quia ambo ambit contradictoria. Sed Opinio est qndo ad vnā partem rōnes habent cum formidine partis alterius. Et hec formido contingit ex infirmitate rationū que ad alteram ptē habent. Fides aūt siue Credere est quādo rōnes ad vnam partē incipiūt pualere: et altera pars contradictōis quasi non timeri. Unde dicit Phs q Opinio iuuata rōnib sit fides. Sed hec nō est fidei (al's fides) virtus: sed fides que est credulitas ratiōis. Scire autem est causam essentialem z immediatam cognoscere. et quia illius z non alterius causa est: et q non contingit aliter se habere: pter īmediationez cause ad effectum. Attēde aūt q Existimare z Cōijcere est in alia via. qa Existimatio pprie est: quando ex aliquibus pluribus signis sensibiliū aliqd concipit Et Conijcere est ex signis remotis: fallacē: sed in pluribus tenentem accipere conceptionē. Attendendū igit q inter omnia hec Suspicio putationis est debilior. Et quando de infidelitate est: tūc est quasi primus motus infidelitatis Qui propt multiplices phantasias: vel sensuū similitudines quasi non est in nostra potestate. Et ideo non phibet apparentiā eius: sed voluntatē dicit habēdā in contrarium. Et ideo sensus est Velitis non habere putationē: q̄uis forte surgat. quia surgere talē motum vel non surgere: non est in potestate vr̄a: sed volūtas est in potestate vestra. Et hoc est excludere infidelitatis pmū motū. Geñ.iij. Ipsa conteret caput tuum [Nolite ergo putare] qsi animales iducti ex aliqbus signis corpalib. Quia .j. Cor.ij. Aníalis homo non pcipit ea que sunt spiritus dei. Sed potius corporū phantasias trāscēdentes. Videte [quoniā non veni] qui nascen x do: factus sum sub lege (al's leg) Circūcisione. Lu.ij. Et Oblatiōe facta pro me in templo [soluere legem aut pphetas] Videt q insufficienter diuidat. Quia Hiero. in plogo galeato Li. Regū dicit Quattuor ordines esse sacrorū voluminū veteris testamēti. Scz. Legis et Prophetarū z Agiographorū z Apocriphorū. Adhuc āt Lu.vl. dr q Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege et pphetis z psalmis de me. Et ibi videtur ponere Tres ordines. ergo h est insufficiens. Dicendū autem q lex dicitur a ligando. quia coactiuo sermone vt dicit Phus ligat ad implendū ea que pcipiuntur a legislatore. Et sic dicit Lex mandatorum: sicut dicit Eccl.xxiiij. Legem mandauit vobis Moyses in pceptis iusticiarū. Prophetia aūt dicit Large z Stricte. Large qdem dr Prophetia omne qd dicto vel facto significat aliqd de vitate futura. Et hoc modo Agiographa z Apocripha continentur sub pphetia. Et hoc modo sumitur h Alio modo dicit Prophetia enunciatio: diuia inspiratione facta: rerū euentus sub immobili vitate denuncians. Et hoc mō Sedecim pphete z Psalmi dicunt pphetia. Hoc mō nō sumit h. Prophetia aūt vltimo modo dicta: Duos habet modos. Qm Quedā per modū laudis z hymnorū oīa cōgerit que futura denunciant. Et hoc mō Psalmi sunt pphetia. Et hec est etiam causa q frequentantur in ecclesia: qr in eis ī modo laudis oīa alia: futura: pcedentia: congregant. Et sic diuidit (al's accipit) pphetia Lu.vl. Alio modo dicit pphetia strictissimo modo: p modū enunciatiōis: veritates futurorū immobili vitate denuncians. Et sic sumit pphetia qñ diuidit in sedecim prophetas. Patet igitur q omnia que sunt de futuris ptinent in his duobus Lege scz et Prophetis. De Lege dicitur Esaie.xxxiij. Dominus legifer noster: dñs rex noster ipse veniet z saluabit nos. j. Timo.j. Scimus q lex qdem facta est siquis ea legitime vtatur. De pphetis dr Eccl.xxxvj. Da mercedem dñe sustinentibus te vt pphete tui fideles īueniant. De his igitur dr Nolite putare qm veni soluere legē. Sed contra Ephes.ij. Legem mandatorū decretis euacuans. Ibi dicit glo. hoc est pceptis euangelicis q̄ sunt ex ratione: et ideo decreta dicunt. Et idē Apls dicit ad Gal.iij. Ubi venit fides iam non sumus sub pedagogo. hoc est: sub lege. Responsio. Dupliciter euacuat aliquid. Uno mō a fine. z Altero modo ab eo qd continet vel videtur in ipso cōtineri. Lex ergo a fine non euacuat qui est chrs z iusticia eius. Rhom.x. Finis legis christus ad iusticiam omni credenti. Sed ab hoc qd videbat in ipsa contineri: euacuata est a christo. hoc est: vacua esse ostēsa est. Salus eñ credebat esse in lege: cū a salute sit vacua. Gal.ij. Scientes q nō iustificatur homo ex opibus legis nisi per fidem chri: z nos in Jesu chro credimus vt iustificemur ex fide christi et non ex opibus legis [Non veni soluere] Ecce Secundū Ubi dicit Negationem solutiōis: z Affirmationē impletionis. et hoc est [Non veni soluere] Gl. dicit q Soluere est: Vel non agere quod recte itelligit: Vel nō itelligere qd deprauit p malaz assertionē: Vel minuere integritatem supadditionis christi. Soluit eñ quod ligatū est Lex aūt dicit a ligando. quia ligat penis z pmijs ad implendū. Et hoc modo non attendens vinculum legis: vel torpore vel negligentia non cōsiderans: et dimittens quod lex impat: soluit legem: q̄ mō lex nō est soluenda. Or Eccl.vj. dr. Uincula illius alligatura salutaris. Esa.xlv. Uincti manib pergent: teqz adorabūt teqz depcabunt [sed adimplere] hoc est supabundāter implere. qr Minima legis addam sup magna: et Gratiam implendi super mandata: et Intentionē legislatoris sup opera: et Formā sup informia: et Spiritū sup litteram. Et sic nō solum implebo: sed addens gratiam gratie: adimplebo. quia gratia z veritas p iesum christum facta est. De Paruis addit ij ad magna Joan.vj. Colligite fragmēta ne peant. Mat.xv. Catelli edunt de micis que cadunt de mēsa dominorū suorū. De Gratia addita sup mandata Zacha.iiij. Exequabit (al's Equabit) grām gratie eius Joan.j. De plenitudine eius oēs accepimus gratiam pro gratia. Intentionem legislatoris addit qr ī plet eā: fm qd deus qui dedit eam intēdit. Joan.viij. Que placita sunt ei facio semp. Mar.j. In te complacuit mihi. Ps.xxxix. In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatez tuā deus meus volui: et legem tuam in medio cordis mei. Hic aūt talis qui legē fm intentionē legislatoris seruat: non solum iustus: sed etiam epikeies: hoc est supiustus ab Aristot. in.v. Ethicorū vocat. De Forma que additur sup īformia dicit Rhom.xiij Plenitudo legis est dilectio. Et quia est forma: est finis. dicitur .j. Tim.j. Finis pcepti est charitas d corde puro z conscientia bona z fide non ficta. De Spiritu addito supra litteram dicit .ij. Corinth.iij. Littera occidit: spūs autem viuificat. Joan.vj Verba que locutus sum spiritus z vita sunt. hoc est: spūaliter intellecta sunt vita. Attendēdū ta y men q Quinqz sunt in lege. Moralia vicz z Judicialia: Cerimonialia: Sacramentalia: et Promissa. Et hec omnia impleuit christus. Moralia sunt que sunt de p se expetendis: vel per se vitandis impata: que vbiqz et semp sunt tenenda: q̄ ratō naturalis dictat homini: etiamsi nulla lex ea imparet inscripta (al's in scripto) Sicut decem pcepta que sunt scripta in tabulis Exodi.xx. Et hoc impleuit christus: ea que intus erant addēdo explicite extrinsecus. Judicialia sunt per que iudicantur homīes fm cōicationes contractuū: vl' dānorum vel vtilitatum. et tenentur in ciuilitate z pace Sicut sunt de quibus dicit Exod.xxj. Hec sunt Judicia que ppones eis. Sicut Si emeris seruū hebreum: sex annis seruiet tibi. In septimo egredit liber. Sicut de furto bouis z ouis reddendo. De lege talionis Et hmōi. Et hec variabant p diuersitate locorum: temporū: et psonarū. Et hec impleuit christus: duriciam eorū mitigando. Cerimonialia dicūtur quasi munia cereris: que ē dea frugū: Cui pmū Saturnus qui seminare triticū docuit: munia pro incremento frugum impendi pcepit. Et exinde translatum est nomen in omne munium siue cultum qui dijs vel deo exhibet. In lege autem Cerimonialia dicunt quorū nulla vtilitas fz se est ad mores: nulla ad iudicia ciuilitatū: sed totus vsus z vtilitas eorum est in significādo aliquid Nō in sacramentis quidem: sed circa mores hominū. Sicut illud quod dicit De Discretione ciborum Leuit.xj. Et de Discretione īmundiciarū. et Q non induēda est vestis lana: linoqz cōtexta Leuit.xix. et huiusmodi. Sacramentalia autem sunt significantia gratiaz sacramētalē quā nostra sacramenta causant: et non conferentia eā. Et ideo dicit Augustinus q totus vsus horum fuit in significando: et nō in causando grām. Sicut

est de agno pascali. Exo8.xij. Et de vitula rufa Le
ui.xvj. et de alijs similib9. Promissiones sūt q̄
futura ꝓmittebāt sub figura terrenoꝝ. Sicut Exo.
iij. ꝙ ꝓmittit terrā lacte ꝛ melle manantē. et hmōi.
Cum igit̄ dicat̄ Joan.j. ꝙ Gratia ꝛ veritas per
christū Jesum facta est: Moralia implet ꝑ gratiā
iuuantē ad implendū: Judicialia ꝑ gratiaꝫ tēpan-
tem seueritatem Judicij: Cerimonialia per verita-
tem morum significatā: Et Sacramentalia ꝑ ve
ritatem simul et gratiam Ueritas em̄ respōdet si-
gno: Et Gratia sacramento: Promissa autē ꝑ ve-
ritatem sui dicti. Hebre.vj. Ut per duas immobi
les res q̄bus impossibile est mentiri deū: firmissi-
mū habeam9 solaciū q̄ cōfugimus ad tenendum
ꝓpositam spem. Adhuc Moralia implet adden
do: Judicialia corrigendo: Cerimonialia ꝟtutes
significatas docendo: Sacramentalia sanctificā-
do sacramenta: et Promissa in seipo per rei colla-
tionem exhibendo. Et omnib9 his perfectis: dicit
Consummatū est. Et ideo Gal.iiij. dicit̄ Temp9
gratie: plenitudo temporis. Et ea virgo: ex qua ꝓ-
fundit̄: gratia plena dicitur Lu.j. Et sancti extunc
pleni dicunt̄. Act.ij. Repleti sunt omnes spūsan-
cto ꝛc. Sed obijcitur de littera. Primo em̄ di-
xit ꝙ Nō venit soluere legē aut ꝓphetas. et postea
non repetit nisi legem: et tacet de ꝓphetis: cum di-
cit Non veni soluere legem: sed adimplere. Et q̄-
ritur quare hoc: Et dicendū ꝙ prophetie non ha-
bent nisi ꝓmissiones futuroꝝ: aut significationes
que non implent̄ nisi rei exhibitiōe. Et si sit māda-
toꝝ mentio in aliquo eoꝝ sicut in Ezech.xviij. nō
fit hoc ꝑ modū ꝓphetie: sed ꝑ modū inductionis q̄
ꝓphetia inducit legem. Et quia h̄ de tali impletiōe
nō loquit̄: quia illa nō potest fieri statim: sed de le
gis additiōe: ideo non repetit prophetas. Sequit̄

Amen dico vobis donec trāse-at celū ꝛ terra: iota vnuꝫ aut apex vnus non preteribit a lege donec omnia fiant.

Z Hic ostēdit q̄ꝫ ineuitabile sit quin lex sit implē-
da. Et tangit Quattuor. Primū est Confirmatio
veritatis in deo. Secundū Confirmatio ꝑ confir-
mationē eoꝝ que firmissima sunt inter cetera (al's
creata) corpalia: que mobiliora sunt q̄ꝫ lex ab iple-
tione. Tertium est Q minima legis necesse est im
pleri: innuens ꝙ multo magis magna legis im-
plebunt̄. Quartum est Q vniuersal'r lex implebi-
tur. De Primo dicit [Amen dico vobis] hoc ē
Uere dico vobis. Et est Aduerbiū Confirmandi
Neqꝫ grecum Neqꝫ latinū. sed relictum est hebre
um: sic ꝛ Alleluia: pro reuerentia verbi: ne vilesce-
ret nudatū ꝛ in aliā linguā transfusum. Aliq̄n aūt
ponitur nominaliter pro vero vel veritate: Sicut
Apocal.iij. Hec dicit amē testis fidelis. Hoc est:
verus vel ipsa veritas. Aliquādo ponit̄ verbali-
ter pro fiat. sicut Matth.vj. Libera nos a malo
Amen. hoc est: fiat. Unde ꝟsus
versū Pro vero: vere: pro fiat: dicitur amen.
Cuꝫ ergo dicitur [Amen dico vobis] Idēꝫ est
Acsi dicat̄: Uere vel fideliter dico vobis. Nec vti-
tur christus hac confirmatiōe propter se: sed pro-
pter infirmitatem audientiū: vt sciant deū esse im
mobilem [Donec transeat celum et terra]
Attende ꝙ sicut dicitur Matth.xxiiij. Celum ꝛ
terra transibunt: verba aūt mea non preteribunt.
Transitus autē iste innouatio mundi vocat̄. In
qua Notandū est An mūdus sit innouād9: Quo
innouādus: Ad quā speciē innouādus: Et Utrū
totus innouādus: et Qualiter innouādus: De
Primo scias Q mūdus est innouandus. q2 ne-
cesse est in omnib9 esse conuenientiā habitatoris ꝛ
habitaculi. Unde sicut mūdus melior fuit in prio
statu in quo homo plantis fuisset vegetat9 q̄ꝫ fu-
erit post peccatum propter formā meliorē quā ha
buit habitator mundi ante peccatū: Ita in gloria
resurrectionis propter eandē ꝓportionem necesse
est ꝙ totus mundus induat formā glorie homis
respōdentē. Huius etiam alia causa assignatur in
glo. Rhom.viij. Sup illud Omis creatura inge
miscit ꝛ parturit vsqꝫ adhuc. Ibi em̄ dicit̄ ꝙ pec-
catum homis non solum mutauit naturā homis
sed statum omis creature deteriorauit. Et ideo q̄
aū peccatuꝫ sine labore sua expleuerūt officia: post
peccatū laborem habent in explendo: ex inobediē
tia mobilis ad motores. Et de hoc labore: cum fi
at ordināte deo propter electos: creatura est remu
neranda. Et ita cum glorificatur homo: erit etiaꝫ
mundus modo sibi ꝓportionabili glorificandus.
De hoc aūt ꝙ Secundo q̄rit̄ Quo sit innouan
dus: Dicendū ꝙ cum nihil agat vltra suam speci-
em: non potest hec Innouatio fieri per ignem so-
lū. Sed quia duo sunt termini inter quos est mo
tus innouationis. scꝫ A quo: et Ad quē: erit ignis
disponens (al's deponens) dispositiones ꝯtrarias
innouationi. Creator aūt rerum ꝛ reparator rei ꝑ
propagationem erit de sua luce inducēs formā lu
minis et glorie innouati mundi: sicut ꝛ in corpo-
re homis inferior natura que est angelus: opabi-
tur ad cinerū collectionem: et tamen supior natu-
ra inducet vitam ꝛ gloriam. Si aūt querit̄ Un
ignis habeat hanc formam actionis: Cum omis
scꝫ actio sit a forma: et forma ignis non sit causa
huius purgatiōis. Dicendū Q est Actio ignis
vt nature (al's natura) corpis cuiusdā. et est Actio
ignis vt instrumenti nature superioris mouent̄
et informantis ignem. Actio aūt ignis vt nature
corporis cuiusdā: non est vltra ꝑmissiōem sue for-
me: Nec agit in aliquid nisi quod sue forme com-
municabilē habet materiā ꝛ est transmutabile in
ipsum. Sed Actio ignis vt instrumenti: agit ſm
formā nature que mouet ꝛ informat ipsum. Sic
est videre in calore digestiuo qui agit ſm exigētiaꝫ
anime: et non ſm naturam ignis. Et ideo que ter-
minat (al's nutrit) et digerit: deducit non ad ignē
vel cineres: sed ad spēm aīatoꝝ vt carnis ꝛ ossis:
et huiusmodi. Ita etiam ignis qui p̄cedet faciem
Judicis quo exuret̄ facies mundi: agit ſm virtu-
tem ꝛ formā iusticie vindicantis. Et ideo insequit̄
peccatum ꝛ peccati infectiones tam in mundo q̄ꝫ
in inferno: q̄ꝫ etiam in purgatorio. Licꝫ em̄ anima
et spiritus de natura sua supior sit igne ꝛ omi cor-
pore: nec subijciatur ei vt patiens agenti: nec ha-
beat materiam cōmunicabilē forme ignis: prout
ignis est natura quedaꝫ: Tamen inq̄ꝫtum ignis
agit in virtute iusticie vindicantis: et spiritus ca-
dit a nobilitate nature per peccatū: ignis agit i spi-
ritum ꝛ mundū purgando ꝛ puniendo: sicut di-
ctum est. et sic remouet dispositiōes cōtrarias in-
nouationi. Ex hoc habet̄ ꝙ totus mundus nō
conflagrabitur: lꝫ totus innouetur. Cōflagratio
em̄ nō erit nisi in partibus in quibus infectio est
peccati ex hominuꝫ opere. Et ideo dicit̄ ꝙ tantum
ascendit ignis quantum aque diluuij. Et ꝙ dicit
Pe.ij.cano.iij. ꝙ celi qui nunc sunt: reseruati sūt
igni: et ꝙ elementa calore liquescent: intelligit̄ de
celis inferiorib9 aeris. et elementa liquescent depo
nendo infectiones peccati tam in se q̄ꝫ in elemen-
tatis in quibus cōmixta sunt et deponendo qua-
litates debitas generationi: que est ſm legem pec
cati. et retinendo qualitates debitas glorie quas
habent in conformitate ad celuꝫ. Et ideo q2 aqua
erit continue ꝑspicuitatis et luminis: et similit̄ aer
turbulentus: Ideo dicit̄ ꝙ hec transibūt. quia ce-
li naturam induent. Non amittendo ergo substā-
tiam transibunt: sed amittendo eas quas nūc ha-
bēt qualitates. Licꝫ aūt terra etiam amittat opa
citatem quam nunc habet: et retineat soliditatē: ta
men illa non dicitur non esse. quia supioris corpo
ris celestis proprietatē non omnino induet. Sed
ꝑspicua sicut crystallus innouata dicitur. Simi-
liter intercidet (vt dicit Basili9) flāma: Ut calidū
vstiuum detur inferno: et lucidū ꝑspicuum rema-
neat sup9us. quia hoc congruit innouatiōi. Hec
tamen tria elemēta vt Aer: aqua: et ignis: a diuer-
sis Sanctis dicunt̄ desinere esse: Non q̄dem ſm
substantiam. Sed quia vt dixim9 supioris corpo
ris inducent qualitatem. Sed ex his relinquit̄ ꝙ
celum ꝛ stelle luminosiora efficiuntur q̄ꝫ mō sint.
Quoniā sicut dicit Esa.xxx. lux lune erit stans ple
na sicut lux solis. Et lux solis erit reducta vltra sta-
tum primoꝝ sex dierum quem habuit ante pecca
tum septēpliciter. Et lux trium elementorū erit si-
cut lux celi est nunc: ꝓportionabiliter tamen: min9
scꝫ in aqua: et plus in aere: ꝛ maxie in igne. Et ideo
tunc q̄ntum ad figuram non dicuntur manere ni
si celum nouum ꝛ terra noua Esa.lxv. et Apocal.
xxj. Lꝫ quo ad substantiā omnia maneant simpli
cia corpora. Sol autē et luna sicut dicit̄ Abac.iij.
tunc stabunt in habitaculis suis in quibus crea-
ta sunt. et similiter alie stelle. Et non circūibunt. q2
circūitus est ad statum generationis qui tunc nō
erit. Ad hoc aūt quod vltimo querit̄ Qual'r erit
ista glorificatio siue innouatio: Dicendū ꝙ nequa
q̄ꝫ erit per rarefactionē vt quidaꝫ male opinati sūt
quia multa sequerentur inconueniētia. Quorum
Unum h̄ sufficit nobis ꝙ oporteret ampliari lo-
cum totius mundi vel violenter elementa compri
mi ab aliquo continente ea: quod absurdum est.
Sed erit per sepationem ignobilium qualitatum
a substantia et induitione nobilium Q terra de-
ponat opacitatem: et induat ꝑspicuitatem: et reti-
neat soliditatem. Et Aqua deponat frigiditateꝫ et
fluiditatem: et retenta lympiditate: ꝛ induta lumi
ne: ꝛ sic de alijs. Celū etiam amittat motum ꝛ am
pliori vestiatur lumine: et huiusmodi. Et hec de
innouatione mundi et transitu dicta sint a nobis.
De huiusmodi ergo transitu dicit domin9 [Do
nec transeat celum et terra] Ostendens ine- ꝛ
uitabiliter legem esse implendam [Iota vnum]
Hic innuit ex quo Minima plus habent firmita
tis ſm impletionē q̄ꝫ celum ꝛ terra ꝙ multo ma-
gis implebunt̄ Maxima ꝛ Maiora ꝛ Magna
Tāgendo aūt Minima: tangit Dupliciter. Scilꝫ
ſm substantie quantitatem. et ſm particularum
substantie quantitatem. Sed substantie quanti-
tatem tangit per similitudinē ad iotam sumptam Iota sūptū
Que licꝫ sit littera greca: tamen domin9 nomina-
uit eam: et non Iot litteram hebream: propter sue
figure minimam quantitatem continuam. Et q2
decima est in ordine litterarum grecarum: Que
sui ordinis numeꝝ apud grecos significant a pri-
ma vsqꝫ ad decem. et ideo iota decē significans de-
calogum significat mādatoꝝ. Apex aūt non est lit
tera: sed appunctatio littere superius vel inferi9 fa-
cta. quia mos est hebreis appūctare litteras vt di-
uersa sonent. Sicut sola Aleph per diuersas ap-
punctationes sonat omnes vocales. Et ſm meta-
phoram significat mīmas particulas mandato-
rum quas oēs habet mandatū in ordine ad actū
qui p̄cipitur. Sicut patet quādo aliquis ex odio
vel ira occidit: particula Prima hui9 est Ira. Se-
cunda Maledicta et cōminatiōes. Tertia Insul
tus. Quarta Uerbera. Quinta Occisio. Et adhuc
preter has Cōmotio animi. Et multa alia que oīa
ad preceptum de Non occidendo reducuntur. Et
similiter est in Affirmatiuo p̄cepto Quod est Ho
norare parentes. Particula em̄ est Diligere parē-
tes: Beniuole et Reuerenter alloqui: Assurgere:
Subuenire: et huiusmodi. Et sic facile ē videre in
omnibus. Magnum igitur mādatum est qđ est
de magno. Sicut sunt magna omia que p̄tes ha
bent honestatis et virtutis. Et tanto maiora q̄n
to maiorem rationem habent honestatis ꝛ ꝟtu-
tis. Quia sicut dicit Augustin9 In his que nō mo
le magna sunt: idem est maius esse q̄d melius esse
Maxima autem sunt que maximā attingūt par-
tem et rationem honestatis. Et ideo Que cūqꝫ sūt
in opando opus virtutis: maiora sunt q̄ꝫ illa que
sunt in vitatione sola. Ut actus peccati quod (al's
qui) ſm actum vitari potest sine ꝟtute: et tūc eui-
tat penam legis: sed non consequit̄ ꝑmiū a legisla
tore. Sicut Maius est mandatū Honorare pa
rentes: q̄ꝫ Nō occidere: Uel Nō furari. Et Maxi
mū: qđ est Diligere deū ex toto corde: ꝛ ex tota aīa
et ex oīb9 virib9 Mat.xxij. Hoc est ꝑmiū ꝛ maxi-
mū mandatū. Et similiter: est in legibus munda-
nis maius mandatū de Pugnando pro liberta-
te patrie q̄ꝫ Non furari: Uel Non mechari. Quia
Illud habet honoris magni premium. Ista autē
non habent nisi pene euitationē. Sicut dicitur
Nō furtū facies: nō pasces in cruce coruos.
Parua igit̄ mādata ista: q̄ impleri nēc ē ꝑ gratiā
chri: ꝑ iota sigficant̄. Per apicē āt sigficant̄ mini-
me p̄ticl'e sicut dictum est que ad eadem manda-
ta antecedenter vl' concomitāter vl' ꝯn̄r reducunt̄
Sicut in Non mechaberis est: Nō cōptū ꝛ politū

esse. Non oculos figere. Non domū frequentare dilecte. Non iocari. Non loqui. Nō tonsorem diligere. Nō scapulas molliter gestare. Nō cōposito gradu incedere: vt dicit Ciprian⁹: et hmōi. Hec enim oīa parua sunt respectu vltimi sup q̄d cadit mādatū vel p̄ceptū. Licȝ difficili⁹ ꝛ ꝑ fortius ꝛ maioris gr̄e sit ea obseruare: q̄ȝ id sup quod cadit preceptū: qꝛ difficili⁹ est nō irasci q̄ȝ nō occidere. quia ꝑ se occidere horret hō: Sed irasci ita cōplantatū est in natura q̄ vix euitari potest. Et in his tn̄ mimis tollit via ad maiora in ꝓhibitōibꝫ. Et in affirmatiuis p̄parat via ad maiora. qꝛ Qui nō irascit: non occidit ex ira. Et Qui beniuolentiā habet ad parētes: etiā facile subuenit ī necessitate. Hec igit mīma sunt ī genere opeꝝ p̄ceptoꝝ vel ꝓhibitoꝝ: sed maxima in obs̄uatiōe. ꝛ ideo maximi meriti sꝫ obs̄uantibꝫ: ꝛ minimi peccati in trāsgredientibus Et hoc ꝯtingit: qꝛ quāto difficili⁹ aliq̄d vitat: tāto minus est peccatū si cōmittit: ꝛ mai⁹ est meritū si vitat. Et ideo chr̄s dans legem ꝑfectōis que ad ꝑfectū deducit: has ꝑticulas q̄si apices p̄ceptorum apponit. Et hec est expositio Chrys. ꝛ lr̄alis. Hoc igit modo [Iota vnū aut vnus apex nō preteribit a lege.] Esa. x. Cōsummatōeȝ ꝛ abbreuiatōem faciet dn̄s: qꝛ cōsūmatio abbreuiata inundabit iusticiā. Esa. lv. Uerbū quod egredit de ore meo nō reuertet ad me vacuū: sed faciet quecūqȝ volui ꝛ prosꝑabitur in his ad q̄s misi illud [Donec omnia fiant] Ecce Generalitas impletōis Aut eni omnia impleri necesse est. Aut non valet ad salutem q̄ aliqua implent. licet valeat ad minorē penam. Jaco. ij. Qui offendit in vno fact⁹ est omniū reus.

Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis mimis: et docuerit sic homines: minimus vocabit in regno celorū. Qui aūt fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celorum.

2 Hic simul ondit Qualiter ꝛ In quibꝫ: ꝛ Quo merito soluunt ꝛ implent q̄ dixit. Et tangit Duo. Soluētes ꝛ Implētes. De Soluētibꝫ dicit Duo Solutionē in ope. ꝛ Propagatōeȝ solutōis ī alterū ꝑ doctrinā. De Solutōe dic [Qui ergo soluerit] Tria tāgit. Solutōeȝ. ꝛ Quid soluit. ꝛ In q̄ soluit: seu q̄ demerito. De Solutōe dr [Qui ḡ soluerit] Scdȝ supi⁹ dicta Soluere ē vinculuȝ legis nō attēdere. ꝛ se a vinculo leg̃ enodare. ꝛ sic omittere vel trāsgredi. Cōtra qd̄ dr Eccl̄i. vj. Erūt tibi cōpedes leg̃ vel sapiētie in ꝓtectōeȝ fortitudinis ꝛ in bases virtut̃ [vnū] Ecce Quid soluitur. mandatū [vnū] scȝ ex cui⁹ solutōne labefactat tota vt⁹ gr̄e. qꝛ Mat. vj. ꝛ. ij. Coꝛ. vj. dr Q̄ nō ē cōuentio chr̄i ad belial. Et ideo nō pōt homo esse iustus in vno. ꝛ in alio iniust⁹. qꝛ filij Job ꝯuiuant ꝛ vocāt sil' sorores: eo q̄ dona ꝛ vtutes sil' esse volūt: vt sibi oēs assint vl' oēs desint [De mādatis istis mīmis] Ecce In quo soluitur. qꝛ In vno minimo de mandatis Que sunt minima quidem in genere illius actus sup quem cadit preceptū: et mīma in reatu soluentis: sed maxima in ꝑfectōe et merito obseruantium: sicut dictum est Eccl̄i. xix Qui modica spernit paulatim decidit. Apoca. iij. Modicam habes vtutē et seruasti verbū meum: et nō negasti nomē meū. Modica dr virtus: non quantitate: sedqꝛ est circa modica seruanda. Lu. xvj Qui infidelis est in modico: et etiaȝ in magno infidelis erit [Et docuerit sic hoīes] Uidetur notare Tres ordines soluentiū. Soluētē scȝ et nō docentē cuius peccatū est occultum. et Soluentē et docentē exemplo vel verbo: cuius peccatū ē manifestum. Et Docentē et nō soluētem Qui ea q̄ nō intelligit depravat: heresim docendo aliū. Et Primū q̄dem tetigit in p̄cedentibꝫ. Duos aūt sil' tangit h̄ quando dr [Et docuerit sic homīes] exēplo prauo vl' viciosa doctrina: qui malū quod est in se: deriuat in aliuȝ. Contra quod dr Ezech. xliiij Sufficiant vobis peccata vestra domus Israel. j Reg. ij. Erat ergo pctm̄ pueroꝝ grande: quia retrahebant homines a sacrificio dei [minim⁹ vocabitur in regno celorum] Ecce Quo demerito soluit. Et est locutio Duplex ex hoc: q̄ h̄ q̄ dico [i regno ce.] pōt determinare h̄ q̄ dico [minim⁹] Ul' hoc q̄ dico [vocabit] Etsi Prio mō accipit: tunc intelligit de his qui soluūt minimas particulas p̄ceptoꝝ ꝛ nō docent nisi per exemplū Illi quia peccant ex infirmitate vel negligētia circa minima p̄ceptoꝝ: venialiter peccant: et edificāt ligna: fenum: stipulam. Et fm iusticiā regni celorum ꝛ leges ꝛ mandata. sunt minimi in regno: tn̄ manentes ꝛ merito fundamenti saluandi ꝑ igneȝ. Sicut dicit. j. Coꝝ. iij. Si aūt Scdo mō fiat determinatio: tunc peccātes in minimis: nō particulis: sed ipsis substantijs mandatoꝝ: ab his qui ꝑ iusticiā sunt ꝛ per meritū: in regno celorū vocant minimi. Quia nō cōnumerant his q̄ sūt in regno nisi numero: ꝛ non merito. Tūc em̄ Maximi sūt qui sunt in regno: obseruatione Consilioꝝ ꝛ Preceptoꝝ ꝛ superogationū. Maiores q̄ obseruatōe p̄ceptoꝝ et consiliorū. Magni q̄ obseruatiōe p̄ceptoꝝ. Et Minimi qui non nisi fide informi cōnumerant. Uel dicat q̄ Minimi fm glo. sunt nulli. quia oēs magni sunt qui sunt in regno. Abd. Ecce paruulū dedi te in gentibus cōtemptibilis tu es valde. fm p̄mam expositionē que Chrysostomi Cōcordātia. j. Coꝝ. xiij. Cum essem paruulus loquebar vt paruulus: cogitabā vt paruulus: sapiebam vt paruulus ꝛc. Hebꝛ. v. Oīs qui lact̃ est particeps: expers est sermonis iusticie: paruul⁹ em̄ est [Qui aūt fecerit et docuerit] Ecce iteruȝ Tres simul innuit ordines hominū. Faciētes scȝ et docentes. Et Facientes et nō docentes vbo sed exēplo. Et Docentes ꝛ non facientes. Sed isti nō sunt magni. quia os suum eos esse prauos comprobat. Lu. xix. Ex ore tuo te iudico serue nequaȝ. Premittit aūt facere et subinfert docere. q̄a in oībus moralibus non venit ad doctrinam nisi per op⁹. Act. j. Cepit iesus facere ꝛ doce. Lu. xxiiij. Fuit vir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo [hic magnus vocabit in regno celorum] qꝛ sicut diximus supra: facere

minima: magne est virtutis. Job. j. Erat vir ille magnus inter omnes orientales. j. Machab. ij. Cum feceritis que vobis p̄cepta sunt in lege a domino deo vestro: in ipsa gloriosi eritis.

Dico autē vobis: quia nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄ scribarum ꝛ phariseoꝝ: nō intrabitis in regnum celorum.

A.2 Hic in isto Tertio ꝑagrapho in cōparatōne ad non implentes minima: ostendit legem esse implēdā. Tangit aūt Tria. Primo em̄ dicit Confirmationem: cum dicit [Dico aūt vobis] Q. d. Ego veritas dico vobis qui non mentiri possum. Nume. xxiij. Nō est deus vt homo vt mentiat [Nisi abūdauerit iusticia vestra ꝛc.] Ecce Secundum In quo fit cōparatio ad eos qui minima legis soluerunt: et nō nisi magna impleuerūt: Putātes q̄ lex cohiberet manū: Non animū. Erat autē iusticia phariseoꝝ In obseruādo magna et nō parua: Et In apparētia hoīm: Et In obseruatiōe traditionum plus q̄ȝ mandatoꝝ dei: et In intentione terrenorum. Et hec omnia manifeste accipiuntur Matth. xxiij. vbi loquit de phariseis. Iusticia autem scribaꝝ erat in magna ꝓhetia legis: et parum in opere. Lu. xj. Ue vobis scribe qui tulistis clauem sciencie: nec ipi intratis: nec alios intrare ꝑmittitis. In multis tamē conueniebant cū phariseis. Sed amborum erat intencio: minima negligere: et magna facere fm doctrinam scribaꝝ Que fuit Q̄ lex animū non cohiberet: sed manuȝ Et hoc plus est q̄ȝ scribaꝝ et phariseorum [Non intrabitis in regnum celorum] Et attende q̄ Aliud est Esse vel non esse in regno celorum Et Aliud Intrare vel non intrare in regnū celoꝝ: fm Chrysost. quia Esse vl' non esse in regno: est fm meritū vel demeritum stans quietuȝ. Intrare aūt est continuis ꝓfectibus ꝓficisci. Et ideo intrat qui per minimoꝝ obseruantiā continue ꝓficit ad ꝑfectum Matth. xxv. Intra in gaudiū dn̄i tui. Hiere. lj. Uenite et nolite stare: recordamini ꝓcul domini: et hierusalem ascendat super cor vestrū. Hi ergo qui legem factorum tm̄ implent: nō intrant. sed stant in cohibitione manus et non ꝓficiscūtur ad supationem passionū cordis: sicut faciunt qui minima obseruant. Et hoc est qd̄ dicere intēdit

Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: Qui autē occiderit: reus erit iudicio.

Hic fm doctrinam p̄cedentem incipit implere legem. Et diuiditur in duas ptes fm ea que sunt in lege. Quedam sunt in lege sicut materia legis Et Quedam sicut forma. Et de Impletione forme legis tangit in secunda parte: Ibi [Audist̃ q̄a dictum est: Diliges amicum tuum] Adhuc autē precedēs pars diuiditur in Duas partes fm duo que vt operanda in lege precipiūt Que sunt Moralia et Judicialia. Cerimonialia em̄ significandi habent vsum et Sacramentalia. Promissa autē in christo sunt exhibita ꝛ non proposita ad operandum. Sicut patet ex premissis. Primo ergo agit de Impletione Moraliū. et Secundo de Impletione Judicialiū: Ibi [Audistis quia dictum est: oculum pro oculo ꝛc.] Prior autē harum partiū in qua agit de Impletione moraliū: diuiditur fm Id quod est in operibus: et fm Id quod est ī verbis de mandatis moralibus. In Prima em̄ agit de Impletione eorū que sunt in opere. et In Secunda de Impletione eorum que sunt in verbis: Ibi [Iterum audist̃ quia dictum est antiq̄s: Nō peierabis] Sed tunc Incidit Questio Cū que- B.2
dam moraliū etiam sint in cōcupiscētia: sicut duo vltima que enumerant Exod. xx. Quare non agit de illis: Et dicendū ad hoc q̄ illa in noua lege adiunguntur impletiones ad ea que sunt in fact̃ et sunt apices adiuncti fm supra dicta. Etsi querat: Quare hoc etiam non factū est in lege veteri: Dicendum q̄ hoc factum est ꝓpter carnalem intellectum illoruȝ antiquoꝝ. Inter quos licȝ quidam fuerint sp̄uales: tamē cōmunitas cui lex dabatur carnalis fuit: et non putabant concupiscentiā esse ꝓhibitam nisi lex diceret: Non cōcupisces. Rhoma. vij. Nam concupiscentiā nesciebā nisi lex diceret Non cōcupisces. Et cum toto hoc putabāt nō esse ꝓhibitam cōcupiam nisi eam que manifestat in signis exterioribꝫ. Et ideo etiam in impletiōe legis christus remouet et signum: exterius ꝛ interi⁹ passionem. Prior autē partium inductaꝝ diuiditur in Duas. In quarum Prima Implet ꝓhibitionem que est contra nocumētū christi in substātia indiuidui. In Secunda Implet prohibitionē que est contra nocumētū proximi in adiutorio sibi adiuncto ad salutem speciei: Ibi [Audistis q̄a dictum est antiquis: Nō mechaberis] Incidit autem Questio Cum adhuc sit vna prohibitio in opere de nocumēto proximi in bonis fortune que data sunt nature ad sustentationem: Quare de illa nullam facit mentionem. Et dicendum q̄ non oportuit. quia ordinata dilectiōe proximi: que ꝑtinet ad formā preceptorum: sufficienter ordinata ē ꝓhibitio illa. Non aūt sic est de Ira. quia etiā posito ordine dilectiōis remanet ira nobis connaturalis: et aliq̄ndo rationabilis. Et ideo illam oportuit specialiter ordinari. Posito autē ordine charitatis: sublatus est omnino appetitus dāni proximi. Et ideo non oportuit de ipso specialem fieri ordinatiōem. Uel dicatur melius q̄ damnū Dupliciter infertur proximo. Aut em̄ infertur ei: ex cōcupiscentia rerum quas habet. Aut ex maliuolentia. Si ex cupiditate rerum: tunc ordinatur in ordine mandati de dilectione proximi. Si autem ex maliuolentia: tunc ordinatur quando ordinatur ira q̄ circūstat nocumentum persone proximi. Q̄ autem ordinat concupiscentia venereorum: Ido est: quia delectatio illa cōtemporanea est vite et maxime adherentie et trahit ad eam: non tm̄ corruptio nature: sed etiam infectio obiecti quod profunde inficit. Et ideo speciali indiget ordinatione. Sed tunc obijcitur Quare non loquitur de Impletione primi mandati de secunda tabula: quod est: Honora parentes. Et dicendum q̄ ad hoc inclinat natura: Et nature ordinem perficit

gratia.et ideo cum natura assit z charitas h ordi-
netur: Non oportuit de hoc fieri ordinem specia-
lem Si aūt queritur Quare non facit mentio-
nem de Primo z de Tertio mādato p̄me tabule.
Dicendū q illa mādata sunt in deū q̄ ad verita-
tē: p̄mū. z quo ad bonitatē: tertiū. Quorū modº
semp fuit sine modo i oīni lege. Credidit semp fi-
des in deū ꝓpter se: z sup oīa: z quies cordis et
sabbatū semp fuit i deo ꝓpt se z sup oīa. Et ideo ñ
habēt hmōi gradº mimoꝝ (al's minoꝝ) z magno
rū sicut alia. Ista eni sunt p̄ma z maxima māda-
ta sicut diximº in aū habitis. Et ideo tali nō indi
gent impletōe. Mediū autē cū illo simul ordinaꝛ
qd est. Nō falsū testimoniū dices: quia ꝯiūcta sūt
in materia sicut in seq̄ntibus patebit. Ordo autē
istarū impletionū est ꝫm ordinē p̄ceptorū siue ꝓ-
hibitionū q̄ ordinanꝛ ꝫm q sunt remotiue maio-
rum nocumentorū. Diciꝛ igiꝛ. [Audistis qz
dictū est antiquis] z c̄. Istud autē mandatuz
cū sua impletōe diuidiꝛ in Duas partes. In qua-
rū Prima dicit Id qd implendū z ordinandū est
Et in Secūda ponit impletōis ordinē. Ibi [Ego
autem dico vob z c̄.] Circa Primum dicit Tria.
Quoꝝ Primū est Quibꝫ datū est. Scōm Pro-
hibitio facta. Tertiū Pena trāsgrediētiū. De Pri
mo dic̄. [Audistis qz dictū est antiq̄s] Duo
tāgit. Auditū leg. z Quibꝫ est data. Attēde q Au
ditus est Triplex. Rei ipiº. z Dei: z Referētē. Rei
auditus est: qz ipa res p sui naturaz aliq̄d loquiꝛ
Sicut faciūt ipa moralia que ipa sua natura oēs
hoīes alloquunꝛ. Sicut Ois hō ex ipa natura au
dit Nō esse occidendū. Non esse mechandū. Non
esse furandū z hmōi. Et hoc significatū est Exodi
xx. Ubi diciꝛ q cūctº populº audiebat voces qñ
dñs dedit decalogū: Quod nō diciꝛ quādo dedit
alia p̄cepta Judicialia z Cerimonialia: quia illa
non ita ex ipis rebus loquūtur ad rationē. Deus
autē auditur in his. Exo.xx. De celo locutus sum
vobis. Psal.xlix. Deº deoꝝ dñs locutus est. Re-
ferentes etiaz patres locuti sunt filijs. Ps̄. lxxvij.
Quanta mādauit patribꝫ nostr nota facere ea fi-
lijs suis vt cognoscat generatio altera [Audistis
quia dictū est antiquis] hoc ē: antiquo z car-
nali populo. Nouū eni est qd q̄ztum ad suū p̄nci-
piū est ꝓpinquū. z Antiquū est qd lōgitudine dis-
similitudis potiº q̄z tpis a suo principio est remo-
tū. Populus ergo carnalis damnatº sub pecca
to antiquº est qui nō sustinebat aliud audire: qz
ceciderat a similitudīe sui principij in quo fuit cre
atus ad imaginē z similitudinē dei. Baruch. iij.
Inueterasti in terra aliena: coinq̄natº es cū mor-
tuis. Deputatº es cū descēdentibꝫ in infernuz: de-
reliquisti fontē sapientie. Heb. viij. Quod antiq̄-
tur z senescit ꝓpe interitū ē [Non occides] Hoc
est igitur quod dictum est antiquo populo q̄ non
recipit ꝓhibitiones nisi eorum que per se horret
natura. quia Lex de se et in sacramētis: implendi
non cōferebat gratiā gratūfacientem. Et ideo si a-
liquid vltra naturā prohibitū fuisset: gratiam im
plendi nō habuissent antiqui: ex sacramentis leg
Propter quod diciꝛ Hebre.ix. Habuit quidem
prius iustificatōes culture: z sāctū seculare. Hoc
est vt dicit Glosa: iustificatōes carnales pro mo-
do culture carnalis. Et hoc est Secundum quod
dicit. Et habet Duo in se. Prohibitionē: z Cōmi
nationē. Et Prohibitio quidem est que dicta est.
Exo.xx. Cōminatio aūt est quam infert [Qui au
tem occiderit reus erit iudicio] Hoc est: vt
iudicio legis puniaꝛ post q̄z inuentum est. Exo.xxi
Si mors fuerit subsecuta reddet aniam pro ania
Matth.xxvj. Qui gladiū accepit: gladio peribit.
Sic igitur non ꝓhibebaꝛ nisi horrendū p se flagi
tium homicidij.

Ego autē dico vobis: quia oīs qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio.

Impletio incipit h. Et dicit Duo. Auditum im-
pletionis. et Ipsam impletionem. Circa Auditū
dicit Duo. Dicentē. z Audientē. Dicentem tangit
cū dicit [Ego aūt] qui noui testamenti sum me-
diator Hebre.ix. Ideo noui testamēti mediator
est vt morte intercedente in redemptōem p̄uarica-
tionū que erant sub priori testamēto repromissio-
nem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis
[Ego] inquam per quem gratia z veritas facta D. z
est [dico vobis] nouat auditoribꝫ qui ad ꝓpin-
quitatem reducti estis p̄ncipij. Eph.ij. Qui fuist
longe facti estis prope. Unde Sup.iij. Appropin
quabit em̄ regnum celorū [quia omnis q̄ ira-
scitur] Hic Incipit Impletio. Attende igiꝛ quia
omnis legislator intendit eum cui dat legem pro-
ducere ad legislatoris intentionē. Est aūt intentio
legislatoris Duplex in cōmunitate. Una: est Bea
titudo pac in statu reipublice. Altera: est pax exte
rior ad minus vt non turbeꝛ qui studet laudabi-
libus studijs. Primā intentionem nō consequiꝛ
nisi faciat eos quibus legem dat interioris lege i-
formatos: vt ipsi sibi sint lex: etiamsi nemo pone-
ret legem. Sicut et ipse legislator lex est viua siue
animata. Aliam aūt intentionē consequiꝛ per pe-
nas vt per cruces et taliones. quia illi qui nō sūt
informati iusticia legis: turbarent pietatem z iu-
stitiā colentes: nisi essent cruces et taliones et alia
genera tormentorū. Sic igitur implens legez ꝫm
intentiōem legislatoris primam: Supiustus vo-
catur ab Aristotele.v. Ethicoꝝ: qui grece dicitur
epieikes. Et hoc modo noster legifer implet legē:
quando nos informat ꝫm formam legislatoris vt
simus nosipsi nobis lex: tendendo ad honestū le-
gis per conscientie informationem. Rhomañ.ij.
Ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis sc̄ptū
in cordibus eorum. Hebre. viij. Et Hierem.xxxj.
Dabo leges meas in visceribus eorum: et in cor-
dibus eorum supscribam eas. Et hoc quidē fa-
cit in Ira h specialiter. Unō ad hec Tria exiguꝛ
et ꝫm hoc in Tria diuiditur pars ista. Primū q̄-
dem est eductio: a nobis: dispositionis contrarie.
que non ꝑmittit nos lege informari de non nocen
do proximo. Et hoc facit in Prima parte. Secun
dum autem est Cum proximo ex animo facta re-
cōciliatio. Et hoc facit Ibi [Si ḡ offers] Tertiuz
aūt est Informatio amicicie ad oīmodū ꝯsensū. Et

hunc docet ibi [Esto consentiēs aduersario] Quo
facto ipsa conscientia in modum nature tendit ad
non nocēdum proximo ex virtute amicicie. Circa
Primū igitur: Primo inducit hoc q̄d facit ad ire
exclusionem. quia Ira est passio z cōmotio animi
per quam ꝓcuratur nocumentū proximi. Et circa
hoc dicit Tria in gradibus ire. Et Tria in gradi-
bus pene. Si em̄ ira sit in corde tm̄: cōmotio ani-
mi ad nocendū mereꝛ iudicium. Si aūt cum hoc
ꝓcedat exterius ad indignationis z nocumēti si-
gnum: sine conuicio et nocumento: mereꝛ concili-
um. Si aūt ꝓcedat extra ad conuiciū: cum prece-
dente cōmotione animi: et cum indignatiōis z no-
cumenti signo: meretur gehennam. Per Judiciū
aūt et Consilium z Gehennaz: gradus notantur
penarū. Quia In Judicio discussio fit: an pena vl
absolutiōe dignus sit: et cum pena queriꝛ: ad red
dendam rōnem sistiꝛ.ij. Corinth.v. Omnes ma-
nifestari nos oportet ante christi tribunal: vt refe-
rat vnusquisq ꝓpria corporis prout gessit. Consi
lium aūt siue concilium ꝫm aliam lr̄am est quan-
do iam constat de pena merita: et deliberaꝛ ex con
silio qua z quanta pena feriatur. Et hoc fit quan
do conuictus de peccato penam expectat. Sed ge-
henna est acerba et inflicta a iudice pena: quando
iā de crimine mortali conuictus est. Prima igi
tur duo simul tangens: dicit [Omnis qui ira-
scitur z c̄.] Et tangit Tria. Passionē ire. et Cau-
sam. et Penam. Passionem ire tangit: cum dicit
[Omnis qui irasciꝛ] Est āt Duplex ira. Pro-
passio. et Passio. Et similiter est in alijs generibꝫ
passionum. Propassio diciꝛ quasi ꝓpassio: pri-
mus instinctus passionis: qui est subitus animi
motus deliberationē z molitionē p̄ueniens nocu
menti. Et hic est primus motus qui etiam in san-
ctis surgit: sed non puniꝛ aliqua pena. quia mini-
ma est differētia venialis peccati: sicut supra dixi-
mus Ubi locuti sumus de p̄mis motibus. Ira
autem passio est de tertia specie qualitat Que est
passio z passibilis qualitas ꝫm quā quales dici-
mur z informamur z mutamur. et hic est nō sub-
itus: sed deliberatus animi motus ad nocendum
cum molitione z consensu nocumenti. Sicut dic̄
glosa Jaco.j. Ira viri iusticiam dei non operatur
Prouerb.xv. Uir iracūdus ꝓuocat rixas. Pro-
uerb.xxvj. Sicut carbones ad prunas z ligna ad
ignem: sic homo iracūdus suscitat rixas [fratri
suo] Ecce Secundū In quo tangit causam rixe
que vocatur Ira p vicium. Est em̄ Ira per zelum
Et est Ira per vicium. Ira per zelum est cōturba-
tio et cōmotio animi contra vicium quod videt in
ꝑsona impedire iusticiā dei. Et hec ira est mater di
scipline. Nume.xxv. Phinees filius Eleazari filij
Aaron sacerdotis auertit iram meaz a filijs israel.
quia zelo meo cōmotus est contra eos: vt non ip̄e
delerem filios israel in zelo meo.j. Macha.ij. Ui-
dit Matathias z doluit et contremuerunt renes
eius: et accensus est furor eius ꝫm iudicium leg:
et insiliens trucidauit illum sup aram. Ps̄.lxviij
Zelus domus tue comedit me. Ira aūt per viciū
cōmotio est animi: q̄ quis molitur nocumentum
fratri non propter viciū quod est in eo. Et iō talis
irascitur nature: non vicio. Frater autez h dicitur
omnis coniunctus religione z cōformitate natu-
re. Et Religione coniunctus dicitur actu vel potē
tia. quia lz non sit actu christianus: tamen potest
fieri per gratiam quam forte sibi dabit dominus
Malach.ij. Nunquid non pater est vnus omniū
nostrum: Nunq̄d non deus vnus creauit nos:
Quare ergo despicit vnusquisq vestrū fratrē suū
violans pactum patruz nostrorū: Sic igitur qui
nullam causam ire habet: irascitur fratri. Et ideo
Chrys. in omnibus istis sermonibꝫ dicit esse sup-
plēdum: sine causa: Ut dicaꝛ Qui irasciꝛ fratri suo
sine causa. Et q̄ dixerit racha sine causa. Et q̄ dixe-
rit fatue sine causa. Si em̄ hec cum causa dixerit:
non peccat: sed corrigit. Etsi sine causa fecerit: tunc
vere fratri z non peccato irasciꝛ vel indignatur.
Sed videtur hoc incōueniens. quia Irasci vicio
est Prelati: h aūt loquiꝛ dominus generaliter de
omnibꝫ. Et ad hoc dicendū Q est Correctio cha-
ritat Que Fraterna dicitur Et hec est omniū ad
omnes. Et hec indignaꝛ vicio. Et est Correctio ex
autoritate que citat et conuenit et cogit per censu-
ram ecclesiasticam. Et hec etiam cōmoueꝛ p iram
per zelum. Et hec etiamsi modum excessisse se sen-
tit (vt dicit Augustinº in Regula) non tamen ab
eo exigitur vt a sibi subditis veniam petat: Ne dū
nimium seruatur humilitas: regendi frangaꝛ au-
toritas. Sed in Correctione fraterna: si corrigens
modum excesserit: veniam petere debet: vt sibi di-
mittat cui se fecisse sentit iniuriam. Et in illa ira per
zelum: nō fit correctio siue ammonitio: nisi p̄suma
tur ꝓbabiliter correctio. Si aūt hoc non p̄sumiꝛ:
tunc āmonendo: non nisi conturbationē faceret. z
tunc quiescit z mala gemēdo tolerat que corrige-
re non valet. Et hec est sententia Bede z Hiero-
nymi [reus erit iudicio] Hoc est discussiōe iu-
dicij In qua de errato tenetur reddere rationē. Et
hec non mirum: quia dictum est q hec ira lz sit in
corde: tamē est deliberata cōmotio animi cum cō-
sensu in nocumentum fratris si potest: etsi nō as-
sit facultas: tamen completa non deest voluntas.
Et cuz dicitur Nocumētū proximi: intelligiꝛ: gra-
ue corporis vel rerum vel honorum dispendium.
quia Paruū nocumētū esse non reputatur. Mi-
chee.vj. Surge et contēde iudicio aduersus mon-
tes. Jaco.ij. Judicium sine misericordia fiet his q̄
non fecerint misericordiam.

Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit cōcilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis.

Ecce Secundū In quo Duo facit. Tāgit Gra
dum ire: et Gradum pene. Gradum aūt ire tāgit
Dupliciter. Ex parte irati. et Ex parte cause eius
cui irascitur. Ex parte irati dicit [Qui dixerit] ex
cōmotione animi [racha] Augustinº dc̄ q Ra-
cha verbum hebreum est Interiectio indignantis
et nullius rei significatio nisi indignationis. Et
tunc est iste gradus ire quando aliquis cōmotio-
nem animi deliberatā cum molimie nocumēti ꝓ-

tert in sonum confusum nihil impij(al's imprope
rij) inferentē fratri.sed tm̄ idignatiōez suā ostēdēte
Sicut fit qn̄ clamore cōfuso pferimus animi cō/
motionē.Et hec est indignatio canis latrātis qui
latrādo nō facit nisi suā irā ostendere. Racha aūt
ḟm alios dicit̄ vbum hebreū:qd̄ interp̄tat̄ cenos:
hoc ē:vacu⁹:qd̄ est excerebrat⁹:qd̄ est vbū magne
ꝯtumelie dicere fratri qui spūsancto est plen⁹. Sz
tn̄ nō sonat aliqd̄ crimē in fratre cōmissum:Et id
est signū indignatōis cū ꝯtumelia sine crimis im
positōe. Job.xviij .Quid pdis aniam tuā in fu/
rore tuo. Prouer.xviij. Spm̄ ad irascēdū facilez
qs poterit sustinere:[re⁹ erit cōcilio.et (al's vl')
ꝯsilio] Ecce Pena grauior ꝙ̄ pcedēs .Cōciliū ē cō
uentio ꝯsiliariorū.Cōsiliū est autē diffinitio q̄ et
q̄nta pena dignus sit quē ꝯstat peccasse.Et est sen
sus. Jta reus erit:z(al'as ꝙ)cū tremore sustinebit
penā a senatu celi diffinitā. Esa.iij. Dn̄s ad iudiciū
veniet cū senatorib⁹ pp̄li sui. Mat.xix. Sedebitꝭ
z vos sup sedes duodeci iudi. zc̄.Hec autē duo p
dicta d't Chrys .exposita i synodo aplorū. vt cū d'r
[Reus erit iudicio]hoc est:ita reus erit sic illi
qui astiterūt iudicio qn̄ q̄rebat̄ causa cōtra dn̄m.
Quia irascēs sine causa fratri:q̄rit falsam causaz
cōtra mēbrū chr̄i:sicut illi q̄sierūt causam ꝯ chr̄m.
[Et reus erit cōsilio] hoc est:Jta reus erit sic
illi q̄ dederūt consiliū cōtra christū. Quia z indi/
gnationē pferēs cōtra frēm sine causa q̄rit iā ꝯsili
um apud se:q̄liter in mēbrū chr̄i pferat nocumen
ta. Et hoc inuenit̄ in antiquis libris quorūdā ce/
nobiorū: i qb⁹ Cōciliū scribit̄ aplorū: Jn qb⁹ etiā
pl'a dicta aploꝝ inueniūtur. Sic ꝙ Thomas di
xerit padisum ad lunarē globum attingere. Et ꝙ
Bartholome⁹ dixit euāgeliū esse longū z breue.
G 2 Et hoc Ego iā legi sed nō sunt autētica [Qui au
tē dixerit] Ecce Tertiū.Et diuidit̄ ad modum
p̄missorū in Culpā et Penā.Culpa autē tangitur
cū dicit̄[Qui dixerit fatue]Supple fratri ira
scēdo sine causa:nō vicio.Et hoc est .qui z aīo(al's
oino)cōmotus est cū deliberatōe z molimine no/
cumēti.z indignatōem extra cū ꝯtumelia ostēdit.
z crimen fratri imponit.Non enī modic⁹ furor ē
quē de⁹ sale sapiētie cōdiuit infatuatū dicere z sal
lieti deo derogare:vt dicit Glo.Fatuus enī dicit̄
qui ex destituto regimine ratiōis :sapore caret bo
norum morum.Et hoc est impositio magni crimi
nis:cum cōpleta voluntate nocēdi. Job.v. Uiruz
stultum interficit iracūdia. Job.xxxvj.Non te su/
peret iracundia tua vt aliquē opprimas. Prouer
biorū.xxvij. Jra nō habet misericordiā:neqꝫ erū/
pens furor:et impetum concitati spiritus ferre
qs poterit:[reus erit gehenne ignis]zc̄.Ec/
ce Pena. Et Duo tangit.Locum: et Genus tor/
menti.[Locum cum dicit[gehenne]Gen⁹ tor/
menti cum dicit[ignis] Esa.l.Ambulate in lu/
mine ignis vestri.et in flāmis quas succēdistis vo
bis.Hoc dicit̄ his qui succensi sunt flammis ire.
Deutero.xxxij. Jgnis succēsus est in furore meo.
z ardebit vsqꝫ ad inferni nouissima.Sic ḡ Quat/
tuor sūt in ira. Unū dictū antiquis quod est illa/
tio nocumēti per opus. Et Tria addita nouo po/
pulo. Quoꝝ maius est:in Uoce improperiū dicē
te.Mediū in Signo indignatiōis sine ꝯuicio.et
Tertiū deliberata cū Uolūtate nocendi cōmotio
animi interior. Ex quib⁹ quattuor.componit̄ pfe
ctum ire peccatum.

Si ergo offers munus tuuz ad altare.

Ecce Secunda pars illius impletionis. Jn q̄ H 2
post exclusam iram que non pmittebat agere bo/
num proximi:suadet reconciliari.Est aūt Recon/
ciliatio iterata conciliatio eorum qui ex ira diuisi
fuerunt. Dicit autē h̄ Quattuor. Jn quorū Pri/
mo tangit deo dignum cultum in oblatione mu/
neris.Secundo Hunc tādignum cultū odio fra/
tris dicit inacceptabilē fieri. Tertio: Docet recon/
ciliari ex quo odium tantū apud deum habet no/
cumentū. Quarto z vltimo probat amicicia3 deo
gratam ex hoc ꝙ tunc pbat acceptando mun⁹ ob/
latū Et hec patent per ordinem in littera. De Pri
mo aūt dicit[Si ergo]Et tāgit circa hoc Sex.
Per coniunctionē em̄ rationalē vl' illatiuā quam
ponit notat illationē hui⁹ ex premissis. Quasi di/
cat:Ergo si vis scire quantum nocumentū ira fra
tris apud deū habeat:considera in oblatione mu/
nerum.quia Eccl.xxxiiij.Dona iniquoꝝ non pro/
bat altissimus.Considera hoc in eo qui iram fra/
tris moliebat̄ in corde:Cain dico: ad cuius mu/
nera deus nō aspexit Genes.iiij. Et hoc est qd̄ di/
cit[ergo]rationabiliter ex p̄missis inferēdo. Per
hoc autem ꝙ condicionalē cōiunctionē ponit:no
tat ꝙ oblatio debet esse voluntaria . Uouere em̄
est voluntatis:z Redere necessitatis.ij. Corinth.
ix.Non ex tristicia aut ex necessitate.hilarē em̄ da/
torem diligit deus. Exodi.xxxv. Sepate apd̄ vos
p̄mitias dn̄o:omnis volūtarius z prompto ani/
mo offerat eas domino.j. Paral'.vlt.. Populum
qui repertus est vidi cum ingenti gaudio offerre
tibi munera dn̄e deus israel custodi hanc volun/
tatē.Hoc est ergo qd̄ dicit[Si offers]Ecce Di/
catio muneris deo.Oblatio em̄ deo vouetur et di
catur.j. Paral'.vlti. Letus obtuli vniuersa. Esa.
vj.Offerentur super placabili altari meo:et domū
maiestatis mee glorificabo. Et hoc ergo est Ter/
tium [munus] Ecce Quartū:Ualor. Magno
enim regi non offertur munus:nisi nobile sit z va
leat.Malach.j.Maledictus qui habet in grege
suo masculum z offert domino debile.Gen.xliij.
Sumite de optimis terre frugibus in vasis ve/
stris:et deferte viro munera [tuum] Ecce Quin
tum:ex quo debet fieri oblatio z elemosyna. Quia
de tuo.Prouer.iij. Honora dominū de tua sub/
stantia:et de primitijs omniū frugum tuarum da
pauperibus [De tua] dicit: Non de aliena.quia
Eccl'iastici.xxxiiij.Jmmolantis ex iniquo:oblatio
est maculata [ante altare] Hic Sexto tangit
locum. Est autez altare h̄ intelligendū non solum
materiale:sed etiam spirituale.quia Allegorice est
fides ecclesie. Moraliter aūt cor deuotum et fide/
le non in conuenticulis et errore hereticorum of/
ferendum est: nec in fastu et peruersitate cordis.
Exodi.xx. Altare de terra (hoc est de stabili et hu
mili corde; et fecundo)facietis mihi et offeretis

super illd̄ holocaustomata z victimas vestras in
omi loco in quo memoria nōis mei fuerit. Deut.
xij. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco
quem videris:sed in loco quem elegerit domin⁹.
Ps̄. Circūibo z īmolabo in tabernac'lo ei⁹. Ps̄.
lxxxiij. Passer inuenit sibi locum z turtur nidum
vbi reponat pullos suos:altaria tua dn̄e vtutu3.
Passer fuit sacrificium leprosi. Et turtur signifi/
cat innocentiā:et fcat oblata pro peccatis:et obla
ta pro deuotione laudis diuine.

Et ibi recordatus fueris: q2 frater tuus habet aliq̄d aduersum te

Hic Scd̄o tangit Recordatiouē odij fraterni
impedientis acceptabilitatē voti oblati. Et tangit
circa hoc Duo. Recordationē odij.et Relictionem
muneris. Circa Primū notant̄ Tria. Discussio
vic3 conscientie Ut sit pura que offert inuentū in
discussiōe. Odium cui dedisti causam. Et Tertio
quia non de hoc satisfecisti.De Primo dicit [Re
cordatus fueris] Recordatio nō est actus me/
morie:sed reminiscentie:vt dicit Phs. Remiscen/
tia aūt est cum rōne. Et est discussio cōscientie ḟm
vitam preteritā.j.Coꝝ.xj. Si nosmetipos dijudi
carem⁹:non vtiqꝫ dijudicaremur. Esa.xxxviij. Re
cogitabo tibi oēs amicos meos in amaritudine
anime mee [quia frater tuus] Jn quo non est
causa odij nisi quia frater est. Et ideo tu es in cul/
pa. Cant.j. Filij matris mee pugnauerūt ꝯtra me
Ps̄.liiij.Si inimic⁹ meus maledixiss3 mihi susti/
nuissem vtiqꝫ zc̄. Et sequit̄. Tu vo homo vnani/
mis dux meus z notus me⁹ zc̄.[habet aliquid
aduersum te] Et Tria dicit:ꝙ [habet] Et in
hoc notat̄:ꝙ adhuc mansit implacatus a te. Et ꝙ
hoc est[aliq̄d]notabilis quantitatis in nocumē
to Et de quo merito debeas eū placare iudicio sa/
pientis. Et ꝙ hoc habet [aduersum te] non tu
aduersus illum. Et sic tu fuisti i causa. Si em̄ tu
aduersus illum haberes:non tu eū:sed ipse te pla
care deberet. Chrys.tamē legit hoc indifferenter et
incōsideranter qs causam odij vel diuisiōis dede
rit. Sed p̄mū magis est ḟm litteram et ḟm ratio/
nem. Et est Augustini. Rhom.xij. Si fieri potest
quantū ex vobis est cum omnib⁹ homib⁹ pacē ha
bentes. Ps̄.cxix. Cum his qui oderūt pacem erā
pacificus.j.Coꝝ.vij. Jn pace vocauit vos deus.
Et.j.Coꝝ.xiiij. Non est deus dissensiōis sed pacꝭ.
Et ideo sequit̄ Secundū hui⁹ particule.

Relinque ibi munus tuuz ante altare: et vade prius reconciliari
I 2 **fratri tuo.**

Et notat Tria. Relinq̄ndū sc3 munus.et Jp̄m
munus.et Justiciam oblationis.De Primo dicit
[Relinque ibi]hoc est vbi p̄mū obtulisti.hoc ē
in potestate dei et mīstri ecclesie in quo dominium
transtulisti p oblationē. quia Non licet tibi retra/
here quod obtulisti.Sicut em̄ Uouere est volun
tatis: Jta Reddere est necessitatis. Prouerb. xx.
Ruina est homi deuotare sanctos et post vota re/
tractare. Eccis.v. Siquid vouisti deo ne tardes
reddere[munus]Esa.xix. Colent deum i hostijs
et mūerib⁹. Tertio dicit Justiciā muneris:cum di
cit[tuum]qa nō de alieno sed de tua. Eccl .xxxiiij
Qui offert sacrificium de substantia pauperū q̄si
qui victimat filium in cōspectu patrꝭ. Esa.iij. Ra/
pina paupeꝝ in domo vestra[ante altare] Nō
referas domū. Und̄ Dan̄.v. Dānat̄ Balthasar a
regno simul z vita deposit⁹:eo ꝙ vasa deo oblata
in vsus suos deputauit. [Et vade] Hic tangit
Reconciliationē que facit oblationez placabilem.
Quādiu em̄ aduersariū tuū iuste audit lamentan
tem:non recipit mun⁹ tuum. quia aliter assisteret
duobus aduersarijs:et esset diuisus in seipso: qd̄
fieri nō potest. Jmo dicet tibi illd̄ Malach.j. Nō
est mihi volūtas in vobis z mun⁹ non suscipiā de
manu vestra. Et illud Jbidē.ij. Operuistis lachry/
mis altare meū qn̄ aduersari⁹ lamentat̄ ante me. Duo
[Uade]ergo[prius] Hic tangit Tria. Quesi/
tionem aduersarij:z Reconciliationē. Questionē
dicit [Uade ergo prius] hoc est: vade p̄or ad
eum:prius passib⁹ pedis si presens vel vicinus est
Passibus aūt deuotiōis z firmi propositi placa/
tionis si est absens et longe est. quia ridiculū esset
tandiu dimittere oblationem donec redires: alon
ge agente fratre aduersario. Uade ergo vt dictum
est prior ad eum. Gen. vlt. Obsecro vt obliuiscarꝭ
scelerum fratrum tuoꝝ:z peccati atqꝫ malicie quā
exercuerunt in te. Augustin⁹ in Regula. Melior
est qui q̄uis ira sepe tentat̄:tamē impetrare festi/
nat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam:
q̄ qui tardius irascitur z ad veniā petendam dif/
ficilius iclinat̄ [Reconciliari fratri tuo zc̄.]
satisfaciendo si potes: vel saltem petēdo veniam si
aliter satisfacere non vales. Nam cum possis satis
facere:ridiculum est p solam veniam peccatu3 pu/
tare abolere. Si em̄ tunc reconciliari nollet offen/
sus frater:non ipse extūc aduersus te: sed tu inci/
peres habere aliq̄d aduersus eum. Matth.xviij.
Non dico tibi Petre dimittēdi septies:sed vsqꝫ se/
ptuagesies septies. Mat.vj.et Lu.xj. Siq̄dem z
ipsi dimittimus omnib⁹ debentib⁹ nobis. Lu.vij
Nō habentib⁹ illis vnde redderēt dimisit vtrisqꝫ.

Et tunc veniēs offeres munus tuum.

Ecce Depositio odij fraterni facit oblationē pla
cabilem. Et hoc est[Et tunc veniens]Et notā
tur Duo. Appropinquatio dei p amorez fraternū.
Et Acceptabilitas muneris. De Primo dicit[Et
tunc veniēs]accedendo ad deu3 qui prius per
odium fraternū recessisti.j. Joan.ij. Qui odit fra/
trē suū in tenebris est z in tenebris ambulat z ne/
scit q̄ eat:q2 tenebre occecauerūt oculos ei⁹. Et de
h d't in ista eadē ep'la ca.iij ꝙ homicida ē ad min⁹
h volūtate. Quia vl' q̄rit suscipe vitā:aut id qd̄ sustē
tat vitā:bona fortune.aut id sine quo n̄ valet vita
qd̄ est honor vl' fama. Tūc ḡ deposito odio [offe
res mun⁹ tuū] et acceptabile erit.quia tūc est sa
crificiū iusticie qn̄ fuerꝭ iustificat⁹. Ps̄.l. Accepta
bis sacrificiū iusticie oblatōes et holocausta. Esa.
lvj. Holocausta eoꝝ placebūt mihi:et victime eo/
rū placebunt mihi sup altari meo.

Esto consentiēs aduersario tuo cito dū es in via cum eo.

K.2 [Esto cōsentiēs] exclusa ira z deposito odio p recōciliatōez Ad hoc q ex corde nunq̄ pcuret nocumentū pximi: opter pfectū interuenire amicicie consensum. Et de hoc loquit hic. Et tangit Duo. Inuitatōem ad ɔsensuz amicicie. Et qz lex cogit p penā: ideo in secūdo inducit penā si nō consentiat Ibi [Ne forte] Circa Primū tangit Duo. Inuitatiōem ad ɔsensum. et Qū valet cōsensus cum aduersario. De Prio dicit [Esto consentiēs] Et subiūgit cui. qz [aduersario tuo] h est: ei qui habuit aduersū te aliqd. Et est ɔsensus iste p exhibitionē amicicie. Quia sicut dicit Tulli9 in lib. d Amicicia. Amicoz est idē velle z idē nolle. Rho. xij. Idipm inuicē sentientes zc. Hebre. xiij. Charitas fraternitatis maneat in vobis. z hospitalitatem nolite obliuisci. Talib9 eni hostijs pmeretur deus. Quedā tñ glose dicūt: aduersariū: sermonē diuinū. qui monet nos de charitate fraterna. cui nō debemus recalcitrare sed cōsentire. Actuū. ix. Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Sed pma expositio litteralior est z melior [Dū es in via cū eo] Et pmittit [cito] vt nō q̄ras morā: z pcrastines cōsensum. Ecci. v. Ne tardes cōuerti ad dñm. z ne differas de die in diem: subito eni veniet ira illius: z in tpe vindicte dispdet te. Sophonie. ij. Vox cātantis in fenestra coruus in supliminari: quoniā attenuabo robur eius. Coruus cātat cras cras i supliminari ostij sensuū: donec robur attenuat: ita q ɔuerti nō poterit. [Dū es in via cū eo] In via esse est in hac luce adhuc cū eo viuere. quia in nocte mortis itur ad domū eternitatis. Ecclesiastes vlt. Quecūqz valet manus tua instant operare. quia nec op9 nec ratio: nec sciētia est apud inferos quo tu pperas. Joan. ix. Venit nox in q̄ nemo potest opari. Luce g̃ hui9 mūdi adhuc lucente recōciliare ei. Ephe. iiij. Sol nō occidat sup iracundiā vestram. Leuit. xix. Nō oderis fratrē tuū in corde tuo. Geñ. xlv. Ne irascimini in via.

Ne forte tradat te aduersari9 iudici: z iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris.

Ecce tangit Cōminationē pene. Et tāgit Tria. Scz. Reatū iudici tradentē. Iudicē tortori committentē: z Carcerē. Reatū tangit Duob9 modis Innuit enim in casu possibilitatē eminere p h qd dicit [Ne forte] Si eni aduersari9 ante recōciliatōem a via decidit p mortē: qui tamē in veritate aliqd aduersum nos habuit: posset aliqs credere q tūc necessario iudici pter iniuriā illatā essem9 tradendi. Et ideo p aduerbiū euentū significans dicit [Ne forte] Quia potest ɔtingere: si nō doleas (al's doles) p penitētiā q tradet. Si autē penitueris nō tradet. Sic enim multi chr̄o homini iniurias inferentes penitētia diluerūt: Sicut dixit Petr9 ad iudeos Act. iij. Penitemi igit z ɔuertimini vt deleant peccata vestra. Esa. lv. Derelinqt impius viā suā. z vir iniquus cogitatōnes suas. z reuertat ad dñm et miserebit eius, qm multus est ad ignoscendū. Precipue aūt q̄ndo homo deposita ira z inimicicia conuertit ad charitatē. quia j. Pet. iiij. dicit q Charitas opit multitudinē peccatoz. Prouerb. x. Uniuersa delicta operit charitas. Lu. vij. Dimittunt ei peccata multa qm dilexit multū. Cui aūt minus dimittit: minus diligit [tradat te iudici] Hec traditio intelligit p interpellationē apud iudicē de iniuria illata: de qua non satisfecim9 p consensum aduersarij: nec p penitētiam si cum aduersario propter absentiam vel mortem consentire nō potuim9. Luc. xviij. Deus non faciet vindictam electoz suoz clamantiū ad se die ac nocte: dico vobis q patientiā non habebit in illis. Apocal. vj. Usqz quo dñe sanct9 z ver9 non vindicas sanguinē nostrū z non vindicas eū de his qui sunt in terra [et iudex tradat te ministro] Ecce Secundū Ubi condemnat9 a iudice tradit tortori mistro penaz. Est aūt duplex minister fm duplicis pene condemnationē. Condēnatur eīn ad penam que est in sepatione a deo: et cōsortio electoz et omnis boni. Et hoc fit p ministz bonum angelum. Mat. xiij. Mittet angelos suos qui colligent de regno suo oia scandala. Condemnat etiam ad penam carceris z ignis inferni Et hoc p malos angelos: mistros penarum quibus tradit cum dicit: Ite maledicti in ignem eternum qui parat9 est diabolo z angelis eius Matt. xxv. [et in carcerē mittaris] Ecce Tertiū: Conclusio carceris. Tangit Duo. Conclusionē carceris. et Diuturnitatē detentionis. Primū tangit cū dicit [in carcerem mittaris] Hoc est: in infernū detrudaris. Esa. xxiiij. Congregabunt congregatione vni9 fascis in carcerē. Matth: xxij. Ligatis manib9 z pedibus pijcite eum in tenebras exteriores ibi erit flet9 z stridor dentium. hoc est in carcerem tenebrosum.

Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

L 2 Secundū est In quo tangit Diuturnitatē detentionis. Et dt Duo. Confirmationē dicti vt magis timeat: cum dicit [Amen dico tibi] Apoca. vlti. Hec verba fidelissima sunt et vera. ij. Coz. j. Non est in illo: est z nō: sed est in illo est. hoc est: cōformata vitas est i illo [nō exies inde] Scdo tāgit Firmitatē carcerj. Un̄ Esa. xxx. dz q Tophet q̄ est infernus est pfunda z dilatata [donec reddas] Si carcer est infernus purgatorij: tunc reddes luendo penas. Si aūt carcer est inferni gehēne: tunc reddes in eternū penas luēdo. Sicut fur luendo penas reddit furtum: in cruce pendendo. Job. xx. Luet q̄ fecit oia: nec tñ cōsumet iuxta multitudinē adinuentionū suaz sic z sustinebit. Apoc. xviij. Reddite ei sicut ipa reddidit vobis: et duplicate duplicia fm opa eius. In poculo quo miscuit vobis: miscete illi duplum. Quātū glorificauit se z in delitijs fuit: tantū date ei tormentū z luctū [Nouissim9 aūt quadrans] exponit in glosa p eo qd nouissimū est in nobis qd est causa peccādi. Et hoc est terrenitas cordis nostri. Primū eīn

est Ignis. Quo significatur charitas: qua mūdamur z nō inqnamur delictj. Mat. iij. Ipe vos baptizabit in spūsancto z igne. Scōm est Aer: Quo significat spūs: a quo est vita spiritualis. qz Spiritus est qui viuificat. Joan. vj. A quo iterū nō inquinamur: sz mūdamur: qz spū cōdelectamur legi dei fm interiorē hoiez. Rho. vij. Tertiū est Aq̄: qua abluimur. Joānis. iij Nisi q̄s renat9 fuerit ex aqua z spūsancto: nō potest intrare in regnum dei. Quartū reliqtur Terra: nulli9 sacramēti materia: nec aliqd faciēs in sacramētis: que sua grauitate depmit in peccatum: fm q dicit Geñ. iij. Terra es z in terrā ibis: passib9 pctōz. Ps. iiij. Filij hominū vsqz quo graui corde: vt qd diligitis vanitatem. Job. iiij. Qui terrenū habent fundamentuz cōsumentur velut a tinea. Terrena igit materies q̄ Quarta est: in nobis causat pctā. Et illa soluere p penas habemus in inferno. nisi dū in via sumus: charitate dei z pximi ea opiam9. Et licz hec sit expositio Sanctoz: tñ lralius exponi pōt dicēdo. Quadrans est quarta ps peccati: de q̄ locut9 est dñs. Et hic Quadrās ē Cōmotio animi: ad signū indignatiōis nō pcedēs: quē dixit esse reum iudicio. Alius autē quadrās est Ira: ad signū indignatōis pcedēs: siue indignatio (al's cōmotio) Et Tertius q̄drans est Ira: inferens in vbis extra ɔuiciū. Et Quart9 quadrās est Ira: nocumētū inferēs p opus post ɔuiciū. Sed z in omi peccato sunt isti quadrātes cōstituētes ipm quādo pficitur. Primus eni est Cōceptio cū appetitu illiciti. Secūdus est Suauis appetit9 z delectatō i libidine illiciti. Tertius est Cōsensus. Et Quart9 Opus si assit facultas. Uel: plena volūtas si non sit facultas pficiēdi. Et i his quadrātibus nouissimus dicit qui leuius est peccatū. Et ille est pm9 quē tamē luere optet i penis. Attende autē q quadrans cōponit ex duob9 minutis: vt dicit Glo. qz conceptio cū appetitu illiciti habet vnū minutuz: Conceptū: q̄ nūciat illicitū. Et Alterū minutū: Appetitū: q̄ pcedit desideriū i rē illicitā. Et h ē qd dic.

Audistis qz dictum est antiqs: Non mechaberis.

M.2 Ordinat hic: z Implet scdo phibitionē mechie Et patet ordo ex supius dictis. Est aūt Intentio vna in omib9 his legislatoris: Uidelicz. Intentionem sigillare in cordib9 nostris: vt tūc ex virtute i formāte animū tendam9 ɔ̄ illicitū. Cū aūt matrimoniū sit ɔiūctio maris z femine legitima: indiuidue vite cōsuetudinē retinēs: Act9 phibit9 (q̄ ɔ̄ leges est mrimonij) dupliciter fuit matrimonio cōtrari9. Legitime ei cōiunctōi repugnat mechia. z Indiuidue vite ɔsuetudini: repugnat repudiū. Et ideo Duo hic inducunt. Impletio scz phibitionis mechie: et Impletio repudij. Ibi [Dictū est Quicūqz dimiserit vxorē] Adhuc Prima ps diuidit in Duas. In Prohibitionē implendā. z In ipam Impletōez quā tāgit: Ibi [Ego aūt dico vobis: qz ois q̄ viderit mulierē] In Prima hāz sūt Duo pagraphi. Mentio vicz pcepti: z Ipm pceptū phibitiōis. Mentionē aūt facit dicēdo [Audistis zc.] Et in hoc notantur Tria. Inexcusabilitas peccantium. Modus z euidentia dicti. et Dispositio audientiuz. Inexcusabilitas. quia ab antiquo dictū nō poterat ignorari: et idō nemo se per ignorantiā excusare. Joā. xv. Si nō venissem et locutus eis fuissem: peccatū nō haberēt. Nunc aūt excusationē nō hñt de pctō suo. Modus aūt dicendi z euidentia accipit in hoc q dicit [Dictū est] Ipsa rei euidentia: et Clamore de celis facto Et Ipsa rei euidentia dicit hoc omni homi. sed qz exemplatū est ad iusticiam celi: Ideo dictū est istd de celo. quia nullus dubitat quin cōtineat in se celi iusticiam que deo placet. Qd non est ita euidens in alijs. Rhom. j. Ita vt sint inexcusabiles: qui cū iusticiam dei cognouissent non intellexerūt: qm q̄ talia agūt digni sunt morte. Justicia eīn dei in decalogo ita est euidēs q omnis hō cognoscit eam [antiquis] Antiqui sunt carnales vt in prehabitis est ostēsum. qui lz generatiōe carnali fuerint israelite: tamē tota cōuersatiōe fuerunt egyptij Et ideo talia cōueniebat eis dari mandata que manū cohiberēt. Esa. xlviij. Sciebam quia durus es tu et neruus ferreus ceruix tua z frōs tua erea [Nō mechaberis] Ecce Prohibitio que cadebat super actum quē p se horret natura; quia alia mandata nō seruassent. Et ideo Hiere. xxxj. vbi littera Hieronymi habet: pactū quod irritū fecerūt. habet alia litera: Ego neglexi eos. Et hāc iducit Apostolus ad Hebre. viij. Quia p certo neglecti sunt Non ex negligentia legislatoris: sed ex cōniuentia qua transiuit cohibēdo manū pter carnalitatem eorū. Attende aūt q lz horribilior actus sit Sodomie vel molliciei q̄z mechie: tamen sup illum nō cadit phibitio. quia natura etiā bestialis inclinat ad nō faciendū illum. et ideo de illo non oportet fieri mentionē: sed de inordinatione mechie vbi seruat sexus z corrumpit ordo legis matrimonij.

Ego autem dico vobis N 2

Hic incipit implere Prohibitionem. Et sicut in prehabitis Ita tangit h Tria. Exclusionē vicz cōcupiscentie que afficit suauiter in corde. Et Exclusionem illius que manifestat i signo sine opere inclināte ad mechiam. et Exclusionem eius que iam operat aliqd ad mechandū. Uerbi gratia. Est concupiscentia cordis. Et est signum adulterij in oculis Et est aliquid opis in corpalibus contactibus amplexuū z osclōz z tactuum. De Primo igitur dicit in pma parte. De Secūdo Ibi [Quia si oculus tuus dexter scandalizat te] De Tertia ibi [Et si dextra man9 t. zc.] Et ista sunt circa opus coit9. Et cum coitu faciunt Quattuor quadrātes ex q̄bus est peccatū: sicut habitū est in phabitj de Ira. Circa Primū dicit Duo. Primo eīn tangit dicēdorum autoritatē. et Scdo phibitiōis ponit impletionē. De Primo [Dico: ego autē] Q. d. Illud dictum est Qua autoritate: Mea. tamē nō p me immediate: sed p angelos. Sed nunc [ego] ipse [dico] Esa. lij. Propter hoc sciet popul9 me9 nomen meū in die illa: quia ego ipe qui loquebar ecce assum. Hebre. j. Nouissime aūt diebus istis locutus est nobis in filio. Gal. iij. Ordinata p angelos in manu mediatoris. Hebre. ij. Si enim qui

dictus est sermo: factus est firmus: etsi ois ꝑuaricatio z inobediētia iustā accepit mercedē retributionis: quō nos effugiem⁹ si tantā neglexerim⁹ salutem? Sic ꝗ [Ego dico vobis] nouo z spūali populo. Apoc.ij.z.iij. Qui habet aures audiat qd spiritus dicat ecclesijs

Qui viderit mulierem

Hic ponit ꝓhibitionis expletionē. Et tangit Duo Primo em̄ tangit Concupiscentiā quā excludere intendit. et Scđo excludit ꝑ exaggerationē concupiscentiā quā excludere intēdit. Circa Primū tāgit Duo. Per formā mouentē. et Per motū q̄ est a forma. Tāgēdo aūt formā mouētē: tāgit Quinqȝ. Generalitatē eoꝝ q̄ passioni subiacent: cū dicit [Omnis] q.d. Nō distinguit aliqs: Nec ex gradū honoris: Nec condicione: Nec sexu: Nec etate. quia oēs circūdati sunt hac infirmitate cōcupiscibilitatꝭ. et siles sunt in ea. Quia Peccati effectus q̄ est fomes: Et est in corpe: sicut languor nature. Hec ei est facies vinculi colligati qđ precipitauit dñs sup omnes ꝑplos Esa.xxv.ij. Paral.vl. Incuruatus sum multo vinculo ferri et nō est respiratio mihi. Scđo dicit Id qđ nunciat formā concupiscētie: cum dr [Qui viderit] Uisus em̄ nunciat formā que mouet ad concupiscentiā. Audit⁹ em̄ non nūciat formā sed nomē. Et hoc de se non mouet: sed inq̄ztum est significās formā q̄ mouet Et ideo Nō dicit: Qui audierit. Nec dr: Qui olfecerit. quia olfat⁹ circa mulieres nihil nūciat appetibile. Et simil'r gust⁹. Tactus aūt habet delectationem in coopatione corꝑali: vel in ipso ope coit⁹ Sed solus visus nunciat formā pulcritudīs mulieris que mouet libidinē. Hmōi aūt z alia causa est. qz vicȝ Uisus plures differētias repn̄tat delectabiliū: q̄z aliqs alioꝝ sensuū. Per visum em̄ videm⁹ Colorē: Figurā: Compositionē membrorū: Ornatū vestiū: Modū incessus: Gest⁹: et multa hmōi: que omnia mouent concupiscentiā. et hoc non fit ꝑ alium aliquē sensum. Adhuc aūt quia visus etiā vocat interior imaginatio z cogitatio feminaꝝ: que non sunt similia auditui vl' alij sensui His igit de causis dic [Qui viderit] Sed incidit questio Quare potius loquit de viro dicens [Qui viderit] q̄z de muliere dicēdo: Que viderit. Et dicit Chrys. ad hoc q̄ in hoc ad paria iudicant vir z mulier. Sed ꝓpter dignitatē complexionis ois legislator p̄cepta dat viris vt per viros ad mulieres transeant. j. Coꝝ.xiiij. Siquid volūt discere: domi viros suos interrogent. Posset tn̄ dici q̄ tentatio maior est in viro q̄z in muliere: licȝ in muliere resistentia sit minor. Et vbi maior est tentatio: ibi ponit domin⁹ instructionem. Sic etiam per visum prima peccati incepit tentatio. Gen.iij. Uidit igit mulier lignum q̄ esset pulcrum oculis aspectuqȝ delectabile zc. Ps.cxviij. Auerte oc'los meos ne videant vanitatē. Sic Dauid vidit qđ male concupiuit. ij. Reg.xj. Quia sicut dicit Grego. Non licet intueri quod non licet concupiscere [mulierē] Ecce Tertiū: quod est forma que ꝑ se mouet ad concupiscentiā. Et hoc patet: quia statim imaginata forma mulieris: diffundit calor cōcupiscentie: z laxant membra ad coitū: siue homo dormiat siue vigilet. Et dicit: mulierē: et non femine vel virginis. quia mulier a molliendo dicit. Et hic sumit eam ꝑm q̄ emollit forma eius in concupiscentia. Thren.iij. Oculus meus depredat⁹ est aniam meā: in cunctis filiab⁹ vrbis mee. Job.xxxj Pepigi fedus cum oculis meis vt non cogitarem q̄dem de ꝟgine. ij. Pet.ij. Oculos habentes plenos adulterij z incessabilis delicti: pellicientes animas istabiles. h̄ est: pulcritudīe pellis decipiētes.

Ad concupiscendū eam

O 2

Ecce Quartū. Et in hoc notant Duo. Per ꝓpositionē em̄ notat finis. Et qz finē nō preordinat nisi ratio: oportet q̄ ratio in hac concupiscentia cōsentiat ad minus ad delectandū suauiter in corde: si neget ꝑficiendi facultas in ope. Per hoc aūt q̄ dicit [concupiscendū] z non cupiendū simpliciter: notat cōuentū potentiaꝝ anime ad cupidinem vt voluntas velit hoc quod sensualitas suggerit. Unde glosa Augustini dicit q̄ h̄ loquit de concupiscētia deliberata z volita: que passio et qualitas animi est: et nō de illa que p̄ma titillatio est ante rationis iudiciū z deliberationē. Sicut em̄ diximus in p̄cedentib⁹ de Ira: talis cōcupia magꝭ ꝓpassio ē q̄z passio. Et hoc vocat post cōcupiscētias ire z intrare i concupiscētiā. Ecci.xviij. Fili post cōcupiscētias tuas nō eas: z a voluntate tua auertere. si em̄ prestes anime tue cōcupiscentias suas: faciet te in gaudiū inimicis tuis. Exo.xx. Nō cōcupisces vxorem ꝓximi tui [eam] Ecce Quintū vbi tangitur materia concupiscentie. Unde sensus est vt habeat eam si potest ad fruenduȝ concubitu eius. Etsi non potest: ad minus vt habeat eā ad delectandū in ea. Hoc em̄ fit quando transit passib⁹ suis concupiscentia ad ꝑfectionē complete volūtatꝭ. Dan. xiij. Uidebant eam seniores q̄tidie ingredientem et deambulantē in pomerio: et exarserūt in concupiscentiā eius. Et In codē. In concupiscentia tui sumus. Sic ergo describit concupiscentiā quam excludere h̄ intendit.

Iā mechat⁹ est eā. in corde suo

Hic ponit Exclusionē peccati ꝑ aggrauationem. Et tangit Duo. Unum (quod Primū est) ē q̄ cōpleta volūtas reputat pro opere. Et hoc est qđ dicit [iam mechatus est eā] Aliud (qđ non credebat carnalis populus: qđ est) Mechia spūalis Et hanc tangit cum dicit [in corde suo] Nō em̄ putabant aliquā esse mechiā que in solo corde ꝑficeretur. De Primo. ij. Coꝝ. viij. Si volūtas ꝓmpta est ꝑm id qđ habet accepta est: nō ꝑm id qđ nō habet. Osee.iiij. Ligauit eum spiritus in alis suis. Glo. dicit. Spūs fornicationis ligauit cor intus in alis dissolute volantis concupiscentie. De Secundo Osee.vij. Omnes adulterātes q̄si diban⁹ succensus a coquente. Attende aūt In hoc: q̄ dicit [mulierem] et ꝓhibet quod minus est: intelligitur prohibitio facta omnis innaturalis libidinis. In hoc aūt q̄ dicit [mulierē] non vxorē vel coniugem: intelligit ꝓhibitio fornicatōis: Et non tm̄ mechie siue adulterij. Alit em̄ nō totā a corde excluderet ꝯcupiam. et sic lex nō ꝑfecte ipleret Sic

igitur a corde excludit concupiscentiam.

Q si oculus tu⁹ dexter scādalizat te: erue eum z ꝓijce abs te

Hic incipit Secundū In quo excludit Concu-
P 2 piscētiā que manifestat in Signo corꝑis: nō operante ad ꝑfectionem actus corꝑalis: sed ostendente concupiscentiā cordis. Et dicit h̄ Tria. Signū vicȝ in quo manifestat concupiscentia. z Medicinā Ibi [Erue eum] et Rōnem medicine siue cure: Ibi [Expedit em̄ tibi] Sed anteqȝ aliquid de primo exponat: oportet q̄rere Quare dicat chrs: Si dexter oculus offenderit: cum sinister sit causa offensiōis sicut z dexter. Et ad hoc sciēdū q̄ Dextera vt dicit Phs in Scđo de Celo z mūdo: est vn̄ motus: et sinistra trahit in motu. Ubi em̄ virtus mouentꝭ est: ibi incipit mot⁹: z ibi est dextra. et ꝑm hoc ꝓspectus cordis vnde est ordo z mot⁹ totius vite: est dexter oculus. Sinister autē qui trahitur z obedit: est ꝓspect⁹ corꝑis in organis sensual' motus. Sensualis aūt motus ligari q̄dē potest: sed curari ꝑfecte nō potest: q̄a ille est animalis. Quia sicut dicit Aug⁹ Fertur dissoluta lascivia in delectabilia sensuum. Quia sicut dr Gal.v. Caro semper concupiscit cōtra spūm. Et Rhom.vij. Scio q̄ nō habitat in me. hoc est: in carne mea bonum. Et idō de illo sinistro nihil dicitur. Quia supponit q̄ quantūcunqȝ est de se semꝑ scandalizat. Sed ð dextro q̄a illi⁹ scandalū ꝑuertit hoiem: et cura scādali ei⁹ ꝑfecte implet legē. Hoc habito dico q̄ Circa p̄mū dicunt Duo. Primū q̄ cōmemorat oculum dextrū: qui in ordinē suū vel suam inordinationē et ꝑuersitatē trahit sinistrū. Secundū est: q̄ dicit sub condicione: Si ille scandalizat vos. Dicit igitur [Q si oculus tuus dexter] hoc est ꝓspectus cordis qui est p̄ncipium totius motus vite et qui secum circūtrahit z circūducit sinistruȝ hoc est ꝓspectū corꝑis. De hoc ꝓspectu cordis dr Eph.j. De⁹ dñi nr̄i Jesu chr̄i pater glorie det vob spūm sapientie z reuelatōis in agnitionē eius illuminatos oculos cordis vestri. Et isti sunt oc'li dextri quos maxīe nitit excecare diabol⁹. j. Reg.xj. In hoc feriam vobiscū fedus vt eruā oim vestrū oculos dextros [scandalizat te] Ecce Tertium Est aūt grece scandalon obex siue obstaculum qđ obijcit in via plana ad quod cum pes impingit cadit ambulans. Et hoc ponit pro forma cōcupiscētie carnalis. Sicut est forma decipientis mulieris subuertens ꝓspectū a via recta ꝑ casum libidinis. Et ideo vituꝑant mulieres tales formas ꝓspectibus hoim obijciētes. quia p̄mo forma venit ad ꝓspectum corꝑis qui est oculus sinister: et hoc non multū nocet. sed q̄n transit ad ꝓspectū mentꝭ: tunc scandalizat. Unde Aug⁹ in Regula. Neqȝ em̄ cū inceditis: femias videre ꝓhibemini: sed appetere vel ab ipsis appeti velle: criminosum est. Et premittit dicens. Oculi vestri etsi iaciant in aliquaȝ femiaꝝ: in nullā figant. Et Ibidē iteꝝ in Regula Impudic⁹ oculus impudici cordis est nunci⁹. Et cum se sibi mutuo tacente lingua corda nunciant impudica etiā in tactis ab īmmūda violatiōe corporib⁹ fugit castitas ipsa de moribus. Ideo vt dixi vituperantur femine: tales formas obijcientes Esa.iij. Pro eo q̄ eleuate sunt filie sion z ambulauerunt collo extento: et nutibus oculoꝝ ibant z plaudebant z ambulabant pedibus suis composito gradu incedebant: decaluabit dñs ꝟticem filiarū sion: et dñs crinem eaꝝ nudabit. Prouerb. vij. Ecce mulier occurrit iuueni illi ornato meretricio p̄parata ad decipiēdas animas: garrula et vaga: q̄etis impatiens: nec valens in domo consistere pedibus suis: nunc foris: nūc in plateis: nūc iuxta angulos insidians apꝓhensumqȝ deosculatur iuuenem. Eccis.vij. Inueni amariorē morte mulierē que laque⁹ venatoꝝ est: et sagena cor ei⁹: vincula sunt manus eius. qui placet deo effugiet illam. qui aūt peccator est capiet ab illa. Ab hmōi ergo formis informat⁹ visus dexter: scandalizat z impingit ad ruinā toti⁹ hois [Erue eum] Ecce Q 2
Medicina. quia cum posuit scandalū p̄mo: Secundo ponit medicinā: z Tertio medicine rōnem In medicina aūt Duo dicit. Morbi vicȝ eductionem: et Perfecte sanitatis restitutionem. Morbi eductionem tangit cum dr [erue eū] Q aūt eruendus sit oculus corꝑis ꝑm q̄ est in via illiciti ad oculum cordis: ꝓbant q̄dam ꝑ simile in morbo corporis: q̄m si membrū putrescat in corꝑe z timeatur per collimitationē destrui corp⁹ vel aliud mēbrum: p̄cipit amputari membrū putridū. Cū igit melior sit aīa q̄z corpus: si ex membro corꝑali ꝑdi timeatur anima: debet amputari membꝝ corporis. Adhuc: Origenes ex amore castitatis dicit emutilasse seipm. Et simil'r duo iuuenes in vitaspatrum. Adhuc q̄dam Phs exoculauit se: vt magis haberet cor congregatū ad sapiam. Et ex oib⁹ his concludit q̄ oculus scandalizans corꝑaliter sit eruendus. Et dicendū q̄ hoc est stulticia. quia ex hoc non curaret morbus. Quia eruto oc'lo: nō ꝓpter hoc cessat concupiscentia nisi etiā imago eruatur q̄ erui nō potest. Et ideo cum dñs doceat curare morbū: constat q̄ de erutiōe corꝑali non itelligit. Nec est simile de mēbro putrido in corꝑe. quia ex cōtinuatione z collimitatione illi⁹ cū alijs de necessitate putrescūt alia. Et ideo nō est cura nisi ꝑ amputationē. In aīa aūt non est sic. Et est possibilis alia cura. Nec cōmēdatur Origenes q̄ se emutilauit. Imo tales sunt postea irregulares ad ordines ecc'iasticos. De illis aūt qui se emutilauērunt in vitaspatrū dicit ibidē q̄ ꝓpter hoc vsqȝ ad condignam pniam fuerūt excōicati. De Ph̄o aūt dicendū q̄ hoc in eo fuit stulticia. Phi em̄ in multis errauerunt. Attendēdū igit q̄ oculus dupliciter eruit. Materialiter z Formaliter. Materialiter q̄n pupilla excutit. Et hoc mō non valet ad morbi curationē eruere oculū. Alio mō eruit ꝑm formā. Ocul⁹ em̄ sicut z cetere potentie anie nihil oino agunt nisi ꝑ formas apꝓhēsas: et ille sunt ꝑficientes eas ad opationem. Et tūc oculus dexter eruitur q̄n femia (al's forma) mouens illicitas cōcupiscentias amputat. Ideo dr Apl'us. j. Coꝝ.vj Fugite fornicationē: quia nō est vincere nisi fugiendo tales formas. Ps.liiij. Ecce elongaui fugiens z māsi in solitudine. Gen.xx. Hoc erit tibi in velamen oculoꝝ ad omnes qui tecum sunt. et q̄-

recognouit se esse debitorē Cain qn̄ dixit. Maior
est iniq̄tas mea q̄3 vt veniam merear: et tn̄ non va
luit. quia cū desperatione. z ideo est eiectus a faciē
dei p̄ris. Gen̄. iiij. Ecce eijcies me hodie a facie ter
re: z a facie tua abscondar. z ero vagus z profug⁹
Simil'r ꝙ recognouit se debitorē sine spe non va/
luit Jude. Matth. xxvij. cum dixit. Peccaui tra/
dens sanguinē iustū. Et ideo laqueo se suspendit
z crepuit: z diffusa sunt om̄ia viscera eius. Sicut dr̄
Act. j. Et causa hui⁹ assignat Prouerb. xviij Ubi
dicit. Impius cū in pfunduz venerit contemnit.
Qn̄ enim impius sine spe in pfundo vicioꝝ se esse
cōsiderat: de spe venie nō presumēs: cōtemnit ve/
niam z tradit se immundicie: nec cogitat de reditu
ad patrē. Ephe. iiij. Q̄ desperātes semetipos tra/
diderūt impudicitie in operationē immundicie o/
mnis in auariciā. Hierem̄. xxx. Desperabil' est fra/
ctura tua: insanabilis est plaga tua. Ergo in spe ve
nie recognoscamus nos debitores: dicentes illud
Matth. xviij. Patientiā habe in me: z omnia red
dam tibi. Hoc enim est spei vbuz z cōpuncti cor/
dis. Joel. ij. Conuertimini ad me in toto corde ve
stro: In ieiunio z fletu z planctu. z scindite corda
vestra: z non vestimenta vestra. Conuersio eni est
per spem. quia licet eius qui se recognoscit debito
rem non sit mera conuersio ad iudicem: tamen cū

spe venie in compunctiõe delicti tuta z secura est ei conuersio ad patrẽ. Precipue si delectabilia q̃ causa peccandi fuerunt: per ieiuniũ in afflictionẽ conuertit: z fletu z planctu preterita deplangit: z cordis voluntatẽ a proposito peccandi scindit. z vestimentũ virtutis: ne nudus ambulet per dissolutã conuersationẽ de cetero nõ scindit. In hoc affectu cõuersi(al's cõuersus) ad patrẽ dixit Psal.vj. Laquabo per singulas noctes. b est: peccati tenebras: lectũ meum in quo in peccati mollicie turpiter iacui: lachrymis meis stratum meũ rigabo. Vel fm aliã Translationẽ: natare faci. Stratus enim est vbi prostratus sub demoniũ pedibus cecidit. Sic ergo dimitte[nobis] qm̃ Nos debitores esse i spe venie z dolore ostendimus. ij. Reg. xxiiij. Ego sum qui peccaui: ego inique egi. Psal. l. Tibi soli peccaui z malum coram te feci. ij. Paralip. vi. Exercitui iram tuã: z malum coram te feci. Esaie. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos i amaritudine anime mee. Sic ergo in spe venie dolen-
y2 tibus Dimitte nobis[debita] Ecce In vera confessione humilitatis z verecundie recognitio debiti. Presumptuosus enim q̃uis recognoscat debitum: tamen nõ recognoscit se debitorẽ: eo q̃ omnia misericordia dei cõdonauerit. Nic aũt docet nos christ⁹ recognoscere nos debitores: z recognoscere debitũ. Diminuẽtes enim peccata sua: cognoscũt se q̃dem debitores. Sed nõ sufficienter recognoscunt debitũ: Desperãtes: et debitores se eẽ recognoscunt: z debitum: sed non sunt in proposito soluendi. Et ideo credunt quantũ possunt super pignus. Non enim cogitãt sup anno Jubileo: q̃ est ānn⁹ remissionis quando q̃libet solut⁹ z remissis debitis: ad suam reuertit possessionem. Leui. xxv. Et Deut. xxv. Postq̃ igit cognouimus nos debitores in Spe remissionis: z Affectu cõpunctõis: expedit vt supputemus debita. Et dr[debita] in plali numero. Quia est Quadruplex debitum. De Nobis scz: z De Cõmissis nobis donis: z Perpetratis: z De Omissis. De Nobis: quia serui sum⁹: z eorum esse: nosse: z posse: debem⁹ dño z pri celesti. Ad Philem. Et te ipum mihi debes. Luce. xvij. Cum omnia feceritis dicite: serui inutiles sumus: que debuim⁹ facere fecimus. De Cõmissis nobis donis: siue gratuitis siue naturalibus: siue etiã bonis fortune. Matth. xviij. Sic est regnum celorũ homini qui posuit rationẽ seruis suis. Et cum cepisset rationẽ ponere: oblatus est ei vnus qui debebat decẽmiliatalenta. Dicit enim Grego. Cum crescunt dona: crescunt etiam crescunt donorum. Luc. xvj. Quantũ debes dño meo: centũ choros tritici Matth. xxv. z Luc. xix. Tradidit illis bona sua z dixit. Negociamini dum venio. De Debito de q̃ perpetratis. boc est perperam factis in transgressione mandatorum. Lu. vij. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat q̃ngentos: z alius quinquaginta. Unde Luc. vij. dicit. Dimitte nobis peccata. De Debito aũt omissionis. iiij. Reg. iiij. Ecce venit creditor vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Et Ibidẽ. Vende oleũ z redde creditori. Tu autẽ z filij tui viuite de reliquo. Omnia ista cõputanda sunt in Vera z Humili cõfessione.

Vera Ut nec addat nec minuat. sed sicut se habet veritas enarret. Humili Ut sit cũ verecũdia turpitudinis delicti: ne improperet ei illud Esaie. ij. Peccatũ suum sicut Sodoma predicauerũt: nec absconderũt. Hiere. xxxj. Confusus sum z erubui: quoniã sustinui opprobriũ adolescẽcie mee. Econtra de alijs dicit Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Dañ. ix. Tibi domine iustitia: nobis autẽ cõfusio facie: sicut est hodie. Daniel. iij. Non possum⁹ aperire os Supplex: ad excusandũ. quia confusio z opprobrium facti sumus seruis tuis z bis qui colunt te. De Vera autẽ confessione habet Josue. vij. Fili da gl̃am deo z confitere peccatũ tuum: z indica mihi quid feceris. Supra. iij. Exibant ad eũ confitentes peccata sua. Psal. xxxj. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: z tu remisisti impietatẽ peccati mei. Esai. xlij. Narra siquid habes vt iustificeris. Rhomanorum. x. Ore cõfessio fit ad salutem[nostra] Ecce Recognitio cause debitorum. Nostri(al's Nos) enim sum⁹ causa. Et ideo nostra sunt z nobis imputãda. Et notat in hoc Accusatio sui cum emendatõnis proposito. Nõ sic Adã. Beñ. iij. Qui peccatũ retorsit in mulierẽ: z in deum qui mulierẽ fecit. Prouerbiorum. xviij. Justus prius accusator est sui. Psal. l. Iniquitatẽ meam ego cognosco. Job. xxxiij. Peccaui z vere deliqui: z vt erã dignus nõ recepi. Sic ōt dom⁹. Ose. xiij. Perditio tua israel: ex me auxiliũ tuum. Esai. lxiij. Facti sumus vt immundus omnes nos: quasi pann⁹ mẽstruate vniuerse iustitie nostre: z cecidimus q̃si folium vniuersi. Iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos. Sic ergo O pat: dimitte nobis debita[nostra] non aliena.

Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Z2 Inducere docet rationẽ obtinendi quod petitũ est in deprecatione. Et in hoc Tria notantur: Dimissionis inter nos z deum patrẽ similitudo cum dicit[Sicut et nos dimittimus] Dimissionis promptitudo: quia ōt[debitoribus] Et non dicit rogantibus. Et Debiti q̃ debent certitudo cũ dicit[nostris] Q. d. de quibus certũ est q̃ nobis debent Ira q̃ nihil habuerũt aduersum nos. qz nos in nullo tenemur eis. Primũ astruit dñs. Sup v. quãdo dixit. Estote perfecti sicut z pat perfectus est qui solem suũ facit oriri etc. Unde Luc. vj. Sicquidem z ipsi dimittim⁹ omnibus debentibus nob Lu. vj. Dimittite z dimittemini. Ephe. iv. Estote inuicem benigni: misericordes: donãtes inuicem sicut z deus i christo donauit nobis[debitoribus] Ecce Secundũ In quo notat q̃ gratis z promptę donandũ est Matth. v. Esto cõsentiens aduersario tuo. Matth. xviij. Serue nequã omne debitum dimisi tibi quoniã rogasti me. Nonne q̃ oportuit z te miserere cõserui tui: sicut z ego tui misertus sum. Eccli. xxviij. Relinque proximo tuo nocenti: z tunc deprecanti tibi peccata soluent. homo homini fuat iram: z a deo querit medelam[nostri] ad quos debita nihil credidim⁹ eis: quod vix contingit. tamẽ hoc est in Sancti. Sic Stephanus.

Actuũ. vij. Ne statuas illis hoc peccatum. qz Lu. xxiij. Pater ignosce illis quia nesciũt quid faciũt Econtra Esai. lviij. Improperat illis qui non sunt exauditi q̃ percutiebãt pugno impie: z omnes debitores suos reposcebãt. Et attende q̃ sicut dicit glo. Chrysostomi: non intelligit de debito pecunie Hanc enim iuris ordine possum⁹ repetere. Sed de debito eorum qui in nos peccauerũt. Rhom. xij. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Sic ergo Dimitte nobis debita nostra: sicut z nos etc.

Sed hic querit. Quia fm hoc non dimittes debitoribus nõ potest dicere istam oronem. Ad hoc dicunt q̃dam q̃ põt: z Debet dicere in p̃sona ecclesie. Potest etiam dici q̃ in parte p̃ma deprecatiõis Duo continent. Q̃ fm pater debita dimittat. z Q̃ sicut ipse dimittit: nobis det gr̃am dimittẽdi. Et hoc modo quilibet potest de veritate dicere istam orationem. Dimitte nobis debita nostra etc.

Et ne nos inducas i tentatõem.

z2 Hec est Sexta petitio Que est de amouẽdo malo: qs fm causam inductiua est p̃sens: sed reatu et actu est futurum. Et quia fm cãm est presens: ideo petitur amoueri. Est aũt hic questio ante(al's ad) ista. Utrum deus inducit aliquẽ in tentationẽ.

Videt aũt q̃ non. Quia sicut dicit Jaco. j. Deus intentator est malorum: ipse aũt neminẽ tentat. Sed peius est inducere in tentatonẽ q̃ tentare. ergo multo minus deus pater aliquẽ inducit in tentationẽ. Si autẽ concedat hoc tñ frustra petitur ne i tentationẽ inducamur. Adhuc Infra. xxvj. ōt. Orate vt nõ intretis in tentationẽ. Et ibi significat q̃ homo p se ipm intrat in tentationem. Qualiter ergo hic videt significare q̃ deus inducat in tentationẽ. Si forte dicat q̃ intelligit de tentatiõe qua tentat deus homines. Cõtra Deus tentat homines vt inducat eos in experimentum eius de quo tentat eos. Sicut pater per ea que dicta sunt Supra. iij. Ergo frustra rogat ne inducat in tentationẽ: quia malum esset si exaudiret. Ulterius etiã hic querit Quid sit tentare. Et Quid In tentationẽ induci. Et Quid sit Intrare in tentationẽ. Et Quid sit esse i tentatiõe. Et Utrũ hec sit eadẽ vel non. Adhuc autẽ frustra videtur fieri ista petitio. quia ōt Apls. j. Corinth. x. Fidelis deus qui nõ patiet vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatiõe prouentũ vt possitis sustinere. ergo nunq̃ permittit induci in tentationem. Adhuc videtur esse cõtra deus ista petitio. quia Psalm. xxv. ōt. Proba me dñe z tenta me: ure renes meos z cor meũ: z vide si via iniquitatis in me est: z deduc me i via eterna. Preterea ij. Timo. ij. dr̃ q̃ Qui certauerit in agone non coronatur nisi legitime certauerit. Ergo bonum est certare. Responsio dicendũ Ad Primũ q̃ deus bene ducit aliquem in tentatione: sed neminẽ induc it in tentationem. In tentatione enim ne(al's vt) non seducantur cõducit z ducit omnes bonos. Sicut ōt Psal. xc. Cum ipso sum in tribulatione. Et sicut dicit Dañ. iij. q̃ apparuit cum tribꝰ pueris in fornace babylonis. Sapi. x. In fraude circũuenientium illi affuit: z honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis: z a seductoribꝰ tentauit illuminauit illum. Et certamen forte dedit illi vt vinceret z sciret quoniã omnium potentior est sapientia. Sic q̃ ducit z conducit sanctos in tentatione. Sed nullũ nisi ducit in tentationẽ. Et ideo p̃cedenda est ratio primo inducta. Ad aliud dicendũ q̃ hominem introire in tentationẽ est malum. z ideo Inferius iubet orare vt deus hoc non permittat. Et est cõcedendum q̃ non loquit̃ hic de tentatione qua deꝰ tentat hominẽ vt inducat eũ in suũ ipsius experimentum. Ad id qđ querit Quid sit tentare. z Quid induci: z Quid intrare in tentationẽ. Dicendus q̃ sicut dicit Magister Hugo de sancto victore: Tentare est callide experiri quod dubiũ est: suggerendo vel explorando vel blandiendo vel violẽtia quadã impellendo ad illicitũ. Inducere autem in tentationẽ dicit Duobꝰ modis. Uel potius dicendum q̃ er Duobus cõstat. Uno q̃dem q̃ tentatꝰ inducat ad hoc q̃ tentatori ꝓsentiens vel non resistens cooperetur. Sicut etiam quando aliquis seducitur ab aliquo: dicimus q̃ inductus est ab eo Et sicut dicimus q̃ aliquis inducit̃ per rationes ad credendũ quod ante non credidit. Aliud est q̃ cum tentatio habeat gradus: Suggestionẽ: Cogitationem: Delectationẽ: Mozã in mente siue oe cupationem: Consensum: Voluntatẽ perfectam: Impetum: z Operis perfectionẽ: z huiusmodi. q̃ tentatus in his gradibꝰ tentatori cooperet: vt non modo patiat in his tentatoris maliciam: sed cogat cum ipso ad illiciti perfectionẽ. Unde quãdo aliquis inducitur in tentationẽ: tentator p̃cit inuitando z gradus sternendo: z tentatus quasi illectus sequitur z inducitur. Intrare autẽ peius est: quia hoc est per seipm vltra per gradus tentationes proficere in peius. Et ideo precipit orare vt gratia detur ne intrem⁹. Et docet hic orare ne potestas detur tentatori ne inducat. quia licet potestas iusta sit z ordinata. z sic eam dominꝰ iuste cõcedere possit: tamen voluntas tentatoris mala est z sepe inducẽdo p̃mo modo seducit: z inducendo scõo modo precipitat. Sed fm hoc melius dicetur Ne nos permittas in tentationẽ induci: q̃ Ne nos inducas. Et ad hoc dicendũ q̃ b nõ: quia prima potestas tentantis dei est z iusta: z fit ad p̃bandos bonos: vel ad ostendẽdos z conuincendos malos. Et ideo Sicut dicit facere: cuꝰ auctoritate fit: Ita pater dicit inducere in tentationes recta potestate. Tentatiũ autẽ seduci vel decipiari contingit iniqua voluntate tentatoris. Rogandꝰ ergo est pat: vt qđ iuste facere põt: nõ faciat ꝓter nostrã infirmitatẽ. In tentatione aũt esse est esse in probatiõe in tentatõe vel experimento. Et hoc non est malũ. Ad aliud dicendũ q̃ deus q̃tũ de violentia tentatoris nõ permittit hominẽ tentari vltra vires: Sed sepe anteq̃ resistant fm possibilitates virium cadunt: eo q̃ non vtunt armis virtutũ ad defensionẽ. Et ideo oratio est vtilis z bona: fragilitati nostre expediens. Ad aliud dicendũ q̃ sicut ōt Augustin⁹ q̃ nõ docet rogare ne homo tentetur: quia hoc malum esset: sed potius ne in tentationem inducamur: sicut habitũ est Dis igitur ꝓ sic habitis Tria sũt ꝓsiderãda in ista deprecatione.

Quorum Primũ est Q pluraliter loquens dic: Ne nos. Scdm autez De Inductu quo ad potestatem ducentꝫ. ꝛ Tertiũ est Q dicit: tentationẽ: ꝛ non dicit: in peccatũ. Primũ ostendit cõe omniũ: quasi sibi cõmissam ex charitate sollicitudinem. Scdm Ordinatã dei potestatem. Tertium Tentationis vtilitatem. Charitatis autem sollicitudo deprehendiẗ in Quattuor. Primũ est In condolendo tentatis. Secũdũ In portando infirmitates tentationis. Tertiũ In orando pro eis: quasi in tentatione simus pro eis. Quartuz In tenendo deum ne deserat in violentia tentatiõis. De Primo: quod est condolendo tentatis. ij. Corinth. xj. Quis infirmaẗ ꝛ ego nõ infirmor? Quis scandalizatur ꝛ ego non vror? Ideo etiã dt Rhomanoꝝ. xij. Idipm inuicem sentientes: gaudere cũ gaudentibus ꝛ flere cum flentib. Jo. xvj. Mulier cũ parit tristiciã habet: quia venit hora eius. Vñ Apocalip. xij. Mulier amicta sole clamat parturiens. Parturit em̃ cor sanctoꝝ quando in tentatiõe pmo filios enititur. Gal. iiij. Filioli mei quos iteꝝ parturio donec formetur chrs in vobis. In parturitionibus enim in dolorib est mater: ꝛ partus in angustijs. Esa. xxvj. Sicut que concepit cũ appropinquauerit ad partũ: dolens clamat in dolorib suis: sic facti sumus. A facie tua domine concepimus ꝛ quasi parturiuim: ꝛ peperimus spiritum salutis. Esa. xxxvij. Dies tribulationis ꝛ angustie: correctiõis ꝛ blasphemie dies hec, quia venerũt filij vsq ad partũ: ꝛ nõ ẽ virtus pariẽdi. Dies enim tribulatiõis est quo ad cor sanctoꝝ in matris affectu diligẽtium: Dies angustie quo ad dolorẽ tentatorum. Dies correctiõis quo ad intentionẽ dei: dantis potestatẽ tentatori. Dies blasphemie q̃ ad malam voluntatem tentatorꝫ. Sic veniũt filij ad partũ: ꝛ inducendo in tentationez quassatur vter matris: ꝛ coartantur paruuli: ꝛ vix aliqñ est virt pariendi. Psal. xc. Cum ipso sum in tribulatõne. Quo ad hoc igiẗ tota simul fraternitatis charitas se tentatꝫ cõiũerat dicẽdo [ne nos] De Secũdo aũt (quod est De portãdo cum ipsis tentatis infirmitates eorũ) dr Rho. xv. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ sustinere: ꝛ non nob placere. Esai. liij. Vere languores nostros ipse tulit: ꝛ infirmitates nostras ipse portauit. Gala. vj. Alter alterius onera portate: ꝛ sic adimplebitꝫ legem chri. Rhomanoꝝ. xiiij. Infirmũ in fide assumite: ꝛ non in disceptationib cogitationũ. Osee. xj. Ego quasi nutritius effraim: ꝛ portabam eos in brachijs meis: ꝛ nescierũt q curarẽ eos. qꝛ hoc est sanctoꝝ q etiam nescientib prosint tentatis: et nolentib subleuent onus. Hoc igitur modo sub vno onere pressi: cõmuniẗ dicũt orãtes [ne nos] Tertium est Q in orando p eis quasi in tentatõe cum ipsis existentes instare debemus: q nisi socios eos habeamus ꝯsolationis q ipam dei consolationem desolationẽ reputemus: pter feruorem charitatis quẽ habemus ad ipos. Exo. xxxij. Aut dimitte eis hanc noxã: Aut dele me de libro quez scripsisti. Gene. xxvij. In me sit ista iniquitas. Ad Philemonẽ. Si ãt aliqd tibi nocuit hoc mihi imputa. Josue. vij. Mi dñe quid dicã: videns israel hostibus suis terga vertentẽ. Rhom. ix. Optabã ego ipse anathema esse pro fratrib meis. Sic ergo tentationẽ infirmoꝝ nobis ascribentes iteruz dicimus [ne nos] Quarto autẽ in tenendo deũ ne inducat: potestatem dando tentatori. Esa. lxiiij. Non est q inuocet nomen tuũ: non est qui consurgat ꝛ teneat te. Ezec. xiij. Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos murũ pro domo isrl. Job ix. Nõ est qui vtrũq valeat arguere: ꝛ mittere manum in ambob. Sic em̃ fecit Jacob Gene. xxxij. Qui tenuit deum dicẽtem. Dimitte me. Et ait illi. Non dimittã te nisi benedixeris mihi. Timuit ei vt ibidẽ dr: ne veniẽs prãte accepta esau tẽtator pcuteret mr̃es cum filijs. Ose. xij. In fortitudĩe sua directus est cũ angelo: pualuit ad angelũ ꝛ confortatus est. Fleuit ꝛ rogauit eũ. Duob ei brachijs vt ait Hieronym tenuit eũ: fletu scꝫ ꝛ orõne. Sic ergo iteruz instantes p eis cõnumeramus nos eis dicẽtes [Ne nos] Sequiẗ [inducas] Hoc ẽ: O pater ne des potestatez tentatori quã iuste dare potes: inducendi nos in tentationẽ. Et ideo plus A3
est hoc dictũ: q Ne nos pmittas induci. qꝛ Dans potestatẽ: per aliquẽ modũ inducit. h est ducit intus Sꝫ ad hoc intelligendũ oportet scire q Sicut cum dr. Iste claudicat Duo dicunẗ in ambulatiõe: que ẽ claudi gressus. Quoꝝ Vnũ est Ambulatio: que est ṽtutis ambulatiue. Alterũ aũt est distortio ꝛ diuaricatio ambulatiõis: que non causatur a ṽtute ambulatiua, sed a defectu: q est curuitas in tibia vel in crure ambulantis. Ita cũ dr [inducas] Duo dicunẗ: Ductio per gradus tentatõis. Et hec est causata a ṽtute dantꝫ ꝛ ordinantis potestatẽ tentatorꝫ. Alterũ aũt est Seductio ꝛ precipitatio tentati: Que nõ causat nisi iniquam voluntatẽ tentatoris: ꝛ defectũ voluntatis tentati. Et horum exemplũ in equitatiõe militꝫ in equo claudo: Cuius cespitatio reduciẗ ad claudicationem in equo. Rectus motus autẽ quo perficit viam: reduciẗ ad regimen militis sicut ad cãm. Hoc igitur modo pater [ne inducas] Quia licet tua sit bona ꝛ ordinata potestas: tamen iniqua est tentatoris voluntas: ꝛ magna nr̃a infirmitas. Magis em̃ nobis expedit a tua volũtate in bonis deduci: q in tentationib exerceri. licet gloriosius sit in tentatiõe exerceri: q in bonis virtutũ sine tentationib deduci. Scdꝫ hũc intellectũ ptãs tẽtatoris ammonet nos de Quattuor. Primũ qdem est de Patiẽtia subiectiõis prãti. Scdm de Humilitate quã experimur in nobis. Tertiũ de Constantia nõ cedendi (al's credẽdi) tentatori. Quartũ est de Profectu per exercitiũ tentatiõis. De Prio huius. Hoc est: de patientia in tentatiõe pter euz qui dat potestatẽ. Apocal. ij. Patientiã habes ꝛ sustinuisti multa pter nomẽ meũ ꝛ non defecisti. Jaco. j. Patiẽtia opus perfectũ habeat: vt sitis pfecti ꝛ integri in nullo deficientes. Heb. x. Patientia vobis necessaria est: vt voluntatẽ dei facientes reportetis repromissiones. Jaco. v. Patiẽtes igitur estote ꝛ vos: qm̃ aduentus dñi appropinquabit. Et hic est aduẽtus ꝯsolantis. De Scdo. Hoc est de Humilitate: qꝛ in tentationib nostras experimur infirmitates, Michee. vj. Humiliatio

tua in medio tui. Et ideo diciẗ q tentatio colaphizatio est. ij. Coꝝ. xij. Ne magnitudo reuelationuz extollat me: datus est mihi stimulus angel sathan ne qui me colaphizet. Sic dr Esai. ij. Oculi sublimis hois humiliati sunt: ꝛ incuruabiẗ altitudo viroꝝ. Exaltabiẗ aũt dñs solus in die illa: qꝛ dies dñi super oẽm superbum ꝛ arrogantez: ꝛ hũiliabitur. Et Infra eodẽ. Incuruabiẗ om̃is sublimitas hoim: ꝛ humiliabiẗ altitudo viroꝝ: ꝛ exaltabitur dñs solus in die illa. Quicũq em̃ de se aliqd presumit: inclinaẗ p tentatiões. De Tertio. hoc est de Cõstantia pseuerãdi ꝛ nõ cedendi (al's credẽdi) tentatori Gala. ij. Nec ad horã cessim subiectioni. Eccis. x. Si spũs prãtem habentꝫ ascẽderit super te: locum tuũ ne dimiseris. Lu. xxij. Vos estis qui pmãsistis mecũ in tentatõib meis ꝛc. Ecci. ij. Accedens ad seruitutẽ dei sta in iusticia ꝛ timore. ꝛ prepara aĩam tuã ad tentationez. Mat. x. Qui perseuerauerit vsq in finẽ hic salu erit. De Quarto. hoc est: de pfectu qui p tentationez accipitur ex intentiõe dantis potestatẽ tentandi: qui nullo mõ daret illã nisi pter profectũ tentatõis. Vñ. j. Corinth. x. Faciet cum tentatione puentũ vt possitis sustinere. Tob. xij. Qꝛ placuisti deo necesse fuit vt tentatio pbaret te. Hoc est: probatum te redderet. Ecci. xxxiiij. Qui nõ est expertus qualia scit. Sap. iij. Deus tentauit illos: ꝛ inuenit eos dignos se. Rho. v. Gloriamur in tribulationib: scientes q tribulatio patientiã operaẗ: patiẽtia aũt pbatõez. probatio ṽo spem. spes autẽ nõ confundit. Jac. j. Omne gaudiũ estimate fratres cũ in tentationes varias incideritis. Et In eadẽ. Btũs vir qui suffert tentationẽ: qm̃ cũ probatus fuerit accipiet coronã vite: quã repromisit deus diligẽtib se. Hoc est igiẗ: Ne nos inducas [in tentationez] Et in
B3 hoc vltimo notabile est q non dr: in peccatũ: sꝫ in tentationẽ. Qꝛ licet aliquo modo det potestatẽ inducendi in tentationẽ: tñ nullo modo dat ptãtem inducẽdi in peccatũ. Et in Tentatiõe qdẽ Tria vtiliẗ notanẗ. Primũ ẽ Tentatiõis ordo siue gradus per quos induciẗ qui induciẗ. Scdm ẽ Tentationis experimentũ. Tertiũ est Tentatõis finis Primũ Reuelat hostis vias. Scdm Hois tentati vires. Tertiũ est Dilectio liberatorꝫ ꝛ gratitudo. De Primo dr. ij. Coꝝ. ij. Non enĩ ignoramus cogitatiões ei: hostis videlicet: q tñ difficulter cognoscunẗ. Et ido dt Salomon i Prouer. xxx. Q inter ea que sẗ incognita sibi: est via colubri supra petrã. ꝛ petra est frigidũ ꝛ durũ cor tentatoꝝ. Job xlj. Quis reuelabit faciẽ indumenti ei: ꝛ in medium oris ei quis intrabit? Portas vult eius qs aperiet? Q. d. Faciẽ agnitiõis leuiathan in tentatiõe qñ multis se velat (al's vestit) operimentꝫ: nullus reuelabit nisi ego tentatus per experimentuz tentatoris. Hi em̃ qui intrant per tentatões in mediũ fraudis ei: illi sunt qui alijs detegẽdo aperiunt portas vultus cognitionis eius. De Scdo (qd est experimentuz viriũ ppriarũ). j. Coꝝ. x. Qui se estimat stare videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Sic expert fuit Petr qui dixit se paratũ in carcerẽ ꝛ in mortẽ ire cũ christo: ꝛ postea negauit ad allocutionẽ puelle Mat. xxvj. Lu. viij. Ad tẽpus credũt: ꝛ in tpe tentationis recedunt. Hoc enim experimentũ ppriarũ viriũ valet ad cautelã: q si infirm sit subtrahat se ab occasione tentationũ. Etsi se fortẽ inuenit esse: meli de se psumens: altiora in dei obsequio attentat. Ecci. vj. Si possides amicũ: in tentatiõe posside illũ: et ne facile credas ei teipum. De Tertio. hoc est d Fine tentatiõis: qui est liberatio. ꝛ p ꝯñs amor ꝛ gratitudo liberantꝫ. Tob. iij. Hoc p certo habet oĩs qui colit te: qꝛ vita e si in pbatione fuerit coronabiẗ. etsi in tribulatiõe fuerit liberabiẗ. etsi in corruptiõe fuerit: ad miscdiam tuaz venire licebit. Ecci. xxxiij. Timenti deũ nõ occurrit malũ: sed in tentatione de eũ liberabit ꝛ ꝯseruabit a malis. Ecci. xliiij. In tentatõe inuent est fidelis. Ido iureiurando dedit illi glaꝫ in gente sua. Qñ enim hõ experiẗ tandesideratã liberationẽ: non pt esse nõ gratus liberatori: cãtans ꝛ psallens Liberasti nos dñe ex affligentib nos: ꝛ eos q nos odierũt ꝯfudisti. ps xliij. Et hec est cã q petit non tentari: nec in tentatione nõ conduci vel reduci. sed potius ne inducaẗ in eã p modũ qui dict est. s. Conduct em̃ ꝛ deductus in ea sup aspidẽ ꝛ basiliscũ ambulat: ꝛ cõculcat leonẽ ꝛ draconẽ. Et h est gl'iosum ꝛ bonũ. Sic em̃ dñs ductus est a spũ vt tentareẗ a diabolo. et per om̃s vias tentatorꝫ ꝛ tentatiõis ingressus est: sed in ipam tentationẽ nullo modo est inductus: In quo nobis dedit exemplum vt sequamur vestigia eius.

Sed libera nos a malo.

Ecce Vltima petitio Que est De amotiõe mali C3
quod psens est sm cãꝫ ꝛ actũ a quo petiẗ h liberatio Et est hic dubitatio grauis: Qꝛ cũ malum fiat omnifariã vt dt Dionysi: Virtus aũt vno mõ tñ ex vna tota ꝛ sola causa: videẗ amplioris diuisionis esse malũ q bonũ. ꝛ sic plures petitões deberent esse de amotiõe mali: q de adoptione boni Et hoc nõ est: qꝛ Quattuor sẗ de adoptiõe boni: ꝛ Tres tñ de amotiõe mali Vlteri queriẗ Quia videẗ q ista petitiõe posita: due pcedentes superfluant. qꝛ si pfecte liberamur a malo: ꝛ debita sũt dimissa: ꝛ in tentationẽ nõ inducimur. Adhuc queriẗ vlterius De quo malo intelligiẗ cum diciẗ [libera nos a malo] Aut enĩ intelligiẗ de malo culpe Aut de malo pene. Si de malo culpe. Cõtra Malũ culpe sufficienter petiẗ remoueri p duas pcedẽtes petitiões. Qꝛ culpe malũ ppetratum petiẗ remoueri p primã. Et qd est in tẽtatõe ꝛ futurũ: petiẗ remoueri p scdam. Et sic ista nõ ẽ necaria. Si aũt de malo pene petitio ista intelligiẗ. Cõtra: Malum pene multũ pmouet ab beatitudinẽ. Ergo si docet nos petere liberari ab illo: docet nos pẽtere ꝯ nos ipos. Adhuc Paulus gl'iatur in illo malo. ij. Coꝝ. xij. g nõ est petendũ amoueri. Adhuc Hoc facit nobis ꝯsortium crucis chri: ꝛ illo non debem petere liberari. Adhuc Impossibile est consequi hanc petitionẽ: ꝛ non complebiẗ nisi postq mortale hoc induerit immortalitatẽ. Sicut dt glo. g frustra petiẗ vt videẗ. Si aũt dicatur sm aliam glo. q petiẗ hic liberatio a malo tentationis que nondũ est: Tunc hec petitio non videẗ

K3

differre a p̄cedente nisi tm̄ materialiṫ. qȝ in p̄ceden
te petiṫ liberatio a tentatione que iam instat. Et in
ista: liberatio ab ea que nondū est: ꝛ ille nō nisi ma
terialem hn̄t differentiā. Si aūt aliqs velit dice-
re ſm Chryſ. ꝙ sic intelligiṫ petitio ꝙ in priori q̄-
dem petiṫ. Ne nos inducat in tentationē. sed quia
vix cōtingit ꝓpter infirmitat̄ hūane fragilitatē ꝙ
non inducamur in tentationē. Ideo sequiṫ ꝙ si in-
ducamur in tentationē: ꝙ nec tūc deserat: sed libe-
ret nos a malo. Hoc est: ab illius in quā inducti
sum⁹ tentatiōis piculo. Sed h̄ videṫ oīno supflu-
um: qȝ nō inducimur in tentationē nisi p pcti ali-
quem actū. ꝛ tunc h̄ est debitū qd̄ an̄ petebam⁹ no
bis dimitti. ꝛ tunc tota ista petitio est supflua. Si
eñ dimittiṫ debitū: liberati sum⁹ a piculo tenta-
tionis in quā sum⁹ inducti. Respōsio Ad hoc di
cendū ꝙ ſm diuisionē nostrā supius inductam
intelligiṫ de malo qd̄ iminet ſm cām ꝛ actū. ꝛ hoc
est malū pene cuiuscūqȝ: ſm ꝙ est cā imminentis
culpe: p̄cipue tale malū est fomes pcti. Sūt aūt et
alie pene ſm ꝙ sunt cā periculi peccati. Et h̄ modo
petunṫ amoueri: p̄cipue a nob: qui infirmitate de-
pressi: de facili per penas labimur in pcm̄. Mat.
xxvj. Spūs qdem prompt⁹ est: caro aūt infirma.
Ad id ergo qd̄ Primo queriṫ de diuisione Di-
cendū ꝙ licet ſm spēs ꝛ indiuidua malum sit am
plioris diuisionis qȝ bonū: tn̄ ſm gn̄a: bonū est
pluris diuisionis qȝ malū. Bonū eñ ꝛ malū ge-
neralissime sumpta nō sṫ in gn̄e: sed sṫ gn̄a aliorū
existētia. Sicut dṫ phus. Qn̄ aūt magis cōtrahiṫ
Bonum ad bonū gr̄e: ꝛ Malū ad id qd̄ adimit
bonū gr̄e: erit bonū amplioris diuisionis qȝ ma
lū i gn̄alib⁹ suis differētijs. qȝ Bonū variaṫ Ad
formā sil'itudinis diuine: ꝛ Ad perfectionē pote-
statis: ꝛ Ad perfectionē opis: ꝛ Ad bonū ꝯseruās
in istis. Malum aūt nō attingit ip̄m nisi ea parte
quā adimit ip̄m in pfectione opis. ꝛ ideo nō ē tan-
te diuisionis in gn̄e sicut bonū. Et ideo etiam pau
ciores penes ipȝ accipiunṫ petitiōes. Sicut patet
in diuisione. Malū eni non possum⁹ accipere p
sil'itudinem ꝯrij ad id cui assimilaṫ bonū. qȝ nul-
lius est sil'itudo: sed poti⁹ priuatio. Non possum⁹
ip̄m accipe ꝓpter impfectionē ptātis: cū non sit in
actu: ꝛ potestatē infirmat. h̄ nō fit nisi p actū defi-
cientē. Et sil'r dicim⁹ de Conseruatiōe. Ad id qd̄
vlteri⁹ queriṫ Dicendū ꝙ nō supfluūt petitōes p̄-
cedētes. qȝ Debitū qd̄ iam est: petiṫ dimitti i Pri-
ma. Scdȝ ꝙ in cā est: ꝛ in actu nō ē: petiṫ dimitti i
Scda. Pena aūt nō ꝑȝ ꝙ pena: ſm āt ꝙ ē i mult̄
inductiuā ꝛ cā culpe: petiṫ amoueri i Tertia. Ad
id aūt qd̄ in cōtrariū obijciṫ Dicendū ꝙ in ꝟitate
pena multū pmouet. ꝛ ſm h̄ non petiṫ liberatio
ei⁹: sed poti⁹ ſm ꝙ est inductiua mali culpe vl'im
pedimenti ei⁹: qd̄ nō est bonū (al's qd̄ est bonum)
Sic eñ fit in (al's a) multis. ꝛ ſm h̄ petiṫ amoueri
Ad hoc ꝙ dṫ Paulus in ea gl'aṫ Dicendū est ꝙ
Dupl'r liberamur a tali pena. Aut eñ liberamur i
toto ab ipsa pena que instat. Aut liberamur a peri
culo in quod p̄cipitat qn̄ cōtemnim⁹: ꝛ gloriamur
in ea. Et hoc est perfectoꝝ sanctoꝝ. Sed id qd̄ an̄
dcm̄ est: est infirmoꝝ. Ad hoc autē ꝙ dṫ Q in
hac vita hoc non ꝯseqmur Dicendū ꝙ simpliciter
quidem ꝛ vniuersaliter non consequimur: sed ſm
modū aliquā penā conseqmur. ſm modū autē di-
co ſm quē impellit in culpā. In aliqua aūt pena:
qȝ ab hac ꝛ illa pena sepe liberamur. Dixit tamen
Christian⁹ beluacēsis ꝙ aliqn̄ in ista petitione ec-
clesia exaudiṫ: qȝ Ante finē mundi Sancti erūt si-
ne originali. Et chr̄s cū eis corpaliter comedēs et
bibens. Et liberi ab omnib⁹ malis p mille ānos.
Sȝ iste error ab Ipomet: ꝛ a Nob ꝛ ab alijs mul
tis cōdemnatus est. Sic igiṫ intellecta petitiōe D3
querim⁹ adhuc Quare dṫ [libera nos a malo]
ꝛ nō: salua nos a malo. Aut fac nos vincere malū
Et ad hoc Dicendū sicut dṫ Chrysost. ꝙ petitio-
nes iste formanṫ ſm ꝙ omnib⁹ cōgruūt. Nō oim
autē est in potētia ꝟtutis vincere malū. sed hoc ē
perfectoꝝ. Nec omino saluamur a malo q̄ȝdiu vi-
uimus: sed sufficit vt liberi ꝛ immunes sim⁹ a ma
li ꝯtagione. Et sic intelligitur petitio. Scdȝ hūc
igitur modū intellecta Dicendū ꝙ homo liberaṫ
a malo Trib⁹ modis ꝓprie ꝛ per Tria adiutoria.
Unū est A cōtagione mali. Scdm est A mali cau
sa. Tertium est A mali defectu. A mali cōtagione
liberaṫ: qui licet in illo malo sit: tamē malum non
relinquit in ipso peccati contagionē. A mali cā li-
beratur qui a pena liberaṫ: que mali est inductiua
A mali defectu liberaṫ: cui malū instans circa rē
ꝛ potestatē operandi bonū: nullam notabilē indu
cit infirmitatē. Et cōtrarijs modis Trib⁹ succum-
bunt malo: illi qui succūbunt. De Prima libera-
tione dṫ Rho. vj. Exhibete vos deo tanq̄ȝ ex mor-
tuis viuētes: ꝛ mēbra vr̄a arma iusticie deo. Pec
catū eñ vob nō dominabiṫ. Q. di. Licet insit cau-
sa peccati: tn̄ dn̄ari non pṫ q̄ȝdiu estis sub gr̄a dei.
Gen. iiij. Subtus te erit appetit⁹ eius. Q. d. Licet
insit cā peccati: ad peccatū non venis nisi velis. qȝ
Deus dedit tibi libertatē: ꝛ subter illam libertatē
est appetit⁹ peccati. qȝ aliṫ peccatū esset necessariū
ꝛ nō voluntariū. De Scda liberatōe dṫ Deutero.
xxxiij. Dn̄s eijciat a facie tua inimicū tuū: dicatqȝ
cōterere. Hoc eñ fit qn̄ ꝛ malū ꝛ cā mali tollitur.
Rho. vl. Dn̄s conteret sathan sub pedib⁹ vestr̄ ve
lociter. De Tertia liberatiōe dṫ Apl's. ij. Coꝝ. xij.
Libenter gloriabor in infirmitatib⁹ meis: vt inha
bitet in me virtus chr̄i. Cū eñ infirmor: tunc for-
tior sum ꝛ potēs. Et est mirabile: Qȝ sicut dṫ Dio-
nysius in Lib. de Diui. no. Malū est infirmitas
modi: ꝛ cōmensuratōis ꝛ armonie. Sicut eñ vi-
dem⁹ ꝙ membrū corpis infirmū: est destitutum.
Aliqn̄ in modo speciei. Sic Oculus destituit⁹ cla
ritate humoris crystallini. Aliqn̄ aūt destituiṫ In
cōmensuratiōe partiū cōponentiū ip̄m. Ut: figu
re cōtinentis ip̄m: in excessu vel diminutōne toti⁹
vel partiū. Uel ex h̄ ꝙ vna alteri non ꝓportionaṫ.
Aliqn̄ āt destituitur In armonia: ꝙ (al's qn̄) nō ē
habēs armoniā ad visum rectū. Et ideo qdam p-
pe: qdam āt longe vident. Ita etiā destituiṫ bonū
anie. Qȝ Aliqn̄ nō habet modū sue spēi ſm ꝟtutē
congruū. Aliqn̄ aūt nō habet cōmensuratiōnē ad
(al's ſm) actū sibi debitū in partib⁹ aie: qȝ Affect⁹
non ꝓportionaṫ bono. sicut intellectus vero. ꝛ sic d
alijs. Aliqn̄ aūt nō habet armoniā debitā. Et in q-
bus nihil hoꝝ ē: ꝛ oia ꝯria ex penis ꝓueniūt: Illi

sunt pfecte a malo liberi ꝛ liberati. ꝛ illi sunt ꝟe li-
berati. Et de his dṫ Judicū. v. Conculca aīa mea
robustos. vngule equoꝝ ceciderūt fugiētis impe
tu. ꝛ per p̄ceps ruentib⁹ fortissimis hostiū. In vir
tute eñ cōcepta cōtra malū: cōculcanṫ mala hosti-
um. ꝛ vngule supbie (quib⁹ vestigia infirmitatis
imp̄mere ꝛ infigere querūt bonos) cadūt: fugien
tib⁹ eis a facie iustoꝝ. Malach. iiij. Calcabit̄ im-
pios cū fuerint velut cinis sub planta pedum ve-
strorū. Trib⁹ aūt infirmitatib⁹ destituunṫ hi q̄ nō
liberanṫ. Unū est Destitutiōe Uoluntat̄. Scdm
est Pusillanimitatis. Tertiū autē est Diminutio-
ne boni naturalis. Uoluntat̄ infirmitas incidit
in mali actū. Pusillanimitatis nimis deijcit i pe-
ne sensum. Sȝ Destitutio natural' boni: de pecca-
to facit ruere in peccatū. Et sic homo in seruitutē
mali deijciṫ. qui nō liberaṫ. De Primo dṫ Hiere.
xiij. Si pṫ ethiops mutare pellem suā: aut pard⁹
varietatē suā: potestis ꝛ vos bn̄ facere cū didiceri-
tis malū. Postq̄ȝ eñ malū longa ꝯsuetudine in
vsum trahiṫ: voluntas ad boni (al's bonū) actum
languēs infirmaṫ. Threñ. j. Abierūt absqȝ fortitu
dine ante faciem subsequētis. Prouer. viij. Fugit
impius nemine psequente. Psal. xiij. Trepidaue-
runt timore vbi nō erat timor. De Scda infirmi-
tate dṫ. ij. Paral. vlṫ. Incuruat⁹ sum multo vin-
culo ferri: ꝛ nō est respiratio mihi. Lu. xiij. Hāc fi-
liam Abrae incuruauit sathanas. ecce decē ꝛ octo
anni sunt. Ps. xl. Uniuersum stratū eius versasti
in infirmitate eius. De Tertia infirmitate dṫ Lu
ce. x. ꝙ spoliauerūt illū: ꝛ plagis impositis abierē
semiuiuo relicto. Iste est filius ꝓdigus q̄ abijt in
regionē longinquā: Ita ꝙ vix cogitauit de reditu.
E3 Lu. xv. Contra hec sunt Tria adiutoria. Et ꝯtra
Primū: est Uirtus cōfortans voluntatē. Contra
Scdm: Bonū gr̄e perficiēs sanitatē. Contra Ter
tium. Antidotū Sacramēti reddēs integritatem
De Uirtute aūt cōfortante voluntatē dṫ Josue. j.
Confortare ꝛ esto robust⁹. Job. iiij. Man⁹ lassas
roborasti: et genua debilia roborasti vacillātes cō
firmauerūt sermones tui. Judith. xiij. Confirma
me dn̄e deus isrl': ꝛ respice in hac hora ad opa ma
nuū meaꝝ. Psal. lxvij. Confirma h̄ deus qd̄ ope-
ratus es in nobis. De Scdo. h̄ est: de bono gr̄e qd̄
perficit sanitatē. Hieṙ. xvij. Sana me dn̄e ꝛ sana-
bor. Psal. cij. Qui ꝓpitiaṫ omnib⁹ iniqtatib⁹ tuis.
qui sanat omnes infirmitates tuas. Eccl. xxxviij.
Unguentarius facit pigmēta sanitatis: ꝛ vnctio-
nes cōficiet sanitatis. De Tertio. hoc est: d Reinte
gratiōe Ja. j. Sitis pfecti ꝛ integri ꝛ in nullo defi
cientes. j. Thes. v. Ut integer spūs vester ꝛ aīa ꝛ
corp⁹ seruēṫ in aduentu dn̄i nr̄i iesu chr̄i. Act. iij.
Fides q̄ per chr̄m est dedit integrā sanitatē istam
in ꝯspectu oīm vestrū. Sic ḡ liberamur a malo. h̄
est liberi efficimur a malo nos detinēte ꝛ instigan
te ad malum. Huic autē orationi subiungitur.
Quod est: vere. Uel Fideliṫ. Uel Ue-
Amen. rū fiat. Quia p certo quicūqȝ hāc ora-
tionem i eo modo quo exposita est dixerit: q̄cquid
petierit impetrabit. Mat. xviij. ꝛ Mar. xj. Amen
dico vob q̄cquid orantes petitis: credite quia acci
pietis ꝛ fiet vobis. Uel in ipso petito. Uel in alio
quod vobis melius est: quia nescimus quid me-
lius sit nobis. Sed ipse pater ꝓuidet nobis ꝛ dat
nobis id qd̄ magis expedit. Dicitur tn̄ ꝙ Quat-
tuor exiguntur ad hoc ꝙ oratio exaudiatur. Q fi-
at Pro se: Pie: ꝛ Perseuerāter: ꝛ Ad salutē. Pro
se. Quia licet vnus possit alij mereri primā grāȝ:
Sicut Stephanus diciṫ impetrasse primā grām
Paulo: tamen sepe non audiṫ orans pro alio: eo
ꝙ peccata alterius impediunt orationem. Sicut
j. Regum. xvj. Quousqȝ tu luges saul: cū ego ab-
iecerim eum. Hiere. xj. Noli orare pro popl'o isto:
ꝛ ne assumas pro eis laudem ꝛ orationē: quia nō
exaudiam te. Hierem. vij. Tu ergo noli orare pro
populo hoc: ꝛ non assumas pro eis laudem ꝛ ora-
tionem: ꝛ non obsistas mihi: quia non exaudiam
te. Pie etiam orandum est si exaudiri debeat. Jo-
annis. ix. Scimus quoniam peccatores deus nō
audit. sed siquis dei cultor est ꝛ voluntatē eius fa
cit hunc exaudit: Amos. v. Aufer a me tumultum
carminum tuorum: ꝛ cantica lire tue nō audiam.
Esa. p̄mo. Cum multiplicaueritis orationem non
exaudiam. Threnorum. iij. Opposuisti nubem ti-
bi ne transeat oratio. Perseuerāter etiam debet pe
tere. Unde Luce. xj. Si perseuerauerit pulsans di
co vobis. etsi nō surget eo ꝙ amicus eius sit: pro-
pter improbitatē tamen eius surget: ꝛ dabit ei q̄t-
quot habet necessarios. Jacob. qnto. Multū va
let deprecatio iusti assidua. Luc. secūdo. Que non
discedebat a templo ieiunijs ꝛ obsecrationib⁹ ser-
uiens die ac nocte. j. Timoth. qnto. Speret i do-
mino: ꝛ instet obsecrationibus ꝛ orationibus die
ac nocte. De eo autem quod debet esse ad salutem.
ij. Corinth. duodecimo. Ter dominum rogaui vt
discederet a me: Et dixit mihi dominus. Sufficit
tibi gratia mea. Quia enim non petijt ad salutem
non fuit exauditus. iij. Regū Decimonono. Ob-
secro domine tolle animam meā: orauit Helias
ꝛ non fuit exauditus. Similiter Jone q̄rto. Tol
le queso animam meam a me: quia melior est mi-
hi mors q̄ȝ vita. Et multa alia talia sunt in sacra
scriptura. Quando autem est ad salutem: semper
exaudit deus suos. Hebreorū quinto. In omni-
bus exauditus est pro sui reuerentia. Hoc enim
dictum est de christo gratia membrorum. quia p
se exorare nō indiguit. Hoc igiṫ est ꝙ dṫ [Amē]
Quia si ita fiat oratio semper exauditur a patre q̄
est in celis.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: Dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. F3

Ecce ponit hic Condicionem ad vnam de Se-
ptē petitionib⁹. Et hec est Prima inter eas qui-
bus petitur Amotio mali. Causa autē huius est
que accipitur ex precedentibus ſm Chrysostomū.
Quia Sapiētie sexto dicitur. Q pusillum ꝛ ma-
gnū ip̄e fecit: Et eq̄liter est ei cura de omnibus.
Et ideo Patri nostro celesti equaliter omnes su-
mus coniuncti: et vnum audit sicut alium. Et ido
non potest vnum audire cōtra quem clamat ali⁹

Unde Jaco.v. Clamor eorū in aures domini sabaoth introiuit. Psal.xcviij. Inuocabāt dn̄m et ipe exaudiebat eos. Alia ratio est hui⁹. qr Taliter orās nō est filiis patri celesti: sicut dictū est supius Diuidit autē hec pars in Duas ptes: Ita q̄ i Prima ponit ꝯditionē affirmantē. z in Secūda: negātem. Ibi [Si autē nō dimiseritis] In Prio hoꝝ Duo sunt pagraphi. In quoꝝ Prio tāgit Quattuor. Quoꝝ Primū est Dimissio. Secūdū autē est Infirmitas inclinās ad dimissionē: ex pte ei⁹ cui dimittit: cū dicit [hominib⁹] ab humo dictis z infirmis. Tertiū est Quid dimittit qr [peccata] Nec vnū nec duo: sed q̄tquot in nos peccauerūt. z ideo numerū nō determinat. Quartū est Culpabilitas eoꝝ quib⁹ remittēdū est: cū dic [eorū] Q.d. Quantūcunq; sint culpabiles qr eoꝝ sunt peccata q̄ nullo merito vos fieri pcurastis. In Secūdo pagrapho etiā Quattuor tāgit. Remissiuū vicz ex pte remittētis nobis: cum dic [Pater vester celestis] Scōm est Remissio pfecta: cū dic [dimittet] Tertiū est Infirmitas nr̄a. q̄ inclinat vt facili⁹ remittat: cū dicit [vobis] Quartū z vltimū est Accusabilitas z generalitas: cū dic [peccata vestra] Dicit igit [Si enim dimiseritis] Videt autē incōueniēs quod dr. Quia Factū dei nō debz depēdere a facto hoīs. z ideo factū dei debz p̄cedere factū hoīs: z esse antecedēs ad ipsum. Adhuc Hō nō pōt dimittere nisi de⁹ det grām dimittēdi. Quid est ergo q dicit. Si eni dimiseritis. Et dicendū ad h̄ q factū dei nō depēdet ad factū hoīs: sed hō bene ponit obicē deo ne opetur circa ipm. Et hoc notat cū dicit [Si eniz dimiseritis] Si eni odiū deponit: tūc deus obicē nō inuenit: z tūc dimittit. Et ad aliud dicendum: q grā nobis nunq̄ deest ex pietate patris celestis. Sed nos aliqn̄ ex iniquitate ppria desum⁹ gratie: Sicut dicit Heb.xij. Videte neq̄s desit grātie dei: nequa radix amaritudinis sursū germināns impediat: z p illā inqnent multi [hominibus] Ecce Scōm pmi pagraphi Et est sensus [Hominibus] q̄ ex humo infirmi sunt: z de facili pvocabiles ad offendendū: z ideo facili⁹ est eis ignoscendū. Job.xiij. Cōtra foliū quod vēto rapit ostēdis potentiā tuā: z stipulā siccam psequeris. Scribis eni ꝯtra me amaritudies: z cōsumere me vis peccatis adolescētie mee. j. Corin.iij. Cum sit int vos zelus et contentio: nonne estis homines: z sm hominem ambulatis. [peccata] que facta sunt in vos. Canticorū.j. Filij matris mee pugnauert contra me [eorum] hoc est: quorū ipi causa sūt. etiāsi nihil nos meruimus mali apud ipos [dimittet z vobis] Hoc patet per ante dicta: quia si dimittam⁹: assimilamur patri celesti. z tūc operatio indulgētie sue locū habet circa nos.

Si autē nō dimiseritis hoīb⁹: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra

Iste est Secundus pagraph⁹ p oppositū prioris. Et planius est tā ad diuidendū q̄ exponendum. Matth.xviij. Sic pater me⁹ celestis faciet vob si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Hec igit dicta sunt de Orone z conditione que additur a domino.

Cum autem ieiunatis.

Executis duab⁹ partib⁹ Justicie: Elemosyna videlicet z Orone Tangit h̄ de Tertio. hoc est d̄ Jeiunio: per qd̄ fit Justicia de corpe. Et hz hec pars Duos pagraphos. B5 In q̄ꝝ Primo Malum modū ieiunij excludit. Et in Scōo Includit bonum Ibi [Tu aūt cū ieiunas] In Prio hoꝝ pagphorū Tria continent. Quoꝝ Primū est Mali madi circa ieiuniū inhibitio. Scōm aūt Mali modi descriptio. Tertiū aūt Inutilitas i tali ieiunio ꝯfirmatio. Et hec patēt in lr̄a. In Primo horum Duo ꝯtinent. Quoꝝ Primū est Jeiunij suppositio. Scōm aūt Mali modi circa ieiuniū suppositū exclusio. De Prio dr [Cū ieiunatis] Et in h̄ notant Tria. Quoꝝ Unū Q nō sp ieiunat. Et h̄ notat: innuēdo distinctiōez tpis cū dr [Cū] Q.d. Nō sp ieiunatis: qr nō potestis. qr nimis exiccaret corp⁹ per abstinentiā: tā tēpis q̄ etiā qualitate nutrientiū. Sz qn̄ ieiunatis cuitate malū moduz. Scōo Innuit ieiuniū nob debere esse volūtariū. Illa eni dicimur facere: q̄ꝝ p liberā volūtatē dn̄i sum⁹. Et h̄ innuit p subintellectū Suppositū vbi Tertiū aūt ē Ipum ieiuniū: qd̄ p rē vbi intelligit. De Prio hoꝝ Nota Q p̄ceptū de Jeiunio est p̄ceptū affirmatiuū. Et ido nō ad sp obligat: sz ad q̄dam tpa ab eccl'a determinata. Zacha.viij. Jeiuniū q̄rti z ieiunium q̄nti z ieiuniū septimi z ieiunium decimi erit domui Jude in gaudiuz z i leticiā z i solēnitates p̄claras. Ista aūt diuisio tpis ieiunij fit ideo: qr intētio dei z eccl'e ē. nō vt ieiunio extinguat natura siue calor natal': sine q̄ nō ē vita: sz vt domet pestis libidis. z ido p̄cipit abstineri a facientib⁹ libidinē. Sic a carne. z his q̄ vicina sūt carni. que sūt oua: qr cōuertibilia sūt in carnē. Et ab his que eliq̄ta sūt ex sanguie bn̄ digesto aīaliū. Sic est lac z lacticinia. Et pmittit nutriri his q̄ sūt remotiora a carne. Sic semib⁹ z his q̄ fiūt ex semie. Et licet ꝯcedat vinū qd̄ calidū ē: tn̄ h̄ est magis cib⁹ q̄ pot⁹. Et ido cū miscet frigidis: qb⁹ tpe ieiunij reficimur: tpat e⁹ calor: z in h̄ ꝯdescēdit hoi ne nimis infrigidet. Pisces aūt q̄ cōcedunt sūt frigidi z viscosi: z nō libidinē accendentes. Dan.x. Triū hebdomadarū diebus panē desiderabilē non comedi: z caro z vinū nō introierūt in os meū. Licet autē species concedant: hoc fit ad dissolutionē viscositatis z subtiliationis ciborū. quia aliter morbos graues z mores graues ex melancholico sanguie generarent. Et ideo etiam tales species magis sunt medicina q̄ cibus. Hoc igit dictū sit de tempore Tempus aūt Duplici ꝯsideratōe determinat ecclesia. Generalis scz quadragesime: in quo (al's q̄) est anni decima: accipiens formam a christo z Moyse z Helia. Sicut in ante habitis dictum est. Et ponit hoc tempus in principio Ueris: quādo humores humore hyemis mltiplicati: z frigore hyemis repressi: calore Ueris fluere incipiunt in humore iuuari. Tunc enim humores libidinem magis nati sunt facere z morbos: z tunc congruit esse nature z gratie corpora desiccari per longum ieiunium z maceratiuū. Alia ꝯsideratio est generalis eccl'ie sm quartas anni: qr tunc sm q̄rtas āni etiā mouent humores: z moti inducūt libidinē. Et q̄a tunc particulariter mouent: per partia ieiunia: obuiat eccl'ia ieiunijs quattuor tempoꝝ. Un̄ Leuit.xvj. dr de talib⁹ ieiunijs. Affligetis aīas vestras. z Leuit.xxiij. Omnis aīa que afflicta nō fuerit peribit de populis suis. Hoc igit dcm̄ sit de temporib⁹ ieiunioꝝ. Alia eni ieiunia diuersis de causis particularib⁹ fiunt: z a diuersis diuersimode obseruant. Debet autē ieiuniū nob esse voluntariū: Sicut dr Psal.xxxiiij. Humiliabā in ieiunio animā meā. j. Esdre.viij. Jeiunauim⁹ z rogauim⁹ deum: z euenit nob pspere. Hester.iiij. Ego ieiunabo: z tunc ingrediar ad regē. Tertiū est Ipsū ieiunium qd̄ est maceratio carnis ex Duob⁹. Scz. Ex Tēpore: z Qualitate ciborū. Ex Tēpore. qr cū. s. dcm̄ sit q tēpus comestionis est i Sexta: perabit ieiunij tēpore vsq; ad nonā: z tunc corp⁹ exiccatur. Ex Qualitate aūt ciboꝝ: sicut paulo ante dixim⁹. Unde actuū.x. dr Cornelius. Jeiunans erā orans hora nona i domo mea. Psalm̄.cviij. Infirmata sunt genua mea a ieiunio: z caro mea immutata ē propter oleum. Hoc est: pinguedinez amissam ex maceratione. Hoc est ergo quod dr [Cum autem ieiunatis] Sequitur

Nolite fieri sicut hypocrite. tristes.

In ista mali modi inhibitiōe tangit Tria. Pri-
D5 mū Inhibitio eius qd̄ in nob est cum dr [Nolite] Hoc est: volūtas sit ꝯrij: etiamsi tristicia sit ex maceratiōe. Scōm est Id qd̄ phibet. Hoc ē [fieri tristes] Tertiū est Malus mod⁹: dicēdo [sicut hypocrite] Non eni voluntarie talia nobis signa pcurare debem⁹. Licet eni necesse sit hominē destitui in maceratiōe longa ieiunij. tamē voluntas nō debet esse hui⁹. Sz potius gaudium d̄ obsequio dei. ij. Coꝝ.vj. Exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros in ieiunijs mult. Ministeriū eni dei debet esse volūtariū: z nō tristicia afflictionis. Esa.lviij. Nunqd tale est ieiuniū qd̄ elegi per diem affligere hominē aīam suaz: z cōtorquere q̄si circulū caput [fieri tristes] Ecce Scōm. Et ē aliud Esse tristes: z aliud fieri tristes. Necesse est eni per longū ieiuniū esse tristem. qr hoc est ꝯsequens nature destitutionē. Fieri aūt tristes: est effect⁹ e⁹: Quod est: Nos facere tristes p imposturas cū nō simus. qr Quod fit nō est: vt dr Arist. Et h̄ est qn̄ nobis facim⁹ signa tristicie: cum tn̄ ex natura per ieiuniū destituta non habeam⁹. Ecci.xij. Etsi humiliatus vadat curuus: abijce animū tuū z custodi te ab illo [sicut hypocrite] Ecce Tertiuz: In quo remouet malā formā hypocritarū. Hypocrisis eni semp mendax est: z aliud simulat z aliud est. Prouer.xj. Simulator ore. hoc est vultu: decipit amicū suū. Justi aūt liberabunt scientia. Sciētia enim est conscientia bene conuersans

Exterminānt eni facies suas: vt pareant hominibus ieiunātes.

Hic describit Modū hypocritaꝝ q̄lr se faciūt tristes. Et dr Duo. Primū ē Qualr se tristes efficiūt. Scōm ē Quare h̄ faciūt De Prio dr [Exterminānt ei fa. su.] h̄ est: ex terminos coloris et ꝯsistentie naturalis faciūt: z ponūt p imposturas quasdā. Job.viij. Cū adhuc sit in flore nec carpat manu: ante oīs herbas arescit. Sic vie oīm qui obliuiscunt deū: z spes hypocrite pibit. Hypocrita eni est in flore nō destitute nature in occulto: nec carpit manu aspere pnie: sic alij virores tectoꝝ qui per herbas scant. etn̄ simulata pnīa arescit. Ps cxxviij. Fiant sic fenum tectoꝝ: qd̄ priusq̄ euellat exaruit. Tectoꝝ eni est: qr lōge z in ꝑpatulo volūt videri [vt pareāt] Ecce q̄re faciūt vt pareāt. h̄ est appareāt [hoīb⁹ ieiu.] Bene dr [hoīb⁹] quia de deo nō curāt: nec ille facie decipi pt sicut homies. j. Reg.xvj. Hō videt ea q̄ sūt foris: de⁹ aūt intuetur cor. Infra ca.vij. Ueniūt ad vos i vestimētis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Amen dico vobis: receperunt mercedem suam.

Hic tāgit p ꝯfirmationē Assertio vacue mercedis. Un̄ pmittit assertionē in ꝯfirmatōne cum dic [Amen] z In dicto vitatis: cū dr [dico vo.] Et subdit vacuitatē mercedis: cū dr [receperūt mercedē] qr laudē q̄rebāt: ido laudantib⁹ hoīb⁹: mercedē habuerūt quā voluerūt. Et dr [suā] Qr adhuc expectabūt mercedē iusticie vindicātis: quam nō voluerūt. Sap.ij. Nō sperauert mercedē iusticie: nec iudicauerūt honorē animaꝝ sanctarum.

Tu autē cum ieiunas vnge caput tuū: et faciē tuā laua: ne videaris hominibus ieiunans.

Ecce Scōs pagraph⁹ In q̄ exclusa forma ma- I5
la includit formā debitā ieiunij. Et dr Tria. Primū est qd̄ ptinet ad abscōsionē corā hoīb⁹. Scōz ē qd̄ facit placere pri spūs: z i occultis. Tertiū ē De remūeratōe mercedis. Et hec patēt i lr̄a. In Prio hoꝝ dr Tria. Prio eni Supponit ieiuniū debito tpe debere fieri. Scōo: ponit Occultātia ieiunij. Et Tertio: sub iungit Cām. Q aūt ieiuniū debet fieri innuit cū dr [Tu] In q̄ notat debere esse voluntariū. Nō sic Simō crucē portauit i angaria: Sic ieiunāt Tria gn̄a hoīm. Scz. Repleti ne suffocent. Auari vt ditent. Hypocrite vt laudent. qr alit nō laudant. Et illi p deuotōez nō sūt cā sui ieiunij: nec ieiunāt deo. Zach.vij. Cū ieiunaretis z plangeretis in q̄nto z septio mēse p hos septuagita annos: nūqd ieiuniū ieiunastis mihi: Q.d. Nō: sz vobismetipsis. Et cū comedistis z bibistis: nūqd nō vobismetipsis comedistis z bibistis: Q.d. Sic: z nō mihi. Qr nō comedistis z bibistis vt fortiores essetis in obseq̄o meo: sed poti⁹ vt aliqd vob inde cōmodi vl' laudis pueniret. Propt medicinā ei abstinēs vult ꝯseq̄ sanitatē: qr dr Ecci.xxxj. Uigilia z tortura z cholera viro infrunito: somn⁹ sanitatis in hoīe parco. Dormiet vsq; mane: z aīa illi⁹ cū ipo delectabit Ecci.xxxvij. Noli auid⁹ eē i oī eplatōe. z nō te effūdas sup oēm escā. In multis eni escis erit

infirmitas z auiditas appropinq̃bit vsqz ad cho
leram. Propter crapulā multi obierūt. Qui autem
abstinēs est adijciet vitā. Hoc qdē ieiuniū est bo-
num sed nō est satisfactiuū. quis sit virtutis act⁹
aliq̄n: que (al's qui) mediū ɔsiderat quo ad suffi-
ciēs nature. Ieiuniū aūt auari est vt pl⁹ habeat. qr
de bonis suis nō audet saturari. Eccl'es. vj. Aliud
malū quod vidi sub sole: z qdem freq̄ns apd ho-
mines. Uir cui dedit de⁹ diuitias z substantiā et
honorē. z nihil deest aīe sue ex omnibꝫ que deside-
rat. nec tribuit ei ptātem deus vt comedat ex eo. sz
homo extrane⁹ vorabit illud. h est: vanitas z ma-
gna miseria. Hypocrisis aūt mendax necessitatē
habz suppositōis. quia nisi ieiunet nō habebit lau
dem quā intēdit: sicut dixit pharise⁹ Lu. xviij. Ie
iuno bis in sabbato. Egens etiā ieiunat ex necessi-
tate: qr nō habet. j. Cor. xj. Alius qdē esurit: alius
aūt ebri⁹ est. De his ieiunijs est versus.

Ieiunāt: iustus: medic⁹: simulator: auarus.

Uel sic.

Abstinet: eger: egens: cupid⁹: gula: simia: virt⁹.
De his omnibꝫ dicit simul Esa. lviij. Quare ieiu-
nauim⁹ z nō aspexisti. humiliauim⁹ aīas nr̄as et
nescisti. Ad hec ergo excludēda dicit. [Tu autē.]
G Hic incipit pars que est de laude Centurionis. Et diuidit in Duo. In quoꝝ Prio ponit De causa laudis. Et in Scdo ponitur ipsa laudatio: Ibi [Audiens aūt hoc Jesus] Et tangunt Duo. Primū est accepta fiducia ex allocutiōe dn̄i: que ostēdit in verbis euāgeliste cū dicit [Rn̄dens Centurio ait illi] Rhom.ix. O hō tu qs es vt respōdeas deo. Et ideo intelligit ꝙ p̄cedentia vba p intercessores ꝓposuit. Sed mō accepta fiducia p seipsum rn̄dit. Secundū est ipsa Rn̄sio. Et in hoc Quattuor cōtinent. Quoꝝ Primū est Humilis sue indignitatis recognitio. Secundū est Facilis et ad nutū vtutis dei opatio. Tertiū Creature ad creatorē fm obedientiā plena ⁊ cum effectu subiectio. Quartū Huiꝰ p simile psuasio. In Prio aūt horum rursum Duo cōtinent. Quoꝝ Primū est Sui ad dn̄m recognitio indignitatis. Secundū est In vsu rex huiꝰ mundi parcitas sustentatōis De Primo dicit [Dn̄e non sum dignus] j. Pe.v. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tempore visitationis. Jaco.iiij. Humilibus dat grām [vt intres sub tectū meū] Ecce q̄ȝ parca sustentatio ex vsu rei familiaris. Princeps eni existens: habitationē non vocat domum sed tectum: qō solū est defendēs ab incōmodis aeris. Nec palatium puto eum habuisse: qui apud dn̄m quem libenter honorasset: et quem nihil latere putauit: non nisi de tecto facit mētionē: Jam imitans ipm dn̄m qui reclinatus cum nasceretur fuit in p̄sepio. quia non erat ei locus in diuersorio Hiere.xxij. Ue q̄ dicit: Edificabo mihi domū latam et cenacula spaciosa. qui apit sibi fenestras et facit laq̄aria cedrina: pingitq̄ȝ synopide. [Sed tm̄ dic verbo] Ecce recognoscit facilem ad nutum vtutis dei esse opationem. Ex plena fide sciuit iam illud Sap.xviij. Oīpotens sermo tuꝰ dn̄e exiliens de celo: a regalibus sedibꝫ venit. Et Ibidē xvj. Oīpotens sermo tuus dn̄e sanat oīa. Ps. cxlviij. Ipse dixit et facta sūt [et sanabitur] Credidit iste tātū subiectionis q̄libet habere creaturam ad deum ꝙ verbo suo simplici omnis mutatio fieret in creaturis ⁊ ad vitā ⁊ ad mortem. Job v. Ipse vulnerat ⁊ medet: ꝑcutit ⁊ manus eius sanabunt. Hiere.xvij. Sana me dn̄e ⁊ sanabor: saluum me fac et saluus ero.

Nā et ego hō sum sub potestate cōstitutꝰ habēs sub me milites: et dico huic vade: et vadit. et alio veni: et venit. et seruo meo: fac h et facit.

Ecce psuasio p (al's fm) similitudinē. et fm Chrysost. attendit similitudo inter ptātem chr̄i inq̄ȝtuȝ homo est: et ptātem Centurionis. Quia sicut Centurio sub potestate erat impatoris vl' p̄sidis vel alteriꝰ cuiuscūq̄ȝ fm ordinatā ptātem: Ita ptās chr̄isti homis erat sub ptāte patris. Et sicut nō p̄iudicabat ptās supior in Centurione ptāti inferiori q̄ minus militibus iubendo diceret: vade vel veni: Ita non p̄iudicaret ptās patris potestati chr̄i: q̄ minus posset p̄cipe angelis quibꝫ dispserat ministeria hoīm: et per eos frequenter pficit corpales sanitates hoīm. Sicut Joan.v. Descendit angelus mouens aquā et tunc sanabat qui p̄mus descendit in aquam. Adhuc ex supiori potestate nō p̄iudicabat centurioni qn̄ p̄cipet seruis de faciendo vel non faciendo. Et simil'r ptās supior patris nō p̄iudicabat christo quin ad nutum p̄cipet creaturis corpalibꝫ de omni eo qō vellet ad sanitatem ⁊ (al's vel) egritudinē: ⁊ ad vitam: ⁊ ad mortē. Et in his notat ꝙ non solū magnā ⁊ humilē: sed valde habuit iste fidem distinctā. Quattuor q̄ notantur in ista sil'itudine. In hoc eni ꝙ dicit [Nam ⁊ ego homo sum sub potestate ꝯstitutus] Nota similitudinē ptātis chr̄i homis ad eam que sup eū erat potestatem patris. In hoc aūt ꝙ dicit [habēs sub me milites] notat similitudo ptātis chr̄i sup angelos. In hoc eni ꝙ dr̄ [et seruo meo fac ⁊c̄.] notatur sil'itudo potestatis christi sup creaturas corporeas. Dicit ḡ [Nam et ego] in humanis sicut tu inq̄ȝtuȝ homo es in diuinis [hō sum sub potestate] altiori [constitutꝰ] Ps.lxv. Imposuisti hoīes sup capita nostra. Rhom.xiij. Oīs aīa potestatibꝫ altioribus subdita sit. De christo autē Joan.xiiij. Pater maior me est. Joan.v. Ptātem dedit ei iudiciū facere quia filiꝰ hoīs est: nolite mirari hoc [habens sub me milites] Minimꝰ centum militibus p̄erat: et maximus mille. Unde etiam Centurio dicebat. De christo aūt dicit Job xxv. Nunqd est numerꝰ militū eius: et sup quem nō surgit lumen eiꝰ [Et dico huic vade et vadit et alio veni et venit] Notat similitudineȝ euntium ⁊ redeuntiū angeloꝝ ad deū cum votis hoīm: et ad hoīes cum gratia ⁊ illuminatiōe diuina. Sicut dr̄ Joan.j. Uidebitis angelos ascendentes ⁊ descendentes sup filiū hoīs: sicut patȝ in p̄ncipio Zacharie [et seruo meo fac hoc ⁊ facit] Notat qualiter seruilis creatura q̄ ē corpea subijcitur creatori. Ps.viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues ⁊c̄. Hester.xiij. Dn̄s vniuersoꝝ tu es. Ps.cxxij. Ecce sicut oculi seruorū in manibꝫ dominoꝝ suoꝝ ⁊c̄.

Audiens autem Jesus miratꝰ est ⁊ sequentibus se dixit: Amē dico vobis: non inueni tantam fidē in Israel

H Hic ponit Ipsa laudatio. Et dicuntur h Duo Quoꝝ Primū est De Ammiratiōe auditus fidei Secundū aūt est De Ipsa laude: Ibi [Amen dico vobis ⁊c̄.] Sed de p̄mo est obiectio Qualiter chr̄s audiens ammiratus sit: qui oīa sciuit anteq̄ȝ audiret: et de nullo ammirari potuit. quia Ammiratio est stupor q̄dam in eo qō ita magnū est ꝙ vltra facultatem cognitionis ⁊ opis eiꝰ q̄ ammirat. et nihil ita excedit christi facultatē. Et dicendū ad hoc ꝙ Duplex scientia est in christo. Infusa sibi a patre fm hoīem. et In qua natus est a patre fm deum Et fm neutrā istaꝝ ex auditu ammirari potuit. Est aūt adhuc in ipso scientia expimentalis q̄ audiuit quod añ p illū modū nesciuit: lȝ alio modo sciuerit. Et de hac dicit ꝙ audiuit. Ammiratio aūt sua non fuit stupor cordis vt in nob. Sed potius ostensio qua alijs oñdit esse virum mirabilē in hoc ꝙ ad modū mirantis se habuit. Simile huic dr̄.ij. Mach.vij. Supra modū autē mater mirabilis ⁊ bonoꝝ memoria digna. Esa.lx. Mirabit ⁊ dilatabit cor tuū qn̄ ꝯuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētium venerit tibi. Iste eni p̄nceps gentilis de fortitudine gentium aduenit: sicut ⁊ tres magi. Et ideo subiungit de ipā laude. Et Primo tangit apud quos laudauit dicens [Et sequentibus se dixit] Cum aūt non dicant eum sequi nisi discipuli Querit: Quare non laudauit eum apud oēs: sed apud discipulos tm̄. Et ad hoc dicendū ꝙ si hoc verbum in cōe (al's cōmuni) ptulisset: multos turbasset iudeoꝝ: eo ꝙ fidem gētilis: fidei eorum p̄tulisset. et hoc facere noluit. j. Coꝝ.x. Sine offensione estote iudeis ⁊ gentibus ⁊ eccl'ie dei. Sicut ⁊ ego vbiq̄ȝ ⁊ in oībꝫ placeo non querens quod mihi vtile est: sed qō multis vt salui fiant. Deinde ponit Laudē. Et dicit Tria. Primo eni Tangit laudē istiꝰ de fide. Secundo Predicit vocationē gentiū futurā per apostolos. Tertio Predicit futurā excecationē et eiectionē futurā Judeoꝝ. De Primo dr̄ [Amen dico vobis] Quod Cōfirmatio ē sermōis: sicut patet ex prebabitis [Nō inueni tantā fidē in israel.] Rhoma.j. Gratias ago deo meo per Jesum christum: q fides vestra annūciat in vniuerso mundo. Ecci.xlv. In fide ⁊ lenitate ipsiꝰ sanctū fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Sed videt dubitabile dictū. q in israel inuenit fidem patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ q̄ maior fuit q̄ȝ istiꝰ. Si aūt dicas cum glosa: ꝙ loquit fm p̄ntem statum. Cōtra. fm statū p̄ntem inuenit fidem Apl'oꝝ ⁊ gloriose virginis Marie. Ad hoc dicendū ꝙ fides dr̄ magna dupl'r. Intēsiue scȝ: et Facilitate credēdi. Et bn̄ potest esse ꝙ Intensiue maiorē inuenerit in q̄busdam iudeis fm statum p̄ntem. Sed q̄ ad facilitatem credendi non inuenit tantā. quia Judei inducti ⁊ edocti per scripturas crediderūt. Iste autem non. Uel dicat ꝙ non includit eos quibꝫ loq̄batur. sed alios de israel. Sicut cōsuetum est Cū dicimus quibusdā fidelibus iudeis. Non inuenta est tanta fides in iudeis quanta in gentibus. Et

ideo Judei dicunt feces q2 eliquatis electis fidelibus: alij q̄si nihil rōnis z oīno nihil fidei habuert Esa. xlix. Parū est mihi vt suscites mihi trib9 Jacob z feces isrl' cōuertēdas. Dedi te in lucē gentiū vt sis salus mea vsq3 ad extremū t̄re. De his ḡ fecibus h loquebatur.

Dico aūt vobis q multi ab oriente et occidente venient: et recūbent cum Abraā: Jsaac. et Jacob in regno celorum.

Ecce Subiungit de futura gentiū vocatiōe. Dicit aūt Tria. Multitudinē vic3 vndecūq3 venientiū. et Quietē eorū in pmissionib9 patrū. et Collectionē eorundē in vnū christi regnū. Multitudinē aūt venientiū describit Dupl'r. A Multitudie cum dr [multi] Esa. lx. Leua in circūitu tuo oculos tuos z vide: oēs isti congregati sunt: venerunt tibi. Hiere. xxxj. Inter q̄s erunt cec9 z claudus: p̄gnans z pariens: simul cetus magnus reuertentiū huc. Deinde tāgit aduersitatē locorū de q̄b9 veniūt cum dicit [Ab oriēte et ab occidente] Esa. xliij. Ab oriente adducā semen tuū z ab occidente cōgregabo te: dicam aqloni da: et austro noli phibere. Hiere. xxxj. Ecce ego adducam eos de terra aqlonis: et congregabo eos ab extremis terre. Sed tunc querit Quare nō nomiat nisi duas plagas celi: cum alibi dicat A q̄ttuor ventj celi esse congregādos. Ad hoc dicendū q in celo est Duplex Oriens. z Duplex Occidēs: f'm motū rectum vic3 circuli eq̄noctialis: z f'm motū obliquū circuli signoꝝ. Scd'3 motū rectū circuli eq̄noctialis: orit sol z quelibet stella sup circulū orizontis: quādo in mane emergit: z occidit in sero sub eundē qn̄ declinat ad occasum. Et f'm hanc distantiā duoꝝ punctoꝝ tota terre lōgitudo distinguitur. Scd'3 motū aūt obliquu3 oritur sol z cetere stelle quando ascendere incipiūt a puncto capricorni: z continue ascendūt a meridie in aqlonē sup polos orbis signoꝝ rotati: donec pueniūt ad pūctū cancri in aqlonē. Occidūt aūt qn̄ descendūt a puncto cancri in aquilone cōtinue rotati vsq3 ad punctu3 capricorni in meridie. Et f'm hec duo pūcta distinguit celi z terre lōgitudo z latitudo. Et f'm hoc in cōmuni sumēdo oriens z occidēs intelligit toti9 terre lōgitudo. Apoc. vij. Vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oībus gentib9 z tribubus z populis z linguis: stantes an̄ thronum Aliter pōt dici: sed nō ita cōuenienter q tota terre longitudo que est inter oriens z occidens habitat Sed nō tota latitudo q̄ est inter meridiē z aqlonē habitabilis est. Sed tm̄ climatū latitudo que septem z parū vltra tunc sunt dep̄hensa. Et ideo tāgit puncta longitudinis. Malach. j. Ab ortu solis vsq3 ad occasum magnū est nomē meū in gentibus z in omni loco offert noī meo oblatio munda. Ps. cxij. A solis ortu vsq3 ad occasum laudabile nomē dn̄i [et recumbent cū Abraā: Jsaac et Jacob] Recubit9 iste dicit q̄etem in pmissionib9 patrū: q2 in his trib9 pfecta pmissio de semine nascituro. Sicut diximus in pncipio hui9 libri. Quia in Abraam facta est pmissio. In Jsaac aūt distinctio coꝝ q̄ ad pmissiones ptinēt In Jacob aūt ptinentiū ad pmissiōem plena benedictio Et quia hec exigunt ad pmissionē: Ideo hos tres cōmemorat p̄ alijs. Eph. iij. Reuelatū est sanctis apl'is z p̄phetis in spū esse gentes coheredes z cōcorpales z cōparticipes pmissionis in chrō Jesu p euangelium. Rhom. xv. Dico chrm̄ Jesum ministrū fuisse circūcisionis ad cōfirmādas pmissiones patꝝ: gentes autē sup misericordia honorare deū. Sicut scriptū est Letami gentes cū plebe ei9.

Filij autem regni eijcientur.

Hic dicit futuram Judeoꝝ eiectionē. Et h dicit Tria. Naturā: Electionē a p̄missis: et Miseriam loci in quē p̄ijcient. J Naturā tāgit qn̄ dr [Filij autē regni] hoc est nati in regnū ex hereditate patꝝ si non degenerassent. Rho. xj. Scd'3 electionē charissimi propter patres. Ab hac autem generatione degenerauerunt. Sicut dicitur Esaie. j. Ve gēti peccatrici: p̄pl'o graui iniquitate: semi nequam: filijs sceleratis: dereliquerūt dn̄m: blasphemauerunt sanctū israel: abalienati sunt retrorsum [Eijcient] Ecce expulsio cōtra spem pmissionū. Ps. v. Scd'3 multitudinē impietatu3 eoꝝ expelle eos qm̄ irritauerūt te dn̄e. Hiere. xxiij. Vos estj onus dn̄i: proijciam q̄p̄pe vos dicit dn̄s z p̄phetas z sacerdotes et populum.

In tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.

Hic determinat Miseriā in quam p̄ijcient. Et sunt Tres. z Quarta p̄supponit tanq3 hoꝝ trium causa. Tenebre aūt exteriores sūt tenebrosus carcer inferni. Flet9 significat fumū incēdij. et Stridor dentium algorem gelicidij. His p̄supponuntur Tenebre interiores excecati animi sine cordis De qua dr Esa. vj. Exceca cor popl'i hui9 z aures eius aggraua: et ocl'os eius claude: ne forte videat ocl'is suis z aurib9 suis audiat: et corde suo intelligat: et conuertat z sanem eum. Sap. xvij. Dū putant se latere in obscuris peccatj: tenebroso obliuionis velamento: dispsi sunt pauentes horrende: et cū ammiratione nimia pturbati. Ab his ḡ et cum his z in his tenebris [ad exteriores] eterni carceris [tenebras] p̄ijcient. Esa. lx. Ecce tenebre operient terram z caligo populos. Hoc em̄ de terra infernali est dictū: vbi nec lux est corporalis: nec lux sp̄ualis. Thren. iij. Me minauit z adduxit in tenebras: z nō in lucem. Job. iij. Noctē illam tenebrosus turbo possideat z non illustret lumie [Ibi erit fletus] Contra. Fletus lachrymarū non est sine corpis resolutione. Corpus aūt qd resoluit in pte: resolubile est in toto. et sic p̄nt consumi mali in inferno. Si forte dicat q intelligit de fletu sp̄uali. Cōtra: Glosa dr h q p hoc intelligit vera resurrectio corpm. Ad hoc dicēdum q ad l'ram intelligit de fletu oculorum. Sed in fletu sunt Tria. Quorū Vnū est Constrictio cordis ex tristicia z sensu pene. Alteꝝ est Causatū ab illo: qd est constrictio panniculoꝝ cerebri: ex cordis cōstrictione pueniens, quia panniculi cerebri per telas

et neruos z arterias z venas concurruant ad cor. et cum cor extremitates suoꝝ ventriculoꝝ cōstringit: tūc attrahit pāniculos cerebri z compmit cerebrū z cetera membra in q̄ (al's quo) panniculi z vene z nerui diffundunt. Et ex hoc tertio conseq̄tur inordinata distractio figure z situs mēbrorū in facie. Et hec Tria sunt in fletu infernaliū. Sed quartū (quod est lachrymatio que puenit ex hoc q qn̄ cerebrū compmit: exp̄mit ab eo humidum aqueū seu humor aque9 qui distillat per oculos) hoc non erit Meo iudicio in inferno. Matt. xiij. Mittet eos in caminū ignis ibi erit fletus z stridor dentiū. Apoca. xviij. Flebunt z plāgēt se super illā oēs reges terre qui cum illa fornicati sunt z in delitijs vixerunt [et stridor dentiū] Stridor dentiū puenit ex frigore: sicut z alioꝝ tremor mēbroꝝ. Cum em̄ frigus constringit neruos z contrahit: virtus naturalis eosdē distendit. Et ex pugna que est inter cōtrahens z distendēs: ex duob9 motib9: tremor accidit. Et ille in dentib9 est stridor z in alijs membris est tremor. Job. xxiiij. Transibunt ab aquis niuiū ad calorē nimiū. Et sicut libidini debet calor ignis. Ita frigiditati destitutorū a charitate debet frig9 algoris p penā respondētem. Matth. xxiiij. Refrigescet charitas multoꝝ. Hiere. vj. Sicut frigidā cisterna facit aquā: sic frigidam fecit maliciā suam. Sed obijcit. Quia l3 in excellentia duoꝝ cōtrarioꝝ sit afflictio: tamē in medio mixture amborū est cōtempatio z delectatio. Cum igit transeant ab excellētia vnius ad alterū sicut dr Job. xxiiij: in medio dlectabunt. Qd falsum est. Et dicendū ad hoc q calor z frigus nō affligunt in rōne qualitatū elementaliū: sed poti9 in vtute iusticie vindicantis. Et ideo vtutes illi9 habēt in se. Et ideo p extremoꝝ excellentias intensas z exacutas ad acerbitatē tante vindicationi cōpetentē: agit tam in aīas q̄3 in corpa damnatoꝝ. Et exemplū hui9 est in calore digestiuo animaliū qui l3 sit calor ignis: non tm̄ agit ad modū caloris ignis: sed ad modū anīe que mouet ipm tanq̄3 instrumētū. Sap. xvj. Creatura em̄ tibi factori deseruiens exardescit in tormētū aduersus iniustos et lenior fit ad bn̄faciendū pro his qui in te confidunt. Sap. v. Accipiet armaturā zelus illi9 z armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ.

Et dixit Jesus Centurioni: Vade z sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora

Hic agit de Perfectiōe miraculi. Merito em̄ tante fidei et humilitatj z deuotiōis z cure domesticoꝝ z inferioꝝ suoꝝ dixit Jesus Cēturioni: vade sicut credidisti fiat tibi. Duo dicit. Meritū sanitatis. et Effectū. De Merito sanitatis Tria dr. Sc3 Profectū in fide icepta. Fidem. et Preceptū effectus futuri. De Primo dicit [Vade] hoc est in hac fide quā3 habes pfice: qm̄ In corpalib9 sp̄ualia sunt accipienda. Ps. lxxxiij. Ibūt de virtute in virtutem. Lu. vij. Fides tua te saluam fecit vade in pace. Ps. lxxxviij. In lumine vult9 tui ambulabunt. Esaie. ij. Ibunt p̄pl'i multi et dicent: Venite ascendamus ad montē dn̄i [sicut credidisti] hoc est q absens curare possem p̄ntia deitatis. Non sicut ille Regul9 de quo habet Joā. iiij. Qui nisi dn̄s corpaliter descenderet non credebat q sanare posset. Lu. xvij. Si habueritj fidem sicut granū sinapis dicetj huic arbori: eradicare z trāsplantare in mare: et obediet vobis. Sed q̄ritur Quare effect9 hmōi miraculorū non ita attribuit charitati vel spei sicut fidei. Ad hoc dicendū q sola fides est ex auditu. et ideo ex parte illa q̄rit psuasionē. Cum aūt audit9 sit de supnaturalib9: oportet q inductiuū z psuasiuū ei9 sit p supnaturalia Spes aūt z charitas non sunt ex auditu: sed sunt affectiōes simplices: et ideo psuasiua habere non p̄nt [fiat tibi] Mat. xv. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Lu. j. Btā que credidisti qm̄ pficient in te q̄ dicta sunt tibi a dn̄o [Et sanatus est puer ex illa hora] Nescit em̄ tarda rerum molimina sp̄ussancti gratia: Gregori9. Hiere. xxx. Obducā cicatricē tibi: z a vulneribus tuis sanabo te. Hiere. xxxiij. Ecce ego obducā cicatricem eoꝝ z sanabo z curabo eos.

Et cū venisset Jesus in domu3 Petri: vidit socrum eius iacentē et febricitantē: et tetigit manū ei9 et dimisit eam febris.

Hic incipit agere de ostensione magnitudinis potentie diuine in restitutiōe spūs z caloris vitalis. K Febris em̄: calor extraneus accensus in corde: pcedens ex eo: mediantib9 spū z sanguine.: p arterias z venas in totum corpus: inflāmat9 ex corde inflāmatione que impedit opationes naturales. Unde patet ex corde habere hūc calorē: inflāmationē. Et ita esse ipsum in mēbro p̄ncipali z instrumentis eius p̄cipuis que sunt Calor z Spūs. et in p̄ncipali nutrimēto qd est sanguis. et ita potentissimā (al's potissimā) oportet esse vtutem q̄ curas hunc defectum. Est em̄ hic defectus in eo qd p̄ncipaliter est sedes anīe qd est cor: a quo fluit act9 vite in totum corpus. Et ideo etiam anīa diffinitur q est p̄ncipium z causa vite. Dicit aūt ad ostensionem potentie christi Quinq3 circa hoc miraculū Quoꝝ Primū est Oportunitas loci z intercedentium. Secundū aūt est Consideratio molestie febricitātis. Tertium est Ad febricitātē cū effectu ptensio vtutis. Quartū est Consecut9 effectus sanitatis. Quintū z vltimū Per opationem demōstratio restituti vigoris naturalis. Que oīa patēt in littera. Obijcit aūt de ordine istoꝝ miraculorū. Quia Mar. j. z Lu. iiij. istud de curatiōe socr9 Simonis ordinat an̄ duo inducta: et sic euāgeliste nō conuenire vident in ordine. Ad hoc dicendum q Marc9 z Lucas vt puto f'm ordinē historie quia gratia familiaritatis pbabile est q p̄mo intrauerit in domū Simonis et vt ibi instrueret et confortaret ad fidem vticem apostoloꝝ cui cōmissurus erat ecclesiam: qui pre omnib9 alijs: prius: z honorandus z instruendus et cōfortandus erat. Sed Mat. respicit ordinē quo magj dei potentia demonstrat; sicut diximus supius. Nec h

oportet hoc repetere. Glo. aūt Augustini leuē dat solutionē ꝛ simplicē que patet in ipsa cuilibet. Et forte illa verior est oīb aliis. Dicit igit [Et cū venisset Jesus] tanq̄ saluator vbiq̄ circūferēs effectū salutis [in domū Petri] Lu. xix. Hodie huic domui salus a deo facta est. Dom⁹ aūt Petri dicit: q ibi fuit habitatio familie ipsius. Dicit aūt Mar. j. ꝙ erat dom⁹ Petri ꝛ Andree: et ꝙ introiuit cum Jacobo ꝛ Joanne q̄ iam ad familiaritatē eius vocati fuerant [Vidit] Ecce Secūdū. Et istō videre est oculo misc̄die aspicere. Gen. xxj. Tu deus qui vidisti me. Exo. iij. Uidens vidi afflictionem populi mei [socrū Petri] et propter affinitatē discipuli esse iuuandam [iacentem] Ecce destitutio [et febricitantē] Lu. iiij. dr ꝙ estuabat magnis febrib vt magis ad misc̄diam moueret: et magis appareret magni miraculi effectu potētia diuina. Et ideo voluit chr̄s ꝙ sic accēderet febris. Quia aūt oīa fecit ad instructionē discipulorū: Jdeo Mar. j. dr: ꝙ dicunt ei de illa. Lu. aūt iiij. ꝙ rogauerūt eū p illa. q Quanto bn̄ficiū magis est req̄sitū: tanto magis est gratū. Un̄ Ptolomeus in Almagesti Non disseras nisi cum intelligente: nec des consiliū nisi q̄renti ꝛ auide petenti. Esa. xxxviij. Quasi leo sic cōtriuit oīa ossa mea. Et loquit de magnitudine sue infirmitatis. Job. xxx. Jnteriora mea efferbuerūt absq̄ vlla req̄e p̄uenerunt me dies afflictiōis [et tenuit manū ei⁹] hoc est: eleuauit eam p manū. Et istud est ꝓtensio ꝟtutis diuine cum effectu ad febricitantē. Unde Mar. j. dr sic. Et accedens eleuauit eam apprehēsa manu eius. Lu. aūt. iiij. dicit: Stans sup eam impauit febri. Et intelligit ꝙ tactu manus viuifice salutis impatum fuit vt discederet vmbra mortis que est febris. Act. ix. Dans illi manū erexit eā ꝛc. [Et dimisit eam febris] Ecce Effect⁹ salutis. Lu. xiij. Mulier dimissa es ab īfirmitate tua. Jo. iiij. sil'e est huic. Heri hora septima reliq̄t eum febris. Cognouit aūt pater q illa hora erat in qua dixit Jesus: Fili⁹ tuus viuit. et credidit ꝛ ip̄e ꝛ domus eius tota. Heb. xj. Fide conualuerūt de infirmitate.

Et surrexit et ministrabat eis. Uespere autē facto obtulerunt ei multos demonia habētes: et eijciebat spūs verbo: et omnes male habentes curauit: vt adimpleret quod dictū est per Esaiā prophetam: dicētē: Jpse infirmitates nostras accepit: et egrotationes nostras portauit.

Ecce Probatio restituti vigoris p misteriū operis. Et tangunt Duo. Q surrexit: contra h ꝙ dicta fuit iacere. et Q illis ministrauit: cōtra hoc ꝙ febricitauit. Surrectio est sursum sui erectio nō tam corpe q̄ mente. Sic Act. ix. Eneas continuo surrexit: videbant eum oēs q̄ habitabant Lidde et Sarone qui cōuersi sunt ad dn̄m. Col. iij. Si cōsurrexistis cum chr̄o que sursum sunt querite vbi chr̄s est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite: non que sup terram [Et mīstrauit illis] Ministeriū hoc: et Uigorē in ꝓbatione diuie virtutis: et Officiū pietatis in obsequio chr̄i: et Hospitalitatē in ꝓcuratione aplor: et Humilitatem in seruiēdo sanctis demonstrauit. Heb. vj. Nō iniustus est deus vt obliuiscat opis vestri ꝛ dilectiōis quā ostēdistis q mistrastis sctis ꝛ mistratis. ij. Cor. ix. Ministeriū huius officij qd fit in sanctos non solū supplet ea que desunt sanctis: sed etiam abundat per multas gratiarūactiones in dn̄o. Hebre. xiij. Hospitalitatē nolite obliuisci: p hāc em̄ placuerūt q̄dam angelis hospitio receptis. Sic igit terminata est pars illa in qua fit demōstratio diuine Potestatis: p h ꝙ est magna ꝛ sup magna. Scd̄o aūt ꝙ oportet eam esse vniuersalē: demonstrat cōseq̄nter in pte q̄ incipit Jbi [Uespe aūt facto] ad vtilitatē ipsius demōstrandā Tria inducunt. Quor Primū est Demōstratio ptātis vl'is super aduersantē spūm vniuersaliter. Et Secundū est Demōstratio ipsi⁹ vniuersaliter sup impotēs corpus: Jbi [Et oīes male habētes] Tertiū Probatio dictor p ꝓphetiā: Jbi [Ut adimpleret] Attēdendū aūt ꝙ vniuersaliter potens demōstratur christus fm illū modū quo fm electionē voluntatis opans: potens demōstrat. hoc est: ꝙ curat q̄s ꝛ q̄scunq̄ vult. Etsi aliq̄s non curat ꝙ illi⁹ nō est causa nisi quia non vult. De Prima harū partium dicit sic [Uespere aūt facto ꝛc.] Tangit Quattuor. Tpis congruitatem. Astantiū deuotionē. Miraculor potestatē. et Operis facilitatē. De Primo dicit [Uespere aūt facto] quia in die occupatus erat verbi p̄dicatione: ex compassione ad ignorantiā populi. Et in sero p miraculū cōfirmauit q̄ predicauerat ꝛ excitauit populū ad laudem dei. Ps. xlj. Jn die mandauit dn̄s misericordiā suam: et nocte canticū eius. Hoc etiā tēpus cōgruit illi tempori quo ꝟtus demonū exclusa fuit: et virtus diuina exaltata: quando vis sol ver⁹ chr̄s dn̄s noster in passione declinauit ad occasum. Ps. lxvij. Qui ascēdit sup occasum dominus nomē illi. Judic. xvj. Samson q̄ sol fortis interpretat plures occidit occidens q̄ aū fecerat viuēs [obtulerūt ei multos demonia habētes] Ecce offerentiū deuotio ꝛ astantiū: ꝓpter q̄ fidē generandā vel confirmandā facta sunt miracula. Act. v. Magis autē augebat credentiū multitudo viror ac mulier: Jta vt in plateis eijcerēt īfirmos ī lectulis ꝛ grabatis: vt veniente Petro saltem vmbra illi⁹ obumbraret quenq̄ illor ꝛ liberarent ab infirmitatib suis [et eijciebat spūs immundos] Ecce Miraculandi ptās. Uirtute aūt p̄sentie sue eiecit spūs immūdos. Act. x. Pertransiuit benefaciendo ꝛ sanando oēs oppssos a diabolo: qm̄ deus erat cum illo. Lu. iiij. Exibāt aūt demonia a multis clamantia ꝛ dicentia: q tu es filius dei. Eiecit aūt hmōi spūs imūdos [verbo] Et in hoc tangit opis facilitatem ꝛ modū. Ps. ciij. Ab increpatione tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabunt Sed incidit in (al's h) dubiū Utrū aliq̄s sit a diabolo obsessus. Et videt ꝙ non. Quia

in aīa non potest esse obsessus: eo ꝙ vt dicit Beda Nihil illabit in aīam nisi de⁹ trinitas. Ad huc in spūalib qn̄ duo sunt eiusdē simplicitatis: neutrū est in alio. Diabolus aūt ꝛ anima rōnalis eiusdē sunt simplicitatis q̄ ad hoc ꝙ vterq̄ est creatus spūs: et vterq̄ ad imaginē dī: ꝛ vterq̄ creat⁹ ad hoc ꝙ sit capax dei. et sic neuter est ī alio ꝛ neuter potest esse in alio. Jn corpalib etiam q̄cunq̄ sunt eiusdē capacitatis nullo mō sunt in se inuicē. Et ꝓportionabiliter loquendo est hoc etiā in spūalibus. Aīa aūt rōnalis eiusdē capacitatis est cum angelo. g̃ neuter istor spirituū est in alio. Silr videt ꝙ corpaliter aliquis nō sit obsessus. Si em̄ corpaliter aliq̄s esset obsessus: oporteret ꝙ diabolus esset in corpe: et constat ꝙ nō inesset nisi sicut motor ꝛ opator sensuū ꝛ passionū ꝛ actionū corporis. Et ad hoc ꝛ fm hoc inest aīa in corpe. Neq̄ potest intelligi ꝙ due substantie formales ad idem ꝛ fm idē insint in aliq̄: p̄cipue qn̄ sunt eque formales. Si dicas ꝙ vna opatur violent ꝛ alia naturaliter. Hoc nihil est. q Opans violēter nō est intra sed semp extra. Adhuc Opans violenter nunq̄ opatur mouendo potentiā nature sed semper ꝯ hmōi potentiā. Jn his autē q̄ dicunt obsessi videm⁹ opari visū ꝛ auditū ꝛ alios sensus ꝛ opa et passiōes ꝛ actiones q̄s etiā fm naturā operant sed inordinate ꝛ sine regimīe sunt in eis. Un̄ dicūt antiq̄ ꝙ in aīa implēte corpus mirabile videt si in idem corpus demon possit ingredi Et lz videat simplex dictū eor: est tn̄ suffultū multa ꝛ forti ratione. Ad hoc dicendū ꝙ in veritate multi obsidentur fm aīam et fm corp⁹ a demone: et vtrūq̄ eorū est possibile: natura ad hoc nihil ꝯtrariāte. Sic em̄ videmus in somno qn̄ spissitudo fumi eleuati spūm aīalē obscurat: ꝛ caliditas ei⁹ pmiscet eum mouēdo inferiora eius ad supiora. Et obscuritas eius facit eū tetrū ꝛ horribilē. Et ideo aīa ī somno fit pturbata ꝙ nescit iudiciū suum ꝛ nō videt imagines que sunt in obscuro. etsi q̄ sunt: transeūt de forma in formā ꝓpter spūs pmixtionē. et qn̄ adheret fiunt aliqn̄ tetre ꝛ horrēde: sicut in fumo melancholico: vnde fiūt timores iordinati ꝛ impedit rationis iudiciū ex clausura cellular lucis: sicut dic Cestabon (al's Castabon) Sic etiā fit p demoniū et obsidet vias spūs: et motus aīalis. Et cōfusione spūs: ꝛ pmixtiōe: ꝛ denigratiōe aliqn̄: vl' inordinata claritate ipsi⁹: vl' tenuitate et (al's vel) subtilitate nō pmittit fieri iudiciū rectū. Aliqn̄ etiā cū dictus (al's dictis) oppilat transitū de cella in cellā: et tūc inordinate reflectit spūs ad anteriora super partē aliā eiusdē spūs q̄ ascendit. Et ex hmōi redūdationib et reflexionib: et vt ita dicā refractiōib spūs: multe fiunt angelor forme ꝛ multe claritates si lucidus est. Et mlte obtenebratōes si est obscurus: ꝛ fiūt in ipo forme horribiles retracte fm longū ꝛ latum. ꝛ sic obsidet aīam in opationib suis. Et hoc sonat nomē obsessiōis. quia obsessi sunt qui cōclusi vias liberas exeūdi ꝛ intrandi ad opationes sibi cōgruas non habent. Et bene concedo ꝙ non illabit in aīam. Similr dicendū ꝙ obsidet corpus in ꝓprijs opatiōib corpis. Sic em̄ eleuat deprimit: ligat: ꝛ hmōi facit: tam in toto corpe: aliqn̄ discerpendo: q̄ etiā in membro vno vel pluribus violentiā inferēdo. Nec ratio inducta hoc remouet: sed ꝓbat ꝙ nō vnit membris sicut interior motor eor. Et hoc est cōcedendū. Sed sicut nos videmus ꝙ humor innaturalis diffusus in membro impedit opationē mēbri: ꝛ aliqn̄ facit hoc q̄litas siue materia hūoris: Sicut dt Galien⁹: Jta facit demon per opationes humor vel qualitatū quar nouit semīa in corpe: impediēs corpis operatiōes applicans mēbris ꝛ inuiscās (al's inuiscerans) ea talib seminib. Siq̄s aūt querat Un̄ demoni est hec ptās. Dicēdū ꝙ aptitudinē habet ex natura. quia Omnis ptās supior potest super corpalia mouendo ꝛ mutādo. Sicut patet in oībus celestib motorib qui nullā habent ꝟtutē organicā: et tn̄ in potestate habent mouere corpalia ad nutū. Et sicut nos videm⁹ ꝙ anīe nutū sequit motus corpis: Sic etiā ex gradu nature aptitudinē talia mouendi habet demon. Sed potestatē opandi accipit a summa ptāte creatoris: cuius est dispensatio mūdi totius. Et hec est causa ꝙ eiecit eos verbo. ideo nō oportuit eum solū ꝟbum dicere nisi vellet ꝓpter astantes vt in fide sue potestatis edificarent: sicut patet ex supradictis. [Et oīes M
male] Secundū est supi⁹ inducte diuisiōis Et h (al's hoc) ꝓbat vtilitatē sue potestatis in corpalib que supra nature virtutē restituit sanitati. Nec est verū qd q̄dam dicūt eū suam h ostendere potestatē sup spūm humanū: eo ꝙ glosa facit h mentionē de passionib anime: que sunt ira ꝛ odium. Quia illa glosa est moralis. Jntelligendū aūt est ꝙ generales in his curas habēt tres: de quib supra facta est mentio. Quosdā em̄ curauit verbo ꝛ tactu: sicut leprosum. et Quosdā solo verbo: sicut paralyticū. et Quosdā solo tactu: sic socrū Petri. Quosdā p̄ns: sicut socrum Petri. Quosdā aūt absens: sicut paralyticū. Et causa huius est quia chr̄s est dei virt⁹ ꝛ sapia: et potestas vtriusq̄ debebat manifestari. Adhuc: Christus vere erat deus: et vere habuit deitatem vnitā carni: et hec omnia voluit innotescere hoib. Et cum dicit chr̄s sapientia vel ꝟbū: fuit verbum qd est opatiuum ꝛ factiuū eor. Et ideo vt in hac potestate inotesceret ꝙ ipse est sapientia p quā ꝛ in qua deus pater fecit mūdū q̄s verbo curauit sic patenter opabat. Un̄ dicit Ambro. ꝙ Non est mirū si sermo dei creaturas mutat: que sermone dei sunt create ꝛ cōstitute. et Ut innotesceret se esse virtutē operantem cū patre oīa ꝛ vbiq̄ p̄ntem: quosdam curauit absens. Ut aūt innotesceret deitatē corpaliter in carne habitantē quosdam curauit p̄ns ꝛ p tactum: in omnib edificans ad fidem: et dispensans salutem [vt adimpleret] Ecce Tertiū Jn quo ponit Attestationē per ꝓphetiam. Et quia est gratia quā accepim⁹ ex sua plenitudīe: Jdeo dt [vt adimpleretur qd dictū est p Esaiam ꝓphetā dicentē] caplo liij. [Jpse infirmitates nostras accepit] h est abstulit. Non em̄ accepit vt haberet: sed vt nos ab eis liberaret. Et infirmitates vocat defect⁹ corporis ꝛ anie que remittunt firmitatem virium ꝛ opationum (al's opatiōem) naturalium absq̄ calore innaturali [Et egritudines nostras por-

tauit] hoc est: asportauit. Egritudines aũt dicũ-
tur febres. Et sic in his duob' omnẽ nature cõp̃
hendit defectũ. Exod. xxviij. Aaron iniq̃tates eorũ
portauit qui fuit figura christi. Ps̃. xl. Sana ani
mã meam quia peccaui tibi. j. Pet. ij. Peccata no
stra ipse portauit in suo corpe sup lignum. Ad hoc
eñ abstulit infirmitates corpis q̃ sciret' q̃ abla
turus erat infirmitates: hoc est pctã ment. Sic
ergo terminata est pars in qua sue potẽtie fecit de-
monstrationẽ inq̃tũ loquebat' vt ptãtem ꝓpheta-
lem que fuit de supmũdanis. Moraliter aũt le
prosus corrupti nutrimẽto (al's nutrimẽti) ex quo
ꝓuenit morpheosa varietas z membroꝝ putrida
corrosio: hereticum hoiem significat ex corruptis
interiorib' suis: corrũpẽs verbũ z gratiam sacra-
mentalem. Et ex hac corruptione varietas ꝓuenit
Duplex. Viter Fidei. Una vera: et Falsi alia. Hec
eñ in talibus varia: dum q̃sdam articulos credit
et quosdam non. Et dum q̃sdaz virtutes sequit' et
quasdam cõdemnat Ex hoc etiam inordinata fit
mẽbroꝝ corrosio. Et hos chr̃s v̄bo curat z tactu.
quia z exterius oportet q̃ cõfortent' per verbum:
et interius tangant' p gratiam manus hoc est ad-
iutoriũ chr̃i. Paralytic' aũt significat inconstãtẽ
ex longa peccati cõsuetudine z passionũ insecutõe
q̃ in omnib' vijs sensus z motus replet' delecta-
tione consuetudinis z passionuz quas sequit'. Et
ideo conante eo per rõnem aliq̃n ad rectam virtu
tis operationem: tunc disponit' in ptem vicij et dele-
ctationis in ea dñant. Et hic (al's hec) est tremor
capitis positus in Cain Gen. iiij. De quo dicitur
Tren. j. Peccatũ peccauit hierl'm: ꝓpterea instabi
lis facta est. Hũc curat magnitudo fidei z verbuz
christi. quia Nisi magna fide passionib' renũciet:
et verbum christi efficax apprehendat: ratio ipsius
(que est dñs eius) nõ potest curari. Et quia passi-
onibus peccatoꝝ sic subiacuit: christum intra do
mũ recipe non ausus fuit. Torquebat' male. quia
Pre omni genere tormẽti est: rõnem velle mouere
ad vnam ptem: et in delectationis vicium in alte-
ram ptem ꝓijci. Sup quo exclamat Apl'us Rho
ma. vij. Infelix ego homo: q̃s me liberabit de cor-
pore mortis huius. Et Ibidẽ. Velle adiacet mihi
Perficere aũt bonũ non inuenio. Mulier autẽ
febre estuans designat carnem estuante cõcupiscẽ
tia venereoꝝ inflammatã. ꝓpter q̃d etiam mlieris
calor est: que cõcupiscentijs est emollita in domo:
hoc est: in secreto familiari in lecto mollicie z lasci
uie calens resoluta pro qua rogatur z imperat fe
bri: sanctoꝝ intercessionib' effugans estuz carnis
per gratiam castitat. Sed quia difficile est supa-
re hanc pestem: et ideo manũ porrigit adiutricem
et sic adiuta digna fit ministrare deo z sanctis que
prius indigna iudicata fuit. Mulier eñ fornica-
ria est quasi stercus in via: ab omnibus ꝯculcabi-
tur Eccl. ix. Et hanc non decet mĩstrare deo z san-
ctis. Possessi aũt a demonib': sunt sequentes
demonũ malignitates in spũalibus vicijs Sicut
in Furore irrõnabili: Odio: Malignitate: Inui-
dia: Supbia: Traditione: et hmõi. De quib' dicit'
Sap. ij. Inuidia diaboli mors itrauit in orbẽ ter
rarum. imitant' aũt illum qui sunt ex parte ipsius

Male aũt habentes sunt diuersis z particula-
ribus vicijs irretiti: que sunt Auaricia: Furtum:
Rapina: Usura: et hmõi. De quibus dicit' Esa. j.
Uulnus z liuor et plaga tumens non est circũli-
gata neq̃ curata medicamine: neq̃ fota oleo. Et
iterum: Omne caput languiduz et omne cor me-
rens: a planta pedis vsq̃ ad v̄ticem nõ est in eo sa
nitas. Uulnus eñ mali amoris: et liuor inuidie:
et plaga tumens supbie caput languens male. et
languentis in errore z ignorantia rõnis Cor me-
rens male. et s'm seculi tristiciaz volũtatis: et vilis
infirmitas (al's et vl'es infirmitates) in varietate
viciorum designãt. Et hec omnia ille tulit de quo
dicit' Joan. j. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pecca-
ta mundi. Et Esa. liij. Ipse peccata multoꝝ tulit z
pro transgressoribus orauit.

Uidens aũt Jesus turbas multas circum se: iussit discipulos ire trans fretum.

Hic incipit agere de Confirmatiõe discipuloꝝ n
in his que audierunt in sermone Ut sint dicta cõ
firmata in se p potentie sue declarationẽ: et sint cõ
firmata in discipulis per fidez: ne euellant' ab eis
p tentationes. Et tangit Duo. Primo eñ ostẽdit
A quo recedendũ est: et cui inherendũ. Secundo
ostendit Qualiter cum illo pmanendũ in pugna
tentationũ: Ibi [Et ascendente eo in nauiculam]
Jn Prima hap Tria dicit. Primũ est Quid re-
linquendũ sit his qui deo adherent. Secũdum
Qualiter a dolose simulãtibus se adherere deo: ca
uendũ est. Tertiũ Quã sincere est deo adherendũ
Secundũ Ibi [Et accedẽs vnus scriba] Tertiũ
aũt Ibi [Alius aũt de discipulis] Oportuit eñ
primo discernere cõfirmãdos. et postea cõfirma-
re. Et per hoc patet ordo ad sequens. Ad p̃cedens
aũt ratio ordinis est. quia Prius est ostẽdere po-
testatem eius cui adherendum est: et postea discer
nunt' qui adherent ei. q2 potestas est causa adhe-
sionis. Jn Prima haꝝ partium Duo tãgit. Tu-
multũ vicz seculi fugiendũ. et Q. Inquietudo in
solidũ quietis sit cõmutãda. De Primo dr [Vi-
dẽs aũt Jesus turbas multas circum se]
Et dicit Quattuor ad nostrã instructiões. Primũ
est Tumultus huius seculi consideratio Cũ dicit
[Uidens aũt iesus] Scdo tãgit Turbatiões
et tumultu ꝓuenientẽ: Cũ dr [turbas] quia tur-
ba a turbando dicit'. Esa. iij. Tumultuabit' puer
contra senem: et ignobilis cõtra nobilem. Tertio
tangit Confusionẽ: cum dr [multas] Multum
eñ non ordinatũ ad vnũ: sicut est multũ turbe: ni
hil aliud nisi cõfusio est inordinata. Esa. xvij. Ue
multitudini populoꝝ vt multitudo maris sonan
tis. Num. xiiij. Usq̃ q̃ mltitudo hec pessima mur
murat contra me. Quarto tangit Intentionẽ: cũ
dicit [circũ se] Non eñ appropinq̃bant ad ipm:
sed in circũitu ipsius inq̃ete: vane: et insidiose am
bulabant. Psal. xj. Jn circũitu impij ambulant
Imitatores illius qui dicit Job. j. Circũiui terrã
z pambulaui eam. Ps̃. cxxxix. Caput circũit' eoꝝ
labor labioꝝ ipsoꝝ opiet eos [iussit discipl'os

ire trans fretũ] Istud est Secũdũ Jn quo vt
dicit glosa significat vt amaros seculi fluct' trãse-
amus. Esa. lvij. Cor impij quasi mare feruens q̃d
q̃escere nõ põt: et redundant fluct' ei' in cõculcati-
onem z lutum: z nõ est pax dicit dñs impijs. At-
tendendũ aũt h̃ q̃ nõ eadem die iussit discipulos
transfretare q̃ curata est socr' Simonis: Quini-
mo in vespa eiusdẽ diei curauit multos z eiecit de-
monia Jn diluculo exiuit in desertũ orare. Et nũ-
ciante Petro q2 multi quererẽt eum: iuit in proxi
mos vicos z villas euangelizare: sicut dr Mar. j
et Lu. iiij. Sed Matthe' nõ sequit' hunc ordinẽ
tpis: sed poti' ordinẽ reꝝ ꝓut faciens est ad cõfir-
mationẽ sermonis: sicut patet p antedicta.

Et accedens vnus Scriba: ait illi: Magister: Sequar te quocunq̃ ieris

Secunda pars est Jn q̃ ondit' Qualiter cauen-
dũ ab his qui dolose se simulant adherere christo.
Et tangunt' h̃ Duo. Primo Dolosi isti' tangitur
descriptio. Scdo Doli ei' mãifestatio: Ibi [Et di
cit ei Jesus] Jn q̃ꝝ Primo tãguntur Duo. Sc3
Dolus in facto. et Dolus in v̄bo. De Dolo ĩ facto
Duo innuit. Sc3 Simulatã ad chr̃m in exterio-
ribus appropinquationẽ: Cũ dr [Accedẽs vn']
Quia si cũ multis venisset: magis fuisset manife-
stum. Nunc aũt p hoc q̃ vnic' venit: voluit vide-
ri q̃ ab alijs esset seq̃stratus vt sic magis deciperet
Eccl. j. Accessisti maligne ad dñm z cor tuũ plenũ
est dolo z fallacia. Ps̃. xxxv. Iniq̃tatẽ meditat' est
in cubili suo. Secundũ est: q̃ tãgit in eo Falsi no
minis scientiã: cum dr [Scriba] Scribe eñ le-
gis erant periti q̃ sp dñm tentare q̃sierũt. Matt.
xxiij. Ue vobis scribe z pharisei hypocrite q̃ clau-
ditis regnũ celoꝝ añ hoies z c. Luc. xj. Ue vobis
legispiti q̃ tulistis clauẽ scientie: nec vos intratis:
nec sinit alios intrare. [Ait illi] Ecce Qualẽ do-
lũ habuit in v̄bo [Mgr̃] Tangit Duo. Profes-
sionẽ erroris. et Promissionẽ insecutiõis. Profes
sionẽ erroris tangit cum dr [Mgr̃] Quia sicut dr
glosa: nõ credebat esse nisi vnũ de cõib' magistr ĩ
astutia humana p̃cellentib'. Sil'i dolo dixerunt
Infra. xxij. Magr̃ Scimus q̃a verax es: et viam
dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo
Insecutionez ꝓmittit cũ dr [Sequar te] Et ad-
dit Presumptionẽ dicens [quocũq̃ ieris] qui
tñ nec p vnicam viã sequi posset. Job. xj. Forsitan
vestigia dei cõp̃hendes z vsq̃ ad pfectũ oĩpotẽ-
tem repies? Eccl's. ij. Quid est homo vt sequi pos-
sit regem factorem suum.

Et dicit ei Jesus: Uulpes foueas habent: et volucres celi nidos

o Hic manifestat' occulte dolus istius. Et tangit
Duo. Simulatoris duplicitatẽ. et Chr̃i simplici-
tatem. Duplicitatẽ aũt simulatoris tangit Dupli
citer. Jn Astutia dolosa. et Supbia p̃sumptuosa
Astutiam eñ dolosam pcutit cum dr [Vulpes
foueas habent] Est eñ hoc aial dolosum z in-
sidiosum z venatiuũ et in latibulis habitatiuum
Ex q̃bus ꝓprietatib' istum pcutit q̃ dolose tẽtauit
chr̃m. Hiere. ix. Sagitta vulnerans lingua eoꝝ
dolũ locuta est: et insidiabat' gratie. Ps̃. ix. Sedet
in insidijs cum diuitib' in occultis vt iterficiat in-
nocentẽ. Et volebat p gratiam acceptã a chr̃o ve-
nari Sicut Simon Act. viij. Pecunia tua sit te-
cum in pditionẽ. j. Tim. vl't. Qui volũt diuites fi-
eri incidũt in tentationẽ z in laqueũ diaboli. Uo-
lebat aũt p sciam quã disceret a chr̃o foueas astu-
tiaꝝ facere in q̃b' habitans: hoies deciperet z ex eis
lucra ageret. sicut faciũt qui iura z leges eq̃ssimas
et diuine iusticie congruas ꝓpter cauillatiões cau
saꝝ addiscunt. Ps̃. lvj. Foderũt añ faciẽ meam fo
ueã z inciderunt in eam. Esa. xxix. Ue q̃ profundi
estis corde vt a dño abscondat consilium quoꝝ
sunt in tenebris opa Et dicunt: Quis nos videt:
z quis nouit nos. Peruersa est ista vestra cogita-
tio q̃si si lutum cõtra figulũ cogitet: et dicat opus
factori suo: nõ fecisti me. Et figmentũ dicat figulo:
nõ intelligis. His ꝓprietatib' dicit' vulpes volui-
pes. quia cito pedẽ voluit de astutia in astutiam.
Tren. v. Propter mõtẽ sion q2 dispijt: vulpes ha
bitauerunt in eo. Ps̃. lxij. Partes vulpium erũt.
Cant. ij. Capite nobis vulpes paruulas q̃ demo-
liunt' vineas. Presumptuosaz aũt supbiã z fastũ
cordis (quo p gratiã magisterij ab ipo christo ac-
ceptam nitebat' in altis dignitatib' nidum pone-
re) pcutit: cum dr [Volucres celi nidos] He
eñ volant ambitiõe: celum petunt altitudinis ho
nore z nidificant: q̃escere volentes in excellente di
gnitat platione: habentes ad hoc pẽnas scie: z si-
mulate v̄tut pietatẽ. Baruch. iij. Jn auib' celi lu
dunt. Iste sunt aues q̃ descenderũt sup sacrificiuz
Abrae Gen. xv. Quia Totũ eccl'ie oblatũ sacrifici
um: tales hodie deuorant: z q̃mõ p̃triarcha mõ nõ
abigit eas sicut fecit: hoc est p ater patrũ. Propt'
sil'em hmõi fastũ quo demones excellere cupiebãt
dicunt' demones aues. Matth. xiij. Uolucres ce-
li comederunt q̃d de semie cecidit iuxta viã. Sed
vna est cõsolatio quã dicit Abdias. Si exaltatus
fueris vt aq̃la z inter sidera posuer nidũ tuũ in-
de detrabã te dicit dñs.

Filius aũt hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Ecce q̃ꝑurã h̃ contra isti' duplicitatẽ: suã z sui
discipulat' ꝓponit simplicitatẽ dicens [Fili' aũt
hois] Q. d. Lz hõ sim: nõ tñ hoim: sed hois sum
filius: vltra hoiem habens vnde dolosos arguere
possum. Joã. ij. Nõ erat ei opus vt q̃s testimoniũ
ferret de homie. Ipse eñ nouit q̃d esset in homine
[non habet vbi caput suũ reclinet] Qui tñ
habet pfectum posse: et pfectum nosse: et pfectam
grãm: et non vtit' ad lucrũ. Et suis dicit Matth.
x. Grat accepistis: gratis date. quia alioq̃n iã nõ
est gratia. Quia gratia ideo vocat' quia gratis dat'
Jn talib' etiã qui sic lucris terrenis vendũt grãs
sibi collatas: christus non habet vbi caput recli-
net. quia non quiescit in cordibus eorum existi-
mãtiũ questũ esse pietatẽ. Est aũt q̃st' magn' pie-
tas cũ sufficiẽtia. Sap. xv. Estimauerũt lusũ esse
vitã nostrã: et cõuersationẽ cõpositã esse ad lucrũ:
et oportere vndecũq̃ etiã ex malo adq̃rere.

Alius autez de discipulis eius ait illi: Domine pmitte me primū ire et sepelire patrem meum.

P Hic ostendit q̄ sincere chr̄o sit adherēdū. Et dicunt h Duo. et Tertium p̄supponit ante illa Duo Vocaūt est Q. Jesus Inuitauit eū. et Vocauit eum ad sequendū. et Scuit eū puro corde audiuisse sermonē z sanctificatū p verbum. Sicut ipse dicit Joā.xvij. Sanctifica eos in vitate: sermo tu⁹ veritas est. Et tunc ille dixit [Dn̄e pmitte me] Et hoc est Primū duoꝝ que ponunt in litera Q̄ ꝓtendit officium pietatꝭ duplicis q̄ differat in secutio chr̄i. Est em̄ piū Sepelire mortuos: sicut dicit angelus Raphael Tob.xij. Et Secūda pietas ē. Quia hoc voluit facere circa patrem cui ex ordine nature tenebat. Sicut dr̄ Tob.iiij. ad filiū loq̄ns Cum accepit deus aīam meā: corp⁹ meum sepeli: Et honorē habebis matri tue oībus diebus vite tue. Et hoc est qd̄ dicit [ire primum et sepelire patrem meū] Gen̄.l. Ascendā z sepeliam patrem meū ac reuertar. A simili non q̄dem pietatis sed charitatis officio mouebat Helise⁹ loquens ad Heliā.iij. Reg.xix. Ubi dic: Osculer oro te p̄mū patrem meū: et sic seq̄r te. Tertiū aūt qd̄ h notat est Obedientie discretio: p quam p̄ponit melius bonum minus bono. Nunq̄ vt dicit Grego. per obedientiā p̄cipit malū fieri: sed nonnū q̄z qd̄ fieri posset: meliori bono p̄cipit cōmutari. Et h tāgit cum dicit

Jesus aūt ait illi: Sequere me: et dimitte mortuos sepelire mortuos suos

Et notant in hoc Duo. Primū est Optimū qd̄ discipulo p̄cipit Cum dr̄ [Seq̄re me] Scd̄m est Bonū qd̄ ꝓpter melius dimittit. Et hoc tangit Ibi [et dimitte mor. zc.] De Primo dr̄ Phil. iij. Seq̄r aūt si quo modo appbendā in quo z cōprebensus sum. Osee.vj. Viuemus in conspectu eius sciem⁹ sequemurq̄z vt cognoscamus dn̄m. Dan̄.iij. Seq̄mur te in toto corde nostro: et timemus te: z q̄rim⁹ faciez tuā [dimitte mortuos] hoc est bonū: qd̄ p̄cipit intermitti. Et in hoc notantur Tria. Primū est Bonū qd̄ p̄cipit dimitti ꝓpt melius. Scd̄o innuit hūc fuisse mortuum in culpa z indignū exequijs sanctoꝝ. Tertiū est q̄ innuitur hic cōiunct⁹ pctōrib⁹ qui exequias suas in fastu celebrauerūt: Et forte ad illū fastū solennizandū aduocat⁹ fuerat discipulus. Primū notat in verbo: dimittēdi.ij. Timot.ij. Nemo militās deo implicat se negocijs secularib⁹: vt illi placeat cui se probauit.j. Corinth.ix. Qui in agone cōtendit ab omnib⁹ se abstinet. Simili discretione dixit Petr⁹ Act.vj. Non est equum relinquere nos vbum dei et ministrare mensis Supple viduaꝝ z pupilloꝝ. Secundū notatur in hoc q̄ dicit [mortuos suos] Non em̄ cōnumeraret mortuis qui dicūtur mortuorū mortui nisi esset mortuus in peccatis. Et ido bis mortuus dicit. Alij em̄ dicunt mortui in dn̄o vel mortui dei z sanctorū. Apoc.xiiij. Beati mortui qui in dn̄o moriuntur. Esaie.xxvj. Uiuent mortui tui dn̄e: interfecti mei resurgent. Iste autē dicit mortu⁹ mortuoꝝ in peccatis: q̄z uis adhuc carne viuenciū. Ecc̄i.xxij. Sup mortuum plora: defecit em̄ lux ei⁹. Ps̄.xxxvj. Mors peccatoꝝ pessima. Tertiū notatur cum dicit [mortuos sepelire] Notat em̄ plūres ad exequias ei⁹ in culpa mortuos cōuenisse. Psal.ix. Perijt memoria eorum cum sonitu. Leuit.xv. Doce filios israel cauere imundicias vt non moriant in sordib⁹ suis. j Timo.v. In delitijs viuēs mortua est. Job.xxxvj Morietur in tempestate aīa eorum: et vita eoꝝ inter effeminatos. Sic ergo determinatuz est a q̄ recedendum: et Cui adherendū his qui cōmori q̄runt a christo in tentationib⁹: eoq̄ tentatio est vita hominis sup terram: Sicut dr̄ Job.vij.

Et ascendente eo in naviculam secuti sunt eum discipuli eius Q

Hic incipit ostendere in quib⁹ piculis indigent discipuli confirmatiōe. Omne aūt piculum Aut ē a Mūdo in quo etiā intelligit carnis tentatio. q̄a et ipsa de mundo est. Et in hac tentatiōe cōfirmat p̄mo. Aut est ab impetu z seuitia Demonū in spiritualibus. Et in hac cōfirmat Scd̄o Ibi [Et cū venisset Jesus trans fretum] Prima aūt harum partiū habet Tres particulas. In quaꝝ Prima ostendit In quib⁹ z Ubi habet fieri cōfirmatio. In Scd̄a ponitur id quod ad miraculi pfectionē exigit: Ibi [Et ecce motus] In Tertia aūt Miraculi finis z intentus effectus: Ibi [Porro homines mirati sūt] In Prima haꝝ Tria notant nos instruentia Quorū Primū est Motus ascensionis. Secundū: Instrumentum nauigationis. et Tertium Secuta eum illuc congregatio sanctitatis. De Primo dicit [Et ascendente] Motus em̄ fuit sp ascendere. et per hoc ascensiones in cordibus nostris disposuit in valle lachrymaꝝ. Esa. ij. Venite ascendamus in montez dn̄i: z ad domū dei Jacob. Matth.xx. Ecce ascendimus hierosolymā. Instrumentū aūt nauigationis fuit [nauicula] Que Natura: lignea: Usu super aquas vectiua: Quantitate parua fuit. Et lz tunc ad litterā vteret ea domin⁹ vltra mare genezareth nauigās Tamē Natura lignum crucis: Usu beneficium crucis (quod vehit vltra fluctus seculi) et Quātitate: significat crucis humilitatem. Et hec est vita ecclesiastica cruci conformata. Et de p̄mo z secūdo z de tertio simul dicit Sap̄.xiiij. Ut non essent vacua sapientie tue opera: propter hoc exiguo ligno credunt homies animas suas: et transeūtes mare p ratem liberati sunt. Ideo de ecclesia allegorice z de psonis ecclesiasticꝭ moraliter dicitur Prouerb.vlt. Facta est quasi nauis institoris de lōge portans panem suum. Luc.v. Ascendens Jesus in nauiculam vnam que erat Simōis: dixit. Duc in altū z laxate retia in capturam. Tertiū est Secuta eum congregatio sanctitatis. Et hoc notatur cū dicitur [secuti sunt eum discipuli eius] quia extra nauim non est salus Matth.xij. Luc.

xij. Qui non colligit mecum: dispergit. et qui non est mecum: contra me est. Unde in psona christi et suorum dicitur ad Noe Gen̄.vij. Ingredere tu z omnis domus tua in arcam: Te em̄ vidi iustum coram me.

Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus: Ipse vo dormiebat.

C Hic tangit Institutoꝝ ordo ꝭm officia. Et tangit Duo. Ordinis rōnem: et Officij actū. Rō aūt determinat ꝭm Duo. ꝭm Autoritatē et ꝭm Execu/tionis necessitatē. Autoritas tāgit cum dr [Hos duodecim misit iesus] q̄m autoritas ē ex mis/sione. Rho. x. Quō ṗdicabūt nisi mittant: Mar. iij. Fecit vt essent duodeci cū illo: z vt mitteret eos ṗdicare. Lu. x. Misit illos binos an̄ faciē suā. De/inde tāgit Executōis necītatē dicēs [ṗcipiēs eis z dicēs] Et ex h̄ accipit q̄ Necītas doctrine incū/bit subditꝭ. Sic sꝑ icūbit q̄ plat⁹ peccat mortalr: si n̄ ṗdicat. ġ ꝑ ꝯn̄s mortalr peccat si non adq̄siuit sciam. ij. Ti. iiij. Testificor corā deo z chrō Jesu z ꝑ aduentū ei⁹ z regnū ipsi⁹ ṗdica ꝟbū insta oportune importune. Ex his vlteri⁹ accipit q̄ ṗdicare debent per se ṗos. Etsi necesse est: dispensare iudi/

cia z tꝑalia ad vsus paupeꝝ ꝑ alios. Actuuꝫ. vj. Nō est equū nos relinquere ꝟbum: z ministrare mēsis. Cōsiderate ergo fratres ex vobis viros se/ptē boni testimonij: plenos spūsancto q̄s ꝯstitua/mus sup hoc opus. Nos ꝟo oratōi z misterio ꝟ/bi instantes erimus.

In viam gentiū ne abieritis: z in ciuitates samaritanorū ne ītraueritis: sed potius ite ad oues q̄ ꝑi/erunt domus israel.

Ecce Ordo. Et habet Duas ptes. Primo enim ponit Ordo doctrine. z Scdo Ordo vite. Ordo doctrine determiat ꝭm Quattuor. Dicit eni Cui ṗ/dicandū. z Quid ṗdicādū. Quō ṗdicatū cōfirmā/dum. z Qua ṗdicandū intentōe z modo. In Primo eni tangit Primo Cui nō ṗdicandū. z postea Cui ṗdicandū. Duo autē genera hominū sunt q̄/b⁹ nō est ṗdicādū. Gētes. s. z Samaritani. De gentib⁹ ġ dicit [In viā gentiū] hoc ē. in viā que ducit ad gentes [ne abieritis] Ire eni ad gētes: erat abire illo tpe. Act. x. Uos scitis quō abomiatum sit viro iudeo cōiungi aut accedere ad alieni/genam. Un̄ in ista pticulari z ṗma missione ꝓhi/buit christus ne irēt ad gentes. Post resurrectōꝫ aūt misit ṗdicare oīb⁹ gentib⁹. Mat. vl. Ite doce/te omnes gētes. z Mar. vl. Predicate euāgeliuꝫ omi creature dei. Modo autē an̄ resurrectionem nō misit nisi ad gentē suā: hoc est ad iudeos: Et h̄ Tribus de causis. Prima est: qꝛ Promissio fa/cta est iudeis. z inter illos ṗmū oportuit testifica/ri gratie ꝓmisse exhibitionē. Actuū. xiij. Nos an/nūciamus vobis eā que ad pr̄es nostros facta ē repromissio. Secūda cā ē: qꝛ Sal⁹ ex iudeis est. z ex illis in totū mūdum erat deriuāda. Joā. iiij. Salus ex iudeis est. Esa. xxvij. Qui egrediūt im/petu a Jacob: florebit z germinabit isrl'. z imple/bunt faciē orbis semine. Tertia causa est: Ne rationabilē causam habere videant iudei q̄ nō recipiunt verbuꝫ dei: si ṗus irent ad gentes. Actuū. xiij. Uobis oportebat ṗmū loq̄ verbum dei. Sꝫ quia repellitis illud z indignos vos iudicatꝭ et̄ne vite: ecce cōuertimur ad gentes. Sic eni ṗcepit nob̄ dominus. Esa. xlix. Parū est mihi vt suscites mihi tribus Jacob. z feces israel ꝯuertēdas. Dedi te in lucē gentiū vt sis salus mea vsqꝫ ad extremū t̄re. Gentes autē cū nec legē recipiāt nec ꝓphetas: in toto immūde sunt: vn̄ significat ꝑ canes. Sup. vij. Nolite sanctū dare canib⁹. Matt. xv. Non est bonū sumere panē filiorū z mittere canib⁹ ad man/ducandū [z in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritꝭ] Quia si (al's q̄) receperūt legē z n̄ ꝓphetas: significant ꝑ porcos. Sup. viij. Porc⁹ eniꝫ partim ē mūduꝫ aīal. qꝛ vngulā diuidit. ptim im/mundū qꝛ nō ruminat. Sed tunc q̄rit. Quare mutat modū loquēdi: q̄re nō dicit: In viā sama/ritanoꝝ ne abieritis. Et Dicendum q̄ hoc caueri nō poterat. qꝛ inter Judeos cōmixtim habitabāt z sepe eos cōmūis via duxit ad Samaritanos et ad Judeos: sed suffecit q̄ non intrarent in ciuita/tes vt habitarēt cū eis. Joan. iiij. Non eni coutūt

Judei samaritanis. Sed cōtra. Joā. iiij. Chrs intrauit in ciuitatem samaritanoꝝ: et ṗdicauit ibi et mansit cū eis. Ad hoc dicendum q̄ hoc fecit in transitu z paꝝ: non q̄si veniret ex intentione [sed

ite potius ad oues] Hoc est Secūdū. Et de/ D
terminat Cui sit in ṗma missione ṗdicādū. Et vo/cat Judeos [oues] ꝓpter simplicitatem z vtilita/tem z mansuetudinem patꝝ. Et hoc est qđ sequit [domus israel] hoc est familie isrl'. Decebat em̄ Lucernā esse sup candelabꝝ. hoc est: euangeliū supra legem. Et decebat esse columnam cui domus ecclīe innitit sup basim legꝭ. Et tandē oportuit vt ibi testimoniū accipet veritas vbi testes ei⁹ cogno/scebant: Et vbi testimoniū illud intelligebat. Et h̄ ordine dr Act. j. Eritꝭ mihi testes in hierl'm z in iudea z in samaria z vsqꝫ ad vltimū terre. Mat. xv. Non sum missus nisi ad oues que ꝑierunt dom⁹ israel. j. Pe. ij. Eratꝭ q̄si oues errantes: sed cōuersi estis nunc ad pastorē z Epm aiaꝝ vestraꝝ.

Euntes autē ṗdicate dicentes: qꝛ appropinquabit regnū celorū: Infirmos curate: mortuos susci/tate: leprosos mūdate: demones eijcite.

Hic tāgit Quid ē ṗdicādū dicēs [Eūtes zc.] Dicit aūt h̄ Quattuor. Diligētiā: cū dr [Eūtes] Mar. vl. Eūtes in mūdū vniuersum ṗdicate euāgeliū. Ps. cxxv. Eūtes ibāt z flebāt. Scdo Modū docendi: cū dr [ṗdicate] Predicant em̄ ea q̄ sup nos sunt Sic dr Chrys. j. Coꝝ. ij. Quod ocu/lus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que ṗparauit deus diligentibus se. Ter/tio Quid ṗdicandum [quoniā appropinquabit] q̄m cū Regnū sit iusticia z leguꝫ distributio: hoc cōtinue appropinq̄t q̄n iusticia exercet. Mat. iij. Appropinq̄bit em̄ regnū celoꝝ. Esa. xiij. Prope ē vt veniat tp̄s ei⁹ z dies ei⁹ n̄ elōgabunt. Heb. x. Adhuc aūt modicū aliq̄ntulū z q̄ ventur⁹ est ve/niet z nō tardabit. Quarto tangit Quid appropin/q̄t: q̄m [regnū celoꝝ] In q̄ differt euangelium ꝭm finē a lege Moysi que nō ꝓmittebat nisi terre/na. Deutero. xxxiij. Tm̄mō oculus Jacob in terra frumēti vini z olei. Sed euāgeliū ꝓmittit celestia. Sap. x. Justū deduxit dn̄s per vias rectas z ostē/dit illi regnū dī. j. Coꝝ. xv. Qualis terren⁹: tales z terreni. et q̄lis celestꝭ: tales z celestes. Joā. iij. Qui de terra est: de terra loquit. et qui de celo venit: su/per oēs est [Infirmos curate] Ecce Qualiter res ṗdicata cōfirmanda. Et attēde q̄ Omne qđ impedit ad bonū Aut est īpediēs ꝭm retractiōeꝫ a bono: Aut ꝭm ṗuatōeꝫ boni. Adhuc Aut īpediēs intra: Aut ex̄ distictū a nob̄. Adhuc Aut ē ꝭm cor/ruptōeꝫ hūoris: Aut vat: qđ corruptū corrūpit id qđ ē intra ipm: z ꝓpagat corruptiōeꝫ ad mēbra. Et ṗmo q̄dē ē Cura īfirmoꝝ. Scdo Suscitatio mortuoꝝ. Et hec a ṗncipio nob̄ Intraneo. Sꝫ a ṗncipio Exneo: ē eiectio dmonū qđ ē tertiū. q̄rtū aūt ē Mūdatio leꝓsoꝝ. Infirmitas āt ē ex m̄ltitudine venialiū z īpedimto seclariū curarū. ij. Paral. vl.

Incuruatus sum multo vinculo ferri: ⁊ nō est re
spiratio mihi. Mors autē est p pctm̄ mortale: vl'
desparationē. Esa. xxvj. Uiuent mortui tui dn̄e. inter
fecti mei resurgēt. Eiectio demōis est p liberatiōez
tentatōis. Tob. xij. Demoniū ipē ab ea cōpescuit.
Leprosus morpheis ⁊ maculis plen⁹: heresis est:
q̄ corrūpit ꝟbi pabulū ex corruptōe mali vasis: h
est cordis. Joan. xx. Noli esse incredul⁹ sz fidelis.

Gratis accepistis gratis date.

Hoc est Quartū de Modo ꝓponēdi ꝟbū. Et in
telligit̄ Tripliciter. Grat̄ cōicādo. Grate ꝓponēdo.
⁊ In simone grtioso. Primū est liberalitat̄. Secū
dū charitatis. Tertiū discretōis. De Primo Esa.
lv. Absqz vlla cōmutatiōe bibite vinū ⁊ lac. Act.
viij. Pecūia tua tecū sit in pditōez. qr existiasti do
nū dei pecunia possidere. De Scōo Gal. vj. Si
poccupat⁹ fuerit hō in aliq̄ delicto: vos q̄ spūales
estis instruite illū in spū lenitatis: ɔsiderās teipm
ne ⁊ tu tenteris. De Tertio Colos. iiij. Sermo vr̄
in grā sale sit condit⁹. Eph. iiij. Ois sermo mal⁹ ex
ore vr̄o nō pcedat. Sed siqs bonus est ad edifica
tionē: vt det grām audientib⁹. Sic ḡ [gratis da
te] qr in spū furoris spūs sermo ꝓpositus nō au
ditur. iij. Reg. xix. Spūs magn⁹ ɔterēs petras an
dn̄m. Non in spū dn̄s: ⁊ post spm̄ cōmotio. Sup
ple turbatiōis. Non in cōmotōe dn̄s: ⁊ post cōmo
tionē ignis: Et post ignē sibilus aure tenuis Ibi
dn̄s. qr sibilus ille dulcedinē significat lenitatis.

Nolite possidere aurū neqz argē tū: neqz pecuniā in zonis vestris: Non perā in via: neqz duas tunicas: neqz calciamēta: neqz virgaz Dign⁹ est eni oparius cibo suo.

Ordinata doctrina: hic ordinat vitā. Et est Du
E plex ordo. sm virtutē vicz. ⁊ sm auctoritatē apli
cam. Scōm est Ibi [Qui recipit vos: me recipit]
In ordine autē q̄ est sm ꝟtutē Duo facit. Tangit
enim Prio Qualiter se habeāt ad ɔcupiscibilia mū
di. Et Secūdo Qualiter se habeāt ad eiusdē mundi
piculorz aduersa. Ibi [Ecce ego mitto vos] Ad
huc ad mūdi ɔcupiscibilia Dupliciter ordiat. Scz
sm supflui abdicatōez. et sm vsus necessitatē Ibi
[In quācunqz autē ciuitatē] In Primo aūt hor
dicit Duo. Primo eni indicit abdicatōez hui⁹ mū
di ɔcupiscibiliū. Et Secūdo ne desperēt: infirmi
tatis ɔcedit solaciū. Ibi [Dign⁹ eni est opari⁹ ⁊c.]
In Primo autē hor inducit Quinqz: Que sic ac
cipiunt. Cura vltra psens necessariū extēsa Aut ē
ad ꝓuisionē tpalis boni. Aut ad defensionē violē
ti mali. Si autē est ad ꝓuisionē boni Aut hoc est
boni qd generaliter p bonis omnib⁹ est cōmuta
bile. Aut boni quod ꝓuidet in vsum vite. ⁊ gene
rale quidē cōmutabile in omne quod cōcupiscit ē
aurū ⁊ argentū: et pecunia in zonis. Et hoc distin
guitur: qr Aut est cōmutabile in potētia vel i actu
In potētia qdem est aurū ⁊ argentū. In actu aūt
pecunia. Et ideo ligatur in zonis vt ad manū sp
para habeat. Aurū aūt est id qd ad ad magnas ē
cōmutatōnes: ⁊ argentū ad cōmunes. Si aūt est
prouisum in vsum vite: Aut est de ordinat̄ ad vi
ctum. Et hoc significat̄ in pera. Aut de ordinatis
ad vestitū. Et hoc est Dupl'r. sm vsum corpis: ⁊ h
est due tunice. Aut est sm vsum mēbri spāliter fa
tigati in itinere. Et hoc est calciamētū. Sed ad de
fensionē violēti mali est virga. Nec credēdū est q
dn̄s curā necessitat̄ phibeat. qr Joan. iiij. secū pe
cunia in zona deferebat̄. qa ibi dr q discipuli abie
rant in ciuitatē vt cibos emerent. Et Joan. xiij. dr
q Judas ea q̄ mittebant̄ portauit ⁊ loculos ha
buit. Et Lu. viij. ⁊ xxij. q mulieres ascenderunt a
galilea ⁊ de facultatibus suis dn̄o ministrabant.
Sed post⁹ sicut dicit Chrys. Cum primos pdica
tores mitteret: ꝓpter instantiā pdicatiōis nō poterāt
cogitare de futur̄ abūdantijs: nisi retraherentur
ab instātia pdicatōis. Et cum in pmis oportuerit
instātissime pdicare ⁊ nō retrahi: ido futuror in
terdixit illis sollicitudinē. Cum aūt instantia talis
postea orbe cōuerso necessaria non fuerit: ad talia
non obligant̄. Adhuc sicut dr Mar. iij. Istos du
odecim non adhuc in totū orbem misit. sed secum
esse voluit vt eos mitteret ad iudeos qb⁹ dictū fu
it q pegrinos recipent. Et ideo in tali cōmissione
minor fuit cura habenda future copie. Postea au
tem cum ad gentes: legem nō habentes misit: il
lud relaxauit Lu. xxij. Quādo misi vos sine saccu
lo ⁊ sine calciamēt̄: nunquid aliqd defuit vobis:
At illi dixerunt: Nihil. Et Jesus dixit eis. Et nunc
qui habet sacculum tollat: similiter et peram. Et
qui non habet vendat tunicam ⁊ emat gladium.
Sic ergo intelligit̄ quod h inducitur. Dicit er
go [Nolite possidere] Jurispiti dicunt q pos F
sessio dicit̄ quasi pedum positio. Hermes aūt tri
megistus dicit q possessio dicit̄ qd post sedet: hoc
est in quo post: non sit̄ nec ante sedetur. Et hoc est
solaciū infirmitati datū. qr id qd sum⁹: diuinū est
⁊ imago dei: qd cum illo sumus infirmum est. Et
hoc infirmuz vt sustent̄ sedet in bonis fortune:
eo q ⁊ ipsum fortune subiacet ⁊ casui: quod nō fa
cit diuinum quod est in nobis. Et ido possidere di
cit quietem in eo qd possidetur sm Trimegistū:
et immobilitatē sm Jurisconsultū. Et hoc modo
doctoribus religiōis christiane interdicit̄ posside
re aurum: et pmittit̄ vel concedit̄ habere ad vsum.
Tobie. xij. Bona est oratio cum ieiunio ⁊ elemosy
na magis q̄ thesauros auri recondere [neqz ar
gentū] Act. iij. Argentū et aurum non est mihi:
quod aūt habeo hoc tibi do. Act. xx. Argentum ⁊
aurum nullius vestrū concupiui. Phil. iiij. Non
quero datum sed fructum in rōne vestra. Esa. xiij.
Ecce suscitabo sup vos medos qui argentum nō
querant: nec aurum velint: sed sagittis paruulos
interficiant. Medi adequantes ⁊ mēsurantes in
terpretantur: et significant apostolos: qui ad iusti
cie equalitatem et sapientie mensuram orbem re
degerunt: nihil nisi salutem animarum querentes
Sed acutis sagittis autorizant ab arcu scripture
excussis: paruulos qui ad christū veniunt interfi
ciūt: vt iā nō sibi viuāt sed chrō [Neqz pecuniā
in zonis vr̄is] Hoc ē mlt̄ū ɔ dogma eor q in p
dicatorib⁹ mendicitatem expugnāt ⁊ cōdemnant
Unde Hiero. Qui diuitias detrūcauerat ꝓpe mo
dū: vite necessitatē amputat: vt apl'i vere religiōis
doctores omnino dei ꝓuidētia gubnati ōnderent
se nihil de crastino cogitare. Eccl'i. x. Nihil iniqus
q̄ amare pecuniā: hic eni animā venalē habet: qm̄
in vita sua ꝓiecit intima sua [neqz peram] Pe
ra hic sumit̄ p instrumentis in qb⁹ esculentuz vel
poculētū in futurū pparatū deportat̄. Un̄ Josue
ix. Gabaonite q̄ in peris ⁊ vtrib⁹ esculentū ⁊ pocu
lentū portauerūt deceperūt filios israel. Gabaoni
te pdiues iniqtate interp̄tant̄. ⁊ significant eos q̄
ventri dediti de officio pdicatiōis: q̄runt implere
peras voluptatis. ⁊ vtres vino in quo est luxuria
Rho. xvj. Hmōi chrō dn̄o nō seruiūt: sed suo ven
tri. ⁊ p dulces sermones et benedictōes seducunt
corda innocentū. Phil. iij. Quorū de⁹ venter est:
⁊ glia in ɔfusionē. Peras eni tales nō portāt: nisi
quib⁹ apposita nō sufficiūt: Sz delicatiora procu
rant: qd nō erat illis necessariū: q̄ tm̄ secū habue
runt pcuratorē: et tpe pacis mittebant̄. ⁊ int̄ eos q̄
bus pceptū fuit vt pegrinos vocarent. ⁊ ptes eis
mitterēt qui nō pparauerūt sibi. Neemie. viij [Ne
qz duas tunicas] hoc ē: supfluas. Due eni tuni
ce dicunt̄: aut due in numero: aut due in vsu vten
tis. ⁊ scōo modo sunt supflue. qr sicut dicit Hie
ro. In locis scythie glaciali frigore rigentib⁹ vna n̄
sufficit tunica. j. Timot. vlt. Habentes alimenta
⁊ quib⁹ tegamur his ɔtēti sim⁹. Jaco. vlt. Agite
nūc diuites: plorate vlulantes in miserijs vestris
q̄ aduenient vobis. diuitie vr̄e putrefacte sunt. ⁊ ve
stimenta vr̄a a tineis comesta sunt. Aurū ⁊ argen
tū vestr eruginauit. ⁊ erugo eor erit vobis in te
stimoniū. et mādicabit carnes vr̄as [neqz cal
ciamenta] Pluralit̄ dicit. qr calciamentū est ne
cessariū: quod intelligit̄ habuisse dn̄s Joā. j. cum
dixit Joānes. Cui⁹ non sum dign⁹ soluere corrigi
am calciamēti ei⁹. Marci. vj. Calciati pedes san
dalijs. Act. xij. Calcia te caligas tuas. Caliga eni
est dicta a calx ⁊ ligare. sicut ⁊ calce⁹ a calce dicit̄.
Etsi dicas q sandalia sunt solee alligate. Uer
est: tm̄ in extremitate ille solee habebant coria defē
dentia ne lapilli arenar infra pedē ⁊ soleas incide
rent. Et hoc factū fuit ad cōmodū. qr terra calida
est: ⁊ arenosa palestina. Et quia arenosa est dātur
solee. ⁊ qr calida est et pes ex motu ampli⁹ calescit.
vt refrigeratio custodiat pedis virtutē: pmittunt̄
supius esse apte. Exo. xij. Calciamēta habete i pe
dib⁹. Eph. vj. Calciati pedes in pparationē euāge
lij pacis. Can̄. vij. Quā pulcri sūt gressus tui i cal
ciamētis filia pncipis. Fuerūt autē qdā heretici:
vt dic̄ Aug. in li. de heresib⁹: q̄ vocant̄ discalciati: q̄
ꝓpter istud ꝟbū dixerūt nō vtendū esse calciamētis
Inducētes h qd dr Exo. iij. ⁊ Josue. v. Ne appro
pies huc: sed solue calciamentū de pedib⁹ tuis. lo
cus eni in q̄ stas terra sancta est. Et dixerūt: q nō
pōt qs ad deū accedere calciatus: errātes ⁊ scptu
ras nō intelligētes. qr hoc dictū est io q mortici
G na pellis nō sit in affectu [neqz virgā] Cōtrariū
videt̄ Mar. vj. vbi dr q pcepit eis neqd i via tolle
rēt nisi tm̄ virgā. Un̄ Exo. iiij. Uirgā qz istam tol
les tecū i manu tua in q̄ factur⁹ es signa. Rn̄sio
Augustini est Q˛ est virga directōis q̄ est in pla
to. de qua dr Ps. xliiij. Uirga directiōis virga re
gni tui. Et in hac virga ptās est sumendi ad sustē
tationē corpis. Et hanc dr Marc⁹ tollendā. Est
etiā ꝟga impugnatiōis ⁊ defensiōis mūdani (al's
hūani) auxilij. Et hec nō est tollēda. sed psidio dn̄i
cōmittat se qui debet studere cōuersiōi ꝓpl'i. Quia
sicut dicit Chrys. qui predicat infidelib⁹: studet vt
auferat rit⁹ malos. Et ex hoc indignant̄ homies ⁊
cōmouent̄ ⁊ mala inferūt. Etsi se pdicator ab his
defendit: auertit a se populū ⁊ non cōuertit eū. Et
ideo martyres patia ⁊ morte vicerūt. Un̄ Gedeō
castra madian euertit complosis lagūculis et so
nantib⁹ tubis ⁊ micantib⁹ lāpadib⁹: clamātib⁹ vi
ris eius: gladi⁹ dn̄i ⁊ gedeonis Judicū. vij. Com
plodere aūt lagūculas est castigādo confringere
corpa ⁊ in seruitutē redigere. et Micare lampadi
bus est miracula optimor exemplorz adhibere.
Tuba sonare est ꝟba pdicatiōis clare ꝓponere. Et
sic vincit gladi⁹ ꝟbi dn̄i ⁊ pdicatoris. Rhom. xij.
Nō vosmetipsos defendentes charissimi: sed da
te locū ire. Hoc ḡ modo psidiū mūdanū nō q̄rere
est baculū in via nō tollere. Esa. xxxvj. Ecce cōfidis
sup baculū istū cōfractū sup egyptū cui si innixus
fuerit hō: intrabit in manū eius ⁊ pforabit eaz. sic
Pharao rex egypti omnib⁹ q̄ cōfidūt in eo. Hier.
xvij. Maledict⁹ q̄ cōfidit in homie ⁊ ponit carnē
brachiū ei⁹. Sed cōtra hoc videt̄ esse qd dr Lu
ce. xxij. Ecce duo gladij h. Et dixit dn̄s: Sat̄ est.
Sed ad hoc dicēdū Q˛ arma defensiōis: Nō im
pugnatōis. Contra eos q̄ nitunt̄ subuertere fidem
in plebe postq̄z ad statū fidei deuenit. Et ad h ha
bet duos gladios chri vicari⁹. Unū quo ferit qui
est spūalis potestatis. Et Alterū quo lz n̄ feriat: tm̄
ad impium ei⁹ exerēdus est vt feriat. Et hūc habet
ecclesie aduocatus, vel officiatus. Sed his nō po
test vti qui infideles studet conuertere: sicut osten
sum est [Dignus em̄ est oparius cibo suo]
Ne oīno dura videant̄ ⁊ intolerabilia q̄ dicta sunt
Ideo mitigat h ostendens necessaria tali opario
esse digna. Hic em̄ opari⁹ esse dr duplici ratione
Una quar est: quia hoc quod dicit verbo: opere
demonstrat. Secunda est. quia in cōuersione ani
mar deo coopatur. quod dignissimū est gen⁹ ope
rū. Primo modo cepit Jesus facere ⁊ docere Act.
j. Scōo modo opat⁹ est salutē in medio terre. Job
xxxvj. Opatorem meū ꝓbabo iustum. Prouerb.
xiij. Aīa opantium impinguabit̄. Hic igit̄ est di
gn⁹ cibo Nō voluptat̄: sed necessarie sustentatōis
Deuter. xxv. Nō alligabis os bouis triturantis. j.
Cor. ix. Ordinauit de⁹ his q̄ euāgeliū annūciant:
de euāgelio viuere. Gal. vj. Cōicet aūt is q̄ cathe
zizat̄ ꝟbo ei q̄ se cathezizat i oib⁹ bonis. j. Cor. ix.
Si nos vob spūalia semiam⁹: magnū est si carna
lia vr̄a metā⁹. j. Ti. v. Qui bn̄ psunt pbri duplici
honore hēant̄ digni: maxie q̄ laborāt in ꝟbo ⁊ do
ctria. ij. Ti. ij. Laborātē agricolā oz pmū d fru. pc.

In quācūqz aūt ciuitatem aut castellū intraueritis: interrogate qs in ea dign⁹ sit: et ibi manete donec exeatis.

D Hic determinat vsus vite necessitatē. Et qꝛ hec
tota est in recipiētiū hospitalitate: Ideo duas ha-
bet partes. Prima est de Receptōe et recipiētib
Et Secūda de Nō recipiētib Ibi[Et q̄cūq3 ñ re-
cepit vos] In Prima haꝝ sunt Tria. Primū est
de Honestate hospitis. Secūdū: vt dicit Hiero.
de Jure immobil' hospitij. Tertiū De Benedicti-
one hospitij: quā merek hospitalitas suscipient3:
z largik sanctitas eius q̄ recipik. Primū est: s3 de
centiā virtutis p̄dicatoris. Scōm est: f'm stabili-
tatē iā fixe in eternitate mēt3. Tertiū est de Copia
exuberantis sanctitatis. Dicit ḡ[In quācun
q3 ciuitatē] Ubi ciuilitas est studiū z vrbani-
tas exercek[aut castellū] Ubi est p̄sidium terre
ciuitatē sustentant3. Et in hoc innuit X z sapien
tib z Insipiētib sunt debitores: z Mult3 z pau
cis esse p̄dicandū: et hominib esse ingerēdū. Uñ
dicit[intraueritis] Uñ Eze.ij. Ueni mittam te
ad eos. Cañ.vij. Egrediamur i agrū: cōmoremur
in villis[interrogate]a ꝯuicinis vel ꝯciuibus
noscentib honestos: ne turpitudine recipiētis ver
bū p̄dicatōis maculek[quis in ea dignus sit]
Hiero. Dignus est q̄ plus se reputat accipe q̄3 da
re cū suscipit. Et hoc dictū est f'm largitatis ꝓprie-
tatē. De qua dicit Phs ꝙ Largi z magnifici ē vel
le facere bñficiū z nō cōtrapati. eo ꝙ sibi reputat
nihil meli⁹ posse fieri q̄3 beneficiū facere. j. Timo.
iij. Oportet illū testimoniū bonū habere ab his q̄
foris sunt. iij. Joā. Charissime bñ facis q̄cq̄d opa
ris in fratres: z hoc in pegrinos: q̄ testimoniū p-
hibuerūt charitati tue in ꝯspectu eccl'ie: quos be-
nefaciens deducis digne deo. Sed cōtra Quia
Ipe Supra.xj. intrauit ad publicanū. Luc. xix.
Ad Zacheū. Infra.ix. Ecce homo vorax z potator
vini: publicanorū z pctōꝝ amicus. Sup.ix. Non
est opus valentib medicus. Cū ergo medici sint:
nūcij sui: ad egrotos peccatores interrogare de-
bent. Josue.ij. Exploratores excepti sunt i domo
meretricis. Sed ad hoc Dicendū ꝙ in p̄ma ho
spitalitate honestū q̄rendū est hospitiū. Sed cu3
innotescit p̄dicator: ad h̄ est studendū: vt de inho-
nesto honestū faciat: Sicut fecit dñs: z explorato
res: z tunc in illo possunt manere. Sed in q̄ tur-
pia fiunt cōmercia: nō decet hospitari sctōs [z in
de ne exeatis] Ecce Prohibitio curiositat3 dis-
currēdi p domos. Eccl'i.xxix. Uita nequā hospitā
di de domo in domū. z vbi hospitabik: nō fiducia
liter aget. Sed ponam⁹ ꝙ nō recipiat aut diu
tenere nō velit. Et dicendū: ꝙ si dignus est: omnia
recipit: p̄cipue cū nō querak nisi cibus. Heb. xiij.
Hospitalitatis nolite obliuisci: Per hanc enim
placuerūt q̄dam: angelis hospitio receptis. Et h̄
est dictū Chrys. Posset etiā dici X in ratōne di-
gni hospitis Tria includunk. Honestas vite: cu-
ius pars est largitas hospitalitatis. z Facultas
copie vnde suscipe possit. Et Benignitas exhibiti-
onis ꝙ nō amaro vultu recipiat. Si tñ aliq̄s ex-
eat de hospitio in hospitiū: nō causa leuitatis vel
voluptatis: nō facit cōtra euangeliū. qꝛ Cum plu
rib⁹ hospitās plures lucrak dño. Unde filij Job
dies conuiuij circularik duxerūt in orbē. z sanctifi-
cauit tūc eos Job: Ferens holocaustū hospitali-
tatis pro singulis.

**Intrātes aūt in domū: saluta-
te eam: dicētes Pax huic domui
Et si q̄dem fuerit dom⁹ illa digna
veniet pax vestra sup eam. Si aūt
non fuerit digna: pax vestra reuer
tetur ad vos.**

Ecce Tertiū de Collatiōe bñdictōis sp̄ualis ab
hospite sucepto. Et dicit Tria. Pacis sc3 eulogiū
a suscepto exhibendū. Pacis q̄etem sup dignum
Pacis cum fructu reditū ad hospitē ab eo qui est
indign⁹. Dicit igik[Intrātes aūt domū]ad
hospitandū [salutate eā]hoc est familiā [dicē-
tes Pax huic domui] Rhom.xij. Si fieri pōt
quod ex vobis est cū hoib oib pacē tenētes. Esa.
lij. Quā pulcri supra mōtes pedes euāgelizāt3 pa-
cē: annūciantis bonū: p̄dicātis salutē. Supra. v.
Beati pacifici q̄m filij dei vocabunk. Sic ergo sa
lutantes ꝯferūt plus q̄3 accipiāt. Ps.lxxv. In pa
ce fact⁹ est locus ei⁹. Et est ista salutatio f'm cōsue-
tudinē hebraici z syri nois In q̄ dr Salemilach:
hoc est: pax tibi. Latine aūt est acsi dicatur Aue vel
Salue [Et si q̄de3 fuerit dom⁹ illa digna]
Lu.ij. Pax hoib bone volūtat3. Et iō dign⁹ est in
cui⁹ bonā voluntatē p̄dicator intrat[requiescet su
per eā pax vestra] Qui pacē cū deo v̄ra exhor-
tatione accipiētes: p̄manebit pax quā ꝓmulgast3
z ꝓpagast3 in eos p salutationē. Phil'.iiij. Pax dei
q̄ exupat oēm sensum: custodiat corda vestra z in-
telligētias v̄ras. Esa.vl. Ecce ego declinabo i vos
sicut fluuiū pacem [Si aūt nō fuerit digna]
qꝛ non recipiendo vos z verba mea: se facit indi-
gnum. Esa.lvij. Non est pax impijs dicit domin⁹
[ad vos reuertek pax vestra]hoc est pac3 fru
ctus z merces. Ps.cxix. Cum his q̄ oderūt pace3
eram pacific⁹: cum loquebar illis z c̄. Propk hoc
dicit Esa.xlviij. Utinam attēdisses mādata mea:
multiplicata fuisset q̄si flumē pax tua. Flumē em̄
fluit de vno in alium: et ita facit pax p eulogiū pa-
cis et predicationem.

**Et quicūq3 nō recepit vos: ne-
q3 audierit sermones vestros: exe
untes foras de domo vel ciuitate
excutite puluerē d̄ pedib⁹ vestris** I

Hec est pars de Non recipientiū cōdemnatio-
nem. Et dicit Duo. Sc3 Quid p̄dicator debet fa-
cere non recipienti se patrifamilias z familie. Et d̄
Intolerabilitate condemnatōis ipsi⁹ De Prio
dicit [Quicūq3]Due sunt receptiones. Una est
Predicantis in exteri⁹ hospitiū. Altera Uerbi in
cordis cōsensū. Et de his dicit. De Prima [Qui-
cūq3 nō recepit vos] in domū extra. Judi.xix
Nemo vult nos in hospitium recipere. Sap.xix.
Ignotos non recipiebant aduenas. iij. Joā. Nec
diotrepes suscipit frēs: et eos q̄ suscipiūt ꝓhibet
[neq3 audierit ser. v̄ros] Ezech.iij. Dom⁹ isrl'
nolūt audire te qꝛ nolūt audire me Act.vij. Cum

loquerek Stephanus: ꝯtinuerūt aures suas z i-
petū fecerūt vnanimiter in eū. z eijciētes eū extra ci
uitatē lapidabāt[exeūtes foras de domo] si
domus est alicui⁹ [vel de ciuitate] si oēs sil' ꝯ-
dicunt. Ps.liiij. Uidi iniquitatē z ꝯdictōe3 in ciui-
tate die ac nocte: sup muros ei⁹ iniq̄tas: et labor
in medio ei⁹ z iniusticia. et nō defecit d̄ plateis ei⁹
vsura z dolus. Non ḡ maneat3 in ea: sed[excuti-
te puluerē de pedib v̄ris] Puluis in pedib
signū est itineris: vt dicit Tulli⁹. Uñ sensus ē. Fa
tigationē assumpti ꝓ eis itineris cōtra eos ostēdi-
te i ratōem maioris eorū ꝯdemnatōis z apl'oꝝ li-
beratōis. Eze.iij. Si annūciaueris ei: ipe in pecca
to suo moriek: Tu autē aīa3 tuā liberasti. Actuū
xx. Innocens ego sum a sanguine oīm vestꝝ. Nō
eni effugi quo minus annūciarē vobis om̄e cōsi-
liū dei. Hanc expositōe3 puto esse l'ralem. Alia eti
am est ꝙ puluis significat tpalia parua: q̄ excutiē
da sūt in eos: ne putēt ꝓpk tpalia sibi ingeri v̄buz.
Apoc.xviij. Exite de illa popule me⁹: z ne pticipes
sitis delictoꝝ eius. z de plagis ei⁹ nō accipiat3: qꝛ
puenerūt peccata ei⁹ vsq3 ad celū. Et isti sūt Tri-
pliciter accusabiles, qꝛ Nihil adheāt eis de pace
sanctorū que peccatū deleret. Nihil remāsit sanct3
de elemosynis eorū ꝙ ꝓ eis interpellarēt. et Agḡ
uatus est cōteptus eoꝝ: cū sanctoꝝ v̄ba nō audi
rent: neq3 sctōs suscipent. Et hec etiā bona est expo
sitio. Alia est expositio: X puluis sunt minute ne
gligētie: q̄ ꝯhunk ex sollicitudine p̄dicatorū Et q̄ñ
sollicitudo coꝝ nō recipik: etiā minuta q̄ occupati
circa ꝯuertēdos ꝯhunk in eos excutiunk: quia eis
imputank. Actuū.xviij. Cōtradicentib z blasphe-
mantib iudeis: excutiēs Paul⁹ vestimēta sua: di
xit ad eos. Sāguis vester sup caput vestꝝ. mun-
dus ego ex hoc ad gentes vadam.

**Amen dico vobis: Tolerabili⁹
erit terre Sodomorū z Gomorre
orū in die iudicij q̄3 illi ciuitati**

Hoc est Scōm Ubi tāgit Cōdemnatōe3 eorū
p cōpatione ad Sodomitas. Dicit ḡ[Amen
dico vobis]hoc est. Uere dico vob[Tolerabi
li⁹ erit]quo ad iudiciū ꝯdēnatōis[terre sodo.
et Gomorreoꝝ]que (al's q̄) principales erant i
pentapoli subuersa p ignē z sulphur[in die iu-
dicij]cōis[q̄3 illi ciuitati] Uidek aūt h̄ esse
falsū. Gen. eni.xiij. dicik X hoies Sodomite pes
simi erāt. z pctōres corā dño nimis. Non est autē
accipe peius pessimo. ergo nulli sūt maiores pctō
res q̄3 Sodomite. z p ꝯseq̄ns in illo (al's nulla) da
mnatio erit itolerabilior. Ad hoc dicūt q̄da3 ꝙ
nō fit compatio quo ad oīa pctā: sed q̄ ad queda3
q̄ enumerank Eze.xvj. ꝙ manū egeno z pauperi
nō porrigebant. Et quo ad hoc isti peccāt pl⁹: qꝛ
nō tm̄ nō porrigūt ministris dei: sed etiā volentes
(al's nolētes) recipe sermonē abij ciūt. Et iō q̄ ad
inhospitalitatē pl⁹ peccāt isti z pl⁹ puniunk q̄ ad
hoc pctm̄. Sap.xvj. Juste eni patiebank f'm suas
neq̄tias. Eteni detestabilē hospitalitatē instituer't.
Sed hoc nō videk f'm Glo. que dicit. ꝙ Ab eo pl⁹
exigik cui plus cōmittik. Et ideo Dicendū ꝙ Pec
cata multipl'r compank ad inuicē. z sil'r pene cōse-
quentes. Uno q̄dem mō pctm̄ f'm substantiam z
actū compak ad alteꝝ. Et hoc modo: pctm̄ Sodo
moꝝ graui⁹ est peccato istoꝝ. qꝛ illud est ꝯtra na-
turam z rōnem z gratiam. istud aūt nō ita: sed est
contra gr̄am tm̄. Alio mō compak f'm circūstātiā
Et f'm hoc peccans cōtra gr̄am z correctiōem ob-
latā sibi a deo: magis peccat z deformi⁹ q̄3 peccās
simpliciter. Et hoc mō pctm̄ istoꝝ: refutantiū ver
bū mai⁹ est pctō Sodomorū. Treñ.iiij. Maior
fuit iniquitas mea pctō Sodomoꝝ q̄s subuertit
dñs in momēto. Leuik.xxvj. Si nō obedierit3 mi-
hi addā cōtritiōes vestras septuplū sup pctā v̄ra
et cōterā supbiā duricie v̄re. Prouerb.j. Quia vo
caui z renuist3: extēdi manū meā z ñ fuit q̄ aspice-
ret: ego q̄3 in interitu v̄ro ridebo z subsannabo cū
vobis q̄d timebatis aduenerit.

Ecce ego mitto vos

Hic monet ad passionū tolerantiā. Hoc aūt fa K
cit Duob modis. Sc3: Describēdo passiōis q̄lita
tes ex tortoꝝ diuersitate. Et assignādo rōnem cō-
stantie in passione. Et hoc facit Ibi[Nō est disci-
pulus supra magr̄m] Adhuc in Prima pte Duo
sunt. In quoꝝ Primo eos armat cōtra psecuto-
rū seuitiā. In Scōo aūt ne desperēt: ponit quādā
mitigationē: Ibi[Qui aūt pseuerauerit] In Pri
ma haꝝ tangit adhuc Duo. Docet em̄ Cautelam
cōtra psecutionem tyrānoꝝ Primo. et Scōo ad-
iungit De Persecutione prioꝝ: Ibi[Tradet aūt
frater fratrē in mortem z c̄.] In Prima haꝝ sunt
Tres pagraphi. In quoꝝ Primo in Cōi determi
nat habitudinē discipuloꝝ ad psecutores. et econ-
tra. In Secundo Necessariā ꝓpter hoc ōndit esse
cautelam ab hoib. In Tertio aūt ostendit ꝙ l3
in seculari fortitudine tyrāni p̄ualeant: nō oport3
despare. quia In sp̄ualib: sancto sp̄ū docēte: mul-
to erunt in rationibus fidei fortiores. Et hoc inte
rius dat securitatem patiendi z moriendi. Et hec
Tria patent in littera. In Primo hoꝝ paragra-
phoꝝ Duo dicit. Quoꝝ Unū est Legationis sue
difficultas. Et ex hac difficultate concludit Duo
esse necessaria Legatis sicut patet. De Primo
dicit[Ecce ego] Q.d. Sic ordinaui de recipien
tibus z nō recipientib vos: Sciens hoc vob esse
necessariū. quia[Ecce ego mitto vos] Et in h̄
tangit Autoritatē: Legationē: Qualitatē legatoꝝ:
et Legationis difficultatē. Autoritatē tāgit in Du
obus. In demōstratiōe: In qua notak ꝙ Publi-
ca est Non in silentio z occulto pagenda. et In di-
gnitate iniungent3 (al's pagent3) Cum dr[Ego]
p meipm. Publicā em̄ legationē oportet oib ex-
poni. Et cū ꝯtria sit mlt3: mag3 ipugnak. De Prio
Abō. Auditū audiuim⁹ a dño z legat⁹ ad gentes
missus ē. L3 em̄ mlti sint: tñ singulariter dr: ꝓpter
vnitatē z ꝯsensum. De Scōo.ij. Coꝝ.v. Pro chrō
legatiōe fungimur tanq̄3 deo exhortāte p nos. Lu.
x. Qui vos audit: me audit. et qui vos spernit: me
spnit[mitto] Ecce Legatiōis iniūctio. Gen.xxx-
vij. Frēs tui pascūt oues in sichimis: veni mitto te
ad eos. Ibi em̄ missio hec p̄figurata ē Jo.xx. Sic
misit me pater: et ego mitto vos. Joan.xv. Non

vos me elegistis: sed ego vos elegi vt eatis et fru/
ctū afferatis ꝛ fruct⁹ vr̄ maneat. Sic dixit se mis
sum Moyses Exo.iij. Ecce ego vadā ad filios isrl'
ꝛ dicā eis. De⁹ patꝝ vestroꝝ misit me ad vos. Jō
dicit Paulus se apl'm: nō ab hominib⁹ neqꝫ ꝑ ho
minem. sed ꝑ iesū christū. Ad Gal'.j. [Vos] Ecce
Legati Et dicit [vos] Non vicarios vr̄os Ut no
tet ꝙ ꝑ seipos ea q̄ sunt chr̄i agere debent. Sic et
Moyses egit ꝑ seipm̄ nō ꝑ aliū. Sꝫ nostri colli/
gunt ꝑ seipos tpalia sed ꝑ alios agunt spiritualia
Contra qđ dicit Apl's.j.Corin.xiij. Charitas nō
q̄rit que sua sunt: sꝫ que christi iesu. Phil'.iiij. Nō
quero datū: sed fructum in ratione vestra

Sicut oues in medio luporum

Ecce Legatorū qualitas: Mansuetudīs pre/
cipue ꝛ Utilitatis. Decentissimi ꝛ calidi habitus.
Fecūditatis et Lactis. Quorū Primū est necessa/
riū cōtra ꝑsecutōes. Scōm autē ad īstruēdas et
īstituēdas virtutes. Tertiū Ad sancte cōuersati/
onis habitū q̄ induendi sunt hoīes. Quartū Ad
zelū animaꝝ. q̄ cōcipiunt ꝛ pariunt hi in q̄b⁹ for/
mat christus. Quintū Ad alimentū q̄ nutriunt q̄
si modo geniti infantes. De Mansuetudine dicit
Mat.xj. Discite a me: q꞉ mitis sum ꝛc. Dic̄ vuex
dux ouiū agnus dei chr̄s Matt'.v. Beati mites
q̄m̄ ipi possidebūt ter. Sic eni illi Legati lucrati
sunt orbē terrarū. Numeri.xij. Erat Moyses mā
suetissim⁹ oīm viroꝝ q̄ erāt sup terrā. De Scdo:
hoc est de Utilitate qua vtiles: nō nociui depo/
pulatores fuerūt isti Legati. q꞉ ad hoc spm̄ acci/
piunt mittētis. Dicit.j.Cor.xij. Unicuiqꝫ dat ma
nifestatio spūs ad vtilitatē.j.Corin.x. Sine offēsi
one estote iudeis ꝛ gentib⁹ ꝛ ecclesie dei. sicut ꝛ ego
ꝑ oīa in oīb⁹ placeo: nō q̄rēs quod mihi vtile est:
sed qđ multis vt salui fiant.ij.Corin.x. Scdꝫ po
testatē meā quā dedit mihi dn̄s in edificatōem et
nō in destructōez vestrā. De Tertio: h̄ est de Uesti
mento sancte ꝯuersatōnis: quo (al's que) induere
debet hoīes suo exēplo dr̄ Job.xxxvij. Nōne vesti
menta tua calida sūt cū ꝑflauerit terra austro. Au
stro eni ꝑflatur terra quādo lenis ꝛ calid⁹ spūs ꝑ
cedit a ꝑlato. Job.xxxj. Si nō de vellerib⁹ ouium
mearū calefact⁹ ē. Sic etiā mlier eccl'ia q̄rit lanā
ꝛ linū. Lanā q̄rit scte ꝯuersatōis: ꝛ linū inocētie cā/
doris: ꝛ opat ꝯsilio manuū suaꝝ q̄ sunt ꝑlati: et
nō timebit domui sue a frigorib⁹ niuis. Oēs eniꝫ
domestici sui vestiti sūt duplicib⁹: scte ꝯuersatiōis
ex ꝑtēdētes hitū. ꝛ inocētie int⁹ in cōscia: hn̄tes co
rā deo testimoniū. De Quarto: h̄ est de Zelo fecū
dāte Gal'.iiij. Filioli mei q̄s itez pturio donec for
met chr̄s i vob. Cant.iiij. Dētes tui: h̄ ē ꝑlati tui
molētes cibū alijs: sicut grex tōsaꝝ. Oēs gemel
lis fetib⁹: et steril' nō est int eas. Cōcipiūt eni gemi/
nos sp: iustos fouēdo: ꝛ pctōres ꝯuertēdo. De La
ctis alimonia.j.Cor.iij. Tanqꝫ puulis in chr̄o lac
vob potū dedi: nō escā.j.Pe.ij. Lac cōcupiscite vt
in eo crescatis. Mō autē Legati veniūt In spiri/
tu furoris. In nocumēto depdatiōis. In habitu
secularissime ꝑuersitatis. In ꝯceptu ꝯcupie carna
lis. In alimēto diabolice: q̄ homies (al's oēs) nu/
triunt in peccatis ꝑsumptiōis [in medio lupo/
rū] Ecce Legationis difficultas. Et non dicit: in/
tra lupos: sed [in medio] vt nusqꝫ sit effugere ni
si ꝑ capturam luporum. q꞉ In hoc solo spes est: si
lupi: natura lupina deposita: ab ouibus capi pñt
Gen.xlix. Beniamin lup⁹ rapax mane diuidet p̄/
dam ꝛ vespe diuidet spolia. Tales em̄ lupi sunt: q̄
de lupis possunt fieri filij dextre. et tūc p̄dā quam
mane dū lupi erant acceperunt: vespe cōuersiōis
spolia diuidentes dn̄o reportāt. Sicut fecit Pau
lus. Joan.x. Lup⁹ rapit et dispgit oues. Ps.xliij.
Estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Ps.xliij. De
disti nos tanqꝫ oues escarū ꝛ in gentib⁹ tanqꝫ int
lupos dispsisti nos. In hui⁹ signum Rachel que
ouis interptat enixa est beniamin Gen.xxxv. De
q̄ dr̄ Beniamin lupus rapax.

Estote ergo prudentes sicut serpētes: et simplices sicut columbe

Hic ponit Conclusionē ex p̄dictꝭ. Duo sūt L
necessaria Legatis ad malos capiendos missis.
Quoꝝ Unū: Sapiētia serpentina. ꝛ Alterꝝ Sim
plicitas columbina. Et de Primo dr̄ [Estote
ergo prudētes sicut serpētes] Et Attēde ꝙ
Sicut natura aliqn̄ ex duobus componit vnum
anīal qđ ex vno habet insidias: et ex altero habet
mansuetudinē. et qđ insidiosum erat mitigatur ex
māsueto. Sicut apparet in cuculo qui cōponit ex
speruario ꝛ colūba. et speruari⁹ capit aues puas et
deuorat eas. et hoc diminuit in cuculo qui nō ca/
pit aues ipsas: sed insidiat ouis: et comedit ea: sua
reponēs. Et ideo tpe nidificatiōis auium pugnāt
cum eo aues pue. Ita facit h̄ domin⁹: ex diuersis
componit h̄ vnum: Ut quod bonum est: ab vno:
et ab alio componat: et vnum alij tempet. Et ideo
prudentia serpētina ne in astutiam vergat sed in
prouisione bonorum se teneat: coniungit cū sim/
plicitate columbina. Scdꝫ hoc igit prudentia ser/
pentina manet prudentia. et nō efficit calliditas: q̄
in malū sonat. Et tūc prudentia serpētina est que
sagaciter intelligit et eligit ea quib⁹ humiliter po/
tius: serpendo se rapit ad ꝑcessum infusiōis tyria/
ce contra venenū antiqui serpentꝭ. Et fm̄ h̄ Tria
notant in serpentis prudentia. Quoꝝ Unum est
Prudētia in cauēdis fraudib⁹ ꝛ eligendis bonis.
Scōm In expoliatiōe vetustatꝭ. Tertiū aūt ē In
cura venenati hūoris. De Prīo Prouer.j. Ut det
puul' astutia: adolescēti aūt intellect⁹ ꝛ scia. Astu/
tia in cauēdis fraudib⁹. et Scia in cōuersatōe ho
nesta. et Intellect⁹ in cognitōe diuīa ꝛ infna. Hec
est aspis surda aliqn̄ obturans aures suas ad pe/
trā chr̄m ne exaudiat vocē incātantiū ꝛ venefici in/
cātātꝭ sapiēter. Fraudes em̄ circūueniētiū minis:
et blādimetꝭ ꝑmissionū surda aure transeūt: ad pe
trā chr̄m cōuertentes auditū: cōstātiā suā in oīb⁹
hmōi meditātes. Hāc aūt prudentiā hꝫ colūbin⁹
serpēs: vt dr̄ Arist. ex hūido subtili. qđ etiā ꝑlōga/
bile est valde. Et hoc hūore h̄cat pietatē. et longitu
dine: spei ꝑtēsionē. q̄a Pietate beniuoli sūt in oēs
et Spe eternoꝝ: ne ꝑñtib⁹ malis vel bonis ñ mo/
ueant.j.Tim.iiij. Pietas ad oīa vtil' ē: ꝑmissionē
hn̄s vite q̄ nūc ē ꝛ fu. De Spe Heb.vj. Spez sic
ancorā habemus anie tutam ac firmaꝫ: incedētem

vsqꝫ ad interiora velaminis vbi p̄cursor introiuit
Jesus. Pellem aūt deponit quia dura est ꝛ scab i/
osa: ꝛ efficitur intolerabilis sicut et in auib⁹ est mu
tatio pennaꝝ. Et quia longus est: ad foramen ꝑ/
portionatū abstrahit: primo soluens eaꝫ in capite
Hec aūt est ꝯuersatio vetus que durescit ꝯsuetu/
dine: scabescit hispiditate pctōꝝ: ꝛ est inutil' ꝛ noci/
ua ex cōcupiscentie vetustate. ꝛ ꝑ foramen pn̄īe de/
ponenda. Eph.iiij. Deponite vos veterē hoīem q̄
corrumpit h̄m desideria erroris. Can.v. Expolia/
ui me tunica mea quomō induar illa. Iste etiam
columbin⁹ serpens infundit veneni medicinam.
Per Altitudinem desiderij eternoꝝ. Per Confor
mitatem crucis. Per Fidei aspectum. Primū est
Charitatis Scdm Mortificationis carnis. Ter
tiū aūt Deuotionis fidei per dilectionem opantis
Numeri.xxj. Fac serpētem eneū ꝛ erige ipm in pa/
lo. ꝛ q̄ aspexerit ad eum: viuet. Jo.iij. Sicut exalta
uit Moyses h̄pentem in deserto: ita exaltari opor/
tet filum hoīs. vt oīs q̄ credit in ipum nō pereat:
sed habeat vitam eternā. Sicut aūt est prudentia
in his: Declinando fraudes incantantiū. Expoliā
do impedimenta vtutum. Medicando morsib⁹
venenatoꝝ. Et iō est colūbin⁹ multum hn̄s de co/
lumba. Ita est necessaria simplicitas serpētina. q̄a
columba q̄ nihil serpentis habet est facile seducibi
lis. Ozee.vij. Effraim sicut columba seducta non
habens cor. Simplicitas igit serpentina siue co/
lumba h̄pentina Osculuꝫ habet oris in dulcedine
allocutionis. Felle caret amaritudinis in epate ap
petitionis. Gemitū deuotionis ꝑ cantu vanitatis
Uenustateꝫ ꝯuersationis ꝑ pompa fastus secula
ris. Simplicitatē intentiōis ꝑ duplicitate munda
ne deceptionis ꝛ hypocrisis mūdans Cautelā sue
ꝑseruationis contra raptores ꝛ p̄datores vtutis.
Uerbū em̄ dulce ad oēs: osculū ei est colūbinū.
Uerbū em̄ dulce mltiplicat amicos ꝛ mitigat ini/
micos. Ecci.vj. Hoc em̄ vbo ista h̄pētina colūba i
vbis suis mōstra placauit. Eccl'i.xlv. Hoc etiā fel
appetit⁹ vindicte iniurijs illatꝭ nō habuit. Act.vij.
Ne statuas illis hoc pctm̄: quia nesciūt qđ faciūt.
Iste sunt columbe de quib⁹ dicit Cant.ij. Colūba
mea in foraminib⁹ petre in cauerna macerie. quia
in hoc habitant ꝑ imitationē in vulnerib⁹ chr̄i qui
petra est ꝑ ꝯstantiam q̄ flecti nō potuit sed frangi.
Cauerna aūt macerie est foramen lateris quod fa
ctuꝫ fuit in exangui ꝛ exanimi corpe qn̄ iam corp⁹
fuit in cōgerie membroꝝ. Sicut macer murus q̄
maceria dicit. Gemit⁹ deuotionis est in modula/
tione orationis Esaie.xxxviij. Meditabor vt colū
ba Esa.lix. Quasi columbe meditantes gemimus
Columba em̄ in interiorib⁹ colli cantat: ꝛ ideo me
ditatio vocat cantus eius. ꝛ hoc ꝑprium habet in/
ter aues. Sed omne gen⁹ columbe hoc habet. q̄a
cant⁹ deuotionis poti⁹ est in corde qꝫ in ore. Aug.
in Regula. Psalmis ꝛ hymnis cū oratis deū: hoc
vsetur in corde quod ꝑfert in ore. Uenustatem
etiam habet blande cuiusdam ꝯuersatōnis: nihil
pompe p̄tendens. Jō Cant.ij. ista ꝯiungunt. Ami
ca mea: colūba mea: formosa mea. Ipam em̄ vestit
spūssctūs qui in colūba sup dn̄m apparuit nouuꝫ
habitum renatis exhibēs. Supra tertio Simpli
citatem habet intentiōis nō hypocrisis duplicitatꝭ
neqꝫ mundane deceptionis. Unde Cant.iiij. dicit
Oculi tui columbaꝝ. Sup sexto. Si ocul⁹ tuus
fuerit simplex totū corpus tuū lucidum erit. Hec
etiam simplicitas serpentina cautelā habet sue pre
seruationis ab auib⁹ rapacib⁹ ne rapiatur a diabo
lo. Et ideo dicit sedere super aquas vt vmbrā spe/
culetur in aqua. hoc est: sup studium scripturaruꝫ
q̄ ꝑ aquas significātur Cant.v. Oculi tui sicut co/
lumbe que resident super riuos aquarum. Co/
lumba etiā ista bone ale est in volando ꝛ semp re/
dit ad nidum. Et hoc habꝫ ꝑprium inter aues ꝙ si
ducatur ad exteras terras: reuolat ꝛ fertilis est val
de. Et ꝑ Primū significat circūuolatū in p̄dicatio/
ne: ꝛ reditum in ꝯtemplatione ad nidum sapientie
Esa.lx. Qui sunt hi qui vt nubes volant: ꝛ q̄si co/
lumbe ad fenestras suas. Per Scdm h̄cat multi/
tudinem columbini ꝑtus in ꝯuersione animaruꝫ
ꝛ hoc est sacrificium oblatum ꝑ domino Luce.ij.
Obtulerunt pro eo dn̄o par turturum: aut duos
pullos columbaꝝ. ꝛ hoc sacrificiū redemit multa
sacrificia que man⁹ paupeꝝ chr̄i inuenire nō potu
it. Sic ptꝫ in emūdatōe leprosi ꝛ puerpe i leuitico.

Cauete ab hominib⁹: Tradent em̄ vos in ꝯcilijs ꝛ in synagogis suis Flagellabūt vos: ꝛ ad reges ꝛ ad p̄sides ducemini ꝑpter me: in testimoniū illis ꝛ gentib⁹.

Hic in isto scdo ꝑagrapho tangit lupoꝝ insidi/ M
as de quib⁹ dicit Sophonie.iij. Principes ei⁹ lu
pi: vespe nō relīqrant in mane. Tangit aūt hic tri/
plicem ꝑsecutionē. Traditiōis: ꝛ Afflictionis: vbe
rum ꝛ positionis Judiciꝫ. Prima fit in cōcilijs ꝑ
ꝯsilium. Scda in synagogis ꝑ populi ꝯuentum.
Tertia aūt ꝑ reges ꝛ p̄sides ꝑ iniquū iudiciꝫ. Et
his trib⁹ ꝑsecutionib⁹ vnam ꝛ laudabilem causaꝫ
subiūgit ex pte apostoloꝝ ꝛ terribilem effectum ex
parte ꝑsequentium. ꝛ hoc est ꝙ dicit. Dicit ergo
[Cauete] ꝑ prudētiā serpentinā Cauti estote dis
simulādo iniurias Prouer.xij. Qui dissimulat in
iurias callidus est. Daniel'.j. Cautos scientia ꝛ do
ctos disciplina [ab hominib⁹] Proprium habꝫ
serpens inter anialia cauere ab hominib⁹. q꞉ in du
obus peior est homo oīm animali: ꝛ in vno est no
ciuior diabolo. Unum in q̄ peior est omni anima
li est: ꝙ in vnoqꝫqꝫ animali est vnuꝫ malum si ma/
lum est. in homine aūt omnia. Alterꝝ est ꝙ homo
habet ingenium nocendi qđ nō habent alie bestie.
Diabolo em̄ est nociuior. q꞉ diabolus non accedit
ad scrm̄ sed victus fugit ab eo: ꝛ illum vincit ꝛ inf/
ficit homo malus. Et ideo homo malus membꝝ
ꝛ arma ē diaboli. De Primo dicit Mat.xij. Ma
lus hō de malo thesauro cordis sui ꝑfert malum.
hꝫ em̄ thesauꝝ maloꝝ nō vnū malū. De scdo Pro
uer.xij. Dol⁹ in corde cogitantiū mala. Per doluꝫ
em̄ nocētiores fiūt. De tertio dr̄ Jo.xiij. Cū diabo/
lus misisset in cor vt traderet euꝫ Judas simonis
scharioths. Hoc em̄ ꝑ seipm̄ diabol⁹ facere nō po
tuit [Tradēt vos in ꝯcilijs] Gen.xlix. In ꝯsi/
liū eoꝝ nō veniat aīa mea: ꝛ in cetu eoꝝ nō sit glīa

mea. Jo. xj. Collegerūt pōtifices ꝛ pharisei cōciliū [ꝛ in synagogis suis flagellabūt vos] Si ammoniti in ꝯsilio nō desistatis. Act. v. Cōuocantes ap'los cesis denūciauerūt ap'lis ne ampli⁹ loqrētur in noīe Jesu. ij. Coꝝ. xj. Ter vḡis cesus sum ꝛ Jbidē aū. A iudeis qnqes q̄dragēas vna min⁹ accepi [ꝛ ad p̄sides] tanq̄ vicariā ptātē hn̄tes i minorib⁹ iudicijs. si nec flagellati desistitis vt puniamini sicut ipe dn̄s punit⁹ fuit aū Pilatū. Matth. xxvij. [ꝛ ad reges] ducemini tāq̄ ordinariā ptātem hn̄tes ꝛ in maiorib⁹ iudicijs. Act. ix. Uas electiōis erit iste mihi: vt portet nomē meū corā regibus ꝛ gētib⁹ ꝛ filijs isrl'. Act. xij. Misit Herodes rex man⁹ vt affligeret q̄sdā de eccl'ia. Occidit autē Jacobū frēm Joānis gladio ꝛc. Sic ei pcesserūt iudei cū ap'lis. qꝛ alienigene dn̄abant eis ꝛ nō licuit eis interficere quēq̄. Sicut dicet infra. xxvij. ꝙ flagellatos ꝛ correptos duxerūt ad p̄sides ꝛ reges puniēdos. Et subiūgit gl'iosaꝫ causaꝫ: di. [propter me] hoc est. fidem in me ꝛ nomis mei ꝯfessionem Phil'. j. Uobis donatū est p chr̄o vt nō solū credatis in eū sed etiā vt p illo patiamini. j. Pet. iiij. Si exprobramini in noīe chr̄i bti eritis. Et ibidē. Nemo vr̄m patiat' sic homicida aut fur aut maledic⁹: aut alienoꝝ appetitor. Si aūt vt chr̄ian⁹ nō erubescat [in testimoniū illis] hoc est. ꝯtra eos. s. iudeos q tradūt vos i ꝯcilijs ꝛ flagellāt vos in synagogis [ꝛ gentib⁹] h̄ est. ꝯ gētes. qꝛ p̄sides eoꝝ ꝛ reges nos puniūt: ꝛ qd eis est testimoniū ꝯdēnationis. est nob testimoniū innocētie. Luc. ij. Ecce posit⁹ est hic in ruinā ꝛ i resurrectionē multoꝝ in isrl' ꝛ i signū cui ꝯtradicet'. ij. Coꝝ. ij. Alijs sum⁹ odor vite in vitā. Alijs aūt odor mortis in mortē. Et ad hec qs tā idoneus?

Cū aūt tradent vos: nolite cogitare quō aut quid loq̄mini: Dabit' em̄ vobis in illa hora q̄d loq̄mini Nō em̄ vos estis q̄ loquimini: sed spūs pr̄is vr̄i q̄ loquit' in vobis

N Terti⁹ est pagraph⁹: vbi tāgit ptātē spūs in sāctis. ꝛ hec facit eos secure mori p demōstrata ꝛ icōtradicibili vitate. ꝛ facit triūphare tandē de interfectorib⁹. qꝛ Sup oīa vicit vitas. Dic aūt Tria Primo em̄ phibet in eis Humane sapie cogitationē. Scdo pmittit Diuine sapiētie facultatē. Et Tertō subiungit vtriusq̄ causam. Et hec in lr̄a patent. Dicit ḡ. [Cū aūt tradēt vos] in ꝯcilijs vl' ad iudices [nolite cogitare] Prouer. xij. Qui ꝯfidit in cogitatiōib⁹ suis corruet. ij. Coꝝ. iij. Nō ꝙ sufficientes sum⁹ aliqd cogitare a nobis q̄si ex nob sed sufficiētia nr̄a ex deo est. Eccl'i. xliij. Multa dicim⁹ ꝛ deficim⁹ i vbis ꝯsūmatio s'monū ipe est [quō] hoc est. de mō humano quō ponatis psuasibilib⁹ vbis. j. Coꝝ. ij. Sermo me⁹ ꝛ p̄dicatio mea nō fuit in psuasibilib⁹ hūane sapie vbis: sed in ostensiōe spūs ꝛ vtutis [aut q̄d] q̄ ad materiā. qꝛ nescit' de q̄ erit iterrogatio tortoꝝ. Esa. xxxviij. Dn̄e vim patior rn̄de p me q̄d dicā: aut q̄d rn̄debo [Dabitur em̄ vobis] Ps. liiij. Jacta cogi. tuū in dn̄o ꝛ ipe te enutriet. j. Pe. v. Oēm sollicitudinē vr̄am pijciētes in eū qm̄ ipi cura est d' vob. ij. Timo. ij. Intellige q̄ dico. Dabit ei tibi dn̄s i oib⁹ itellectū [in illa hora] interrogatōis. Job. vij. Uisitas eū diluculo ꝛ subito pbas illum. Jac. j. Siqs vr̄m indiget sapientia postulet a deo: ꝛ dabit' ei [q̄d loquamini] Luce. xxj. Ego dabo vob os ꝛ sapiam cui nō poterūt resistere oēs aduersarij vr̄i. Eccl'i. xv. Cibabit illū dn̄s pane vite ꝛ intellect⁹ ꝛ aq̄ sapie salutaris potabit illū. Ps. lxxx. Aperi os tuū ꝛ ego iplebo illō. Nec intelligit' istud sicut ignari nolētes studere dicunt de hora p̄dicatiōis. qꝛ ad illā exigit' instructō ꝛ studiū ꝛ meditatio. Apocal'. viij. Septē angeli q̄ habebāt septē tubas: pauerūt se vt tuba canerēt. j. Timo. iiij. Attēde tibi ꝛ doctrine insta in illis [Nō em̄ vos estis q̄ loq̄mini] Ecce vtriusq̄ p̄missorū causa Quasi dicat. Nolite cogitare quō aliquid loq̄mini. Nō em̄ vos estis q̄ loq̄mini. dabit' em̄ vobis in illa hora. qꝛ spūs pr̄is vr̄i est q̄ loquit' in vobis. Ps. xliij. Lingua mea calam⁹ scribe velociter scribētis. Hiere. j. A a a dn̄e Ecce nescio loq. quia puer ego sum. Ezech. iij. Linguā tuā faciā adherere palato tuo: qꝛ dom⁹ exasperās est. Sensus em̄ hoīs ꝛ lingua nō sufficiūt in talib⁹ [sed spūs patris vestri q̄ loquit' in vobis] Et qꝛ spūs: crescit. ꝛ qꝛ patris vult. Sap. j. Spirit⁹ dn̄i repleuit orbē terraꝝ: ꝛ h̄ qd ꝯtinet oīa: sciam habꝫ vocis. j. Coꝝ. xiiij. Spūs loquit' mysteria Jo. xvj. Quecūq̄ audiet loquet' ꝛ q̄ vētura sūt annūciabit vobis. Act. ij. Apparuerūt illis dispertite lingue tāq̄ ignis: seditq̄ sup singulos eoꝝ spūsctūs.

Tradet aūt frater fratrē in mortē ꝛ pater filiū: ꝛ isurgēt filij in parētes ꝛ morte eos afficiēt: ꝛ eritis odio oib⁹ ppter nomen meū.

Hec est Tertia ps in q̄ determinat psecutōeꝫ a primis futurā: q̄ tanto est acerbior q̄nto habet duplicem dolorē. Scꝫ de Inflictiōe pene ꝛ De amisso federe charitatis ꝛ ppinq̄tatis. Tangit aūt istā psecutionē Dupl'r. Scꝫ Generalit' ꝛ Specialit'. Specialiter aūt tāgit eā in primo gradu: ꝛ in ea q̄ est sine gradu. Et hāc Dupl'r s'm ordinē violatū ei⁹ nature: que sui aliqd habet in filijs. Sicut cū pr̄ tradit filiū: qd innaturalissimū est ꝛ nulli bestiaꝝ ꝯueniēs. Ois em̄ bestia custodit partū suū ad minus q̄diu in cura sua est paru⁹. Et s'm ordinē violare nature q̄ est ort⁹ ad p̄ncipiū originis: ꝛ sic filij morte afficiūt parentes O Dicit ḡ. [Tradet em̄ frater fratrē] qd est graue gen⁹ psecutiōis [in mortē] qd est gen⁹ acerbissimū tribulatiōis. Hierem. ix. Unusq̄sq̄ a primo suo se custodiat ꝛ in omni fratre nō habeat fiduciā. Quia oīs frat' supplantans supplantabit'. Michee. vij. Oms sanguini insidiātur: vir frēm suū venat' ad mortē. Sic Cain Abel occidit. Geñ. iiij. [ꝛ pater filiū] Zach. xiij. Dicēt pat' su⁹ ꝛ mr̄ sua q̄ genuerūt eū: nō viues. Ibidē. His plagat⁹ sum in domo eoꝝ q̄ diligebāt me [ꝛ insurgēt filij in pētes ꝛ morte afficiēt eos] Mich. vij. Nolite credere amico ꝛ nolite ꝯfidere i duce. ab ea q̄ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. qꝛ fili⁹ ꝯtumeliā facit pr̄i ꝛ filia ꝯsurgit aduersus mr̄em: ꝛ nur⁹ aduersus socꝛ. ꝛ inimici hoīs domestici ei⁹. Ps. xl. Homo pacꝫ mee in q̄ speraui: q̄ edebat panes meos magnificauit sup me supplātationē. Panes em̄ meos nō comedit nisi filius su⁹. qꝛ s'u⁹ panē comedit quē deseruiuit. Frat' āt nō pascit frēm [ꝛ eritis odio oib⁹ hoīb⁹] Loc⁹ illatōis est a ptib⁹ sufficient' enūeratꝫ. qꝛ iudeis ꝛ gentib⁹ ꝛ fratrib⁹ ꝛ pentib⁹ ꝛ filijs. ḡ omnib⁹ qui hoīes sūt ab humo dicti Jo. xv. Si mūds vos odit scitote: qꝛ me priorē vobis odio habuit. Causa assignat' Jac. iiij. Amic⁹ hui⁹ mūdi inimic⁹ dei ꝯstituit' Distributio aūt fit p generib⁹ singuloꝝ: ꝛ nō p singulis generꝝ. qꝛ alit' eēnt odio scitis: nisi dicat' ꝙ sci aliqd sint vltra hoīes. Et iō cū hoīb⁹ nō supponūt' [ppter nomē meū] Jac. ij. Ipi opprimūt vos p potētiā. ꝛ ipi blasphemāt bonū nomē qd inuocatū est sup nos. Sup. v. ꝛ Luce. vj. Beati eritis cū vobis maledixerint hoīes ꝛ eiecerint nomē vr̄m tāq̄ malū ppt' filiū hoīs. gaudete ꝛc.

Qui aūt pseuerauerit vsq̄ in finē hic salu⁹ erit.

Hic ponit' Mitigatiuū hui⁹ tāte tribulatiōis. Et dicit Duo. Scꝫ Mitigatiuū penaꝝ acerbitate. ꝛ Mitigatiuū in corpis fragilitate. Mitigatiuū aūt in penaꝝ acerbitate est p̄mij ꝯsideratō. qꝛ sicut dicit Greg. Cōsideratio p̄mij minuit vim flagelli. Et de h̄ dicit [Qui aūt pseuerauerit vsq̄ in finē] Nō ꝯsumptōis q̄ ꝯsūmatur. sed ꝯsūmatōis q̄ ad pfectuꝫ deducat' [hic salu⁹ erit] eterna salute. Infra. xxiiij. ꝛ Luce. xxj. est idē p vba Leuit'. iij. p̄cipit' cauda ostie offerri que donū pseuerātie significat. Apocal'. ij. Esto fidel' vsq̄ ad mortē ꝛ dabo tibi coronā vite. Ezech. ix. Signa thau sup frontes viroꝝ gementiū ꝛ dolentiū. Thau figura crucis ē in alphabeto grecoꝝ ꝛ donū pseuerātie significat. Sap. iiij. Cōsummat⁹ in breui expleuit tpa m'lta. Sap. x. Honestauit illū in laborib⁹ ꝛ cōpleuit labores illi⁹.

Cū aūt psequent' vos in ciuitate ista: fugite in aliā. Amē dico vobis: nō ꝯsūmabitis ciuitates israel donec veniat fili⁹ hoīs

Hec est Scda parabola:que est de Effectu v̄bi J significati per semen:que sumit ex naturali pullu latione sui gener'.Semen enim bonū pullulat in bonū.ꝛ stirps mala pullulat in malū.Scias aūt ꝙ cum v̄bum dei v̄tutē in se habeat eius a q̄ pro/cedit ꝙ q̄tum est de se nō pullulat nisi in diuinū aliquid.Sicut dicit.j.Joannis.iij.Qui natus est ex deo peccatū non facit: quoniā semen ipsius i eo manet.Hec ergo parabola est de effectu ꝓprio ver bi dei in corde hominis:vel in ecclesia vel in mun/do:in comparatōe ad mendax semen malū.quod est verbo contrariū.Dicunt ergo Tria in hac pa/rabola.Quorū Primū est Seminatio duorum seminū.Secundū aūt Distinctio stirpium que ap paruit in vtriusq3 germine.Tertiū aūt Distinctio que facta est in messione.In Prima aūt harū di/cunt duo.Sc3.Seminatio boni seminis.ꝛ Su perseminatio mali.In Prima harum Duo dicit In quorum Primo parabolice loqui significat: cum dicit[Aliam parabolam] Non diuersita tem suscipientiū verbum demonstrantē: sed osten dentem diuersitatez iacti seminis[pposuit eis] Bene dicit[proposuit]q2 parabola semper pro alio ponitur:quam significat f̄m vocis intentio/nem[dicens] Marci.iiij.Docebat eos in para/bolis multa:ꝛ dicebat eis in doctrina sua.Esa.xx/viij.In loquela labij:ꝛ in lingua altera loquetur ad istum populū[Simile est regnum celo/rum]q̄tum ad verbū quo regitur regnum f̄z il/lam regni significationē:que superius dudum est determinata.Et dicitur[celorum]pluraliter:eo ꝙ non gubernat f̄m vnum actum celestiū: sed f̄m omnē actum regni illius:ꝛ prodit ratio guberna/tionis ex celo.ꝛ regulat f̄m celum ꝛ ad celum diri gendo[homini qui]in negocio priuato[semi/nauit bonū semen in agro suo] Ita ꝙ ager regno:ꝛ verbum semini proportionet.Seminare autem sicut ante dictum est:actus est seminātis:ꝛ f̄m ipm semen ab eo qui seminat procedit(al's p/cidit)Et in hoc notatur processus verbi ex patre: primo rerum seminatore Et hoc fuit quando Ge ne.j.dixit.Fiat lux ꝛ c̄.hoc est:v̄bum genuit.In q̄ verbo erat sicut in arte ꝛ semie: vt fieret f̄m formā que dat esse ꝛ bonum q̄cquid factum est in rerum natura.Omnia enim illa:in forma verbi vidit de/us cuncta que fecerat:ꝛ erant valde bona.Et sic se/men istud in homine bonam dedit formā ꝛ virtu/tem innocentie ꝛ immortalitatis.Prouerbioruz xj.Seminanti iusticiā merces fidelis.Et f̄m hoc Ager est mund9 cōmuniter.ꝛ specialiter Natura humana.Sic enim semen vniuersaliter bonum fuit:virtutē bonitatis sue nature:humane infun/dens:ꝛ ipam totaliter ad se ꝯuertens.Esa.lx.Po/pulus tuus omnes iusti in perpetuū hereditabūt terram.Germen plantatōnis mee: opus manus mee ad glorificandū.Sic enim p̄mo nostra natu ra seminata est.Esaie.vj.Semen sanctū erit id q̄d steterit in ea.De Agro autē dicitur Gene.xxvij.Ec ce odor filij mei sicut odor agri pleni quē bn̄dixit domin9.Psalm̄.xlix.Pulcritudo agri mecum est Optimus enim ager in nulla parte degenerans: dei manibus formatus ꝛ excultus verbum (al's verbo)dei.quod similitudo dei est in semen susci/piens:semen sanctū suscepit in germen dīne plan/tationis.Et erat tunc hortus de quo dicit Sapiā Ecci.xxiiij.Dixi rigabo hortum plantationū:ꝛ in/ebriabo partus mei fructū[Cū autem dormi/rent homines] Hec est Supseminatio.Dor/mitio autē est torpor per negligētias Duas:A ver bi cōtemplatione: ꝛ A verbi v̄tute: ad quā homo in affectu ꝛ opere se nō exercet:vt totū cordis agrū occupet.Mentē per cōtemplationē.Cor p medi/tationē.Uoluntatem per amorē.Uires oīs per virtutē.Totum hominē per singuloꝝ membroꝝ ad formā verbi congruam operationē.Prouerb. vj.Usq3 quo piger dormies; quando d̄ somno cō/

surges.j.Thes.vl.Non dormiam9 sicut ceteri:sed vigilem9 ꝛ sobrij simus[venit]per suggestionez [inimicus] diabolus: qui omni inimicat operi diuino.Exod.xv.Dixit inimicus persequar ꝛ diui dam spolia.Psal.cxlij.Persecutus est inimicus animā meā[et superseminauit] Bene d̄t[su/perseminauit]q2 Uicium ꝓfundum cordis non penetrat:eo ꝙ immateriale est sicut semē dei.S3 in sensibus illudit ꝛ spargit radices:cui tamē fun dus cordis synderesis semp contradicit.Hoc no/tatur Prouerb.xxiiij.Ubi d̄r ꝙ agrum pigri ope ruerant vrtice:ꝛ repleuerant superficiē eius spine Rho.vij.Consentio legi dei f̄m interiorē hoīem. Uideo autē aliam legem in membris meis repu/gnantē legi ment' mee.Et hoc est[zizania] Her/ba:sensus ꝛ rationē oppilans ꝛ ad insaniā conuer tens.Et significat Errorē:contra verbi v̄itatem.ꝛ Insaniā cōcupiscentie carnis ꝛ mundi:cōtra ver/bi virtutem.ꝛ Peruersitatē: cōtra verbi ordinem in opere bono.Sap.xij.Nequā est natio eorum ꝛ naturalis malicia eoꝝ:qm̄ non poterat mutari co gitatio eorum in perpetuū.Semen enim erat ma ledictum ab initio[in medio tritici]vt vndiq3 triticum detineat ꝛ impediat.Semen enim malū vndiq3 impedit bonū: quia totum agrum inficit. Job.xxj.Quare impij viuūt: subleuati sunt cōfor tatiq3 diuitijs.Semen eoꝝ permanet coram eis: propinquoꝝ turba ꝛ nepotū in conspectu eorum [et abijt] hoc est se ad occultū retraxit.Ita ꝙ id q̄d est seminariū hostis:aliqñ videt esse partus p/prij cordis:ꝓpter mali ꝯsuetudinem.Psal.ix.In/sidiat in abscondito quasi leo in spelūca sua.Sic ergo Quinq3 facit diabolus.Clam ei venit.Clam se abscondit.Inimicicias ppetuas gerit.Superfi ciem sensuum per quos in op9 pullulare seges d̄i debuit zizanijs operuit Undiq3 malū semē:impe diens bonuz semen:seminauit Hebreoꝝ.xij.Ne qua radix amaritudinis sursum germinans ipe/diat:ꝛ per illam inquinentur multi

Cum autem creuisset herba et fructum fecisset:tunc apparuerūt et zizania.

Scdm est Ubi pullulantiū seminū ostenditur R diuersitas.Et dicit Tria.Appropriationez pullu lantiū.Ammirationē intuentiū.ꝛ Judicium pa/trisfamilias de non euellenda statim zizania:sed cum tritico sinenda crescere vsq3 ad messem. De Primo horuz d̄t[Cum autem creuisset her ba]boni seminis.Hoc significatū est Genes.xlj. Septē spice pullulabant in culmo vno plene atq3 formose.q̄ septē spice significant oīs bonorū con gregatiōes[et fructum fecisset]hoc est follicu los ꝛ aristas siue spicas in quibus fructuz faceret formasset.Act.v.Augebat in domino credentiuz multitudo viroꝝ ac mulierum.Actuū.xj.Loque bantur ad grecos:annunciantes dominū iesum: multusq3 numerus cōuersus est ad dominū.Jo annis.iiij.In illa autē ciuitate multo plures cre/diderunt in eū:ꝛ mulieri dixerūt.Jam non propt tuam loquelam credim9.Ipsi enim vidimus ꝛ sci mus:quia hic est vere saluator mūdi[apparue/runt simul et zizania] erroꝝ ꝛ viciorū.j.Co/rinth.xj.Oportet hereses esse:vt hi qui ꝓbati sunt manifesti fiant in vobis.Et hoc significatū est Ge ne.xlj.Ubi cum pulcris spicis apparuerūt septem alie tenues spice ꝛ percusse vredine: deuorantes prioꝝ pulcritudinē.Actuū.xv.Descenderunt qui/dam a Judea ꝛ docebant fratres: quia nisi circū/cidamini f̄m morem moysi:nō potestis salui fie/ri.Et hoc significat scissura pallij ꝓphete Ahie.iij. Regum.xj.Qui scidit palliū suum nouū q̄ oper/tus fuit in duodecim partes: ꝛ ait ad Hieroboā. Tolle tibi scissuras decē.Decem scissure significāt scissam obedientiā decalogi:que est zizania.Due autem remanent in domo David: que informata sunt veritate ꝛ dilectione.Ueritate fidei ꝛ forma charitatis

Accedentes autē serui patrisfa milias dixerūt ei.Domine nonne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis Inimicus homo hoc fecit

Ecce Ammiratio contemplantiū ꝛ collaboran/tium seruoꝝ.Et sunt Due questiones ꝛ Duo iu/dicia domini.Una questio est de Origine.Et hāc soluit agri domin9.Alia questio est de voluntate dn̄i de extirpandis zizanijs vt patebit.quia tales diuisiones leues sunt valde. Dicunt g̃[Acce/dentes autem]per Deuotionis orationem:et Ammiratiōis contemplationē:ꝛ Zeli indignatio/nem[serui]custodes agroꝝ.hoc est animaꝝ[pa/trisfamilias]dei patris]dixerunt] Hier.xij. Justus q̄dem tu es domine:etsi disputem tecum veruntamē iusta loquar ad te.Quare via impioꝝ prosperatur:bene est omnibus qui p̄uaricantur ꝛ iniqua agunt:Plantasti eos ꝛ radicem miserunt proficiunt ꝛ faciunt fructū.Et hoc est[Domīe] qui oīm bonoꝝ ꝛ maloꝝ es domin9 Rho.x.Idē dn̄s oīz[Nōne bo.se.semi.in agro tuo] Nō enim habes malū semen.quia non habes semē ni/si quod ex te procedit: quod diuinū v̄bum est a q̄ procedit sp̄s vite in omnes stirpes.Esa.lxv.Se/men benedictoꝝ domini:filij ꝛ nepotes eorum cū eis.Ecci.xliiij.Cum semine eoꝝ perseuerāt bona: hereditas ꝛ nepotum eoꝝ semen in testamento ste tit.ꝛ filiorum eoꝝ hereditas ꝓpter illos vsq3 i eter num manet.Semen eoꝝ ꝛ gloria eorum non de/relinquetur.Ex quo igit sic bonū ex bono oritur:ꝛ non potest arbor bona fructus malos facere Si/cut Supra.xij.dcm̄ est[Unde ergo habet zi/zania:]Et hoc est querere Unde mali sit ortus? Sapi.j.Deus mortem nō fecit: sed impij manib9 ꝛ verbis accersierunt eā.Et hoc est ꝙ dic[ait ill' Inimicus homo hoc fecit] Diabolus inimi/cus homo dicit:quia deuicit hominē.Ps.cxxxix. Eripe me dn̄e ab homine malo: a viro iniquo eri/pe me.Hic est inimicus Gen̄.iij.Inimicicias po nam inter te ꝛ mulierē:ꝛ semen tuū ꝛ semen illius. Ul' d̄r[inimicus homo]hoc facere:q2 diabol9

non facit h nisi in homine z cū hoīe. Unde ex consensu est inimicus: z in facto est [homo mal⁹] Jo. xiij. Cum misisset diabolus in cor vt traderet eum Judas scariothis

Serui autem dixerunt ei: Vis imus et colligimus ea? Et ait. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis et triticū. Sinite vtraqz crescere vsqz ad messem In tempore messis dicam messoribus. Colligite primū zizania: et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem cōgregate in horreum meum

L Ecce Scđa questio de Inquisitōe volūtatis de extirpandis zizanijs. Et hoc dixerūt zelo indignationis [vis imus et colligimus ea:] Intelligunt de collectiōe in fasciculos ad comburendum ne amplius germinet. Lu.ix. Vis dicimus vt descendat de celo z ꝯsumat eos? [Et ait Nō] Lu. ix. Conuersus dn̄s increpauit illos: dicens. Fili⁹ hoīs non venit animas ꝑdere sed saluare [ne forte colligentes] hoc est colligere intendentes [zizania] errantes vel heresi vel vita [eradicetis sil' et triticū] Eradicetis dr: quia cum homo occidit non amplius reuertit ad statū merendi. Job vij. Non reuertetur oculus meus vt videat bona. Argumentū est hic: qꝛ Potius sinēdi sūt mali viuere ꝙ timor sit ꝙ aliqui ledant innocentes. Gen. xviij. Absit a te domine qui iudicas omnē terram vt perdas iustum cum impio: nō est hoc tui iudicij vt fiat iustus sicut impius: Tamē Aug⁹. vult ꝙ triticum hic dr qui pt fieri triticum. Joel.ij. Quis scit si cōuertat z ignoscat deus z derelinquat post se benedictionē. Et hoc est verū ꝙdiu aliqua est ꝓbabilitas cōuersionis. Et hoc est post trinā ammonitionem. Titum.iij. Hoīem hereticū post primā z secundā correptionē deuita: sciēs ꝙ subuersus est: q eiusmodi ē: z delinquit ꝓprio iudicio cōdēnatus. Certificatus de volūtate sua: seruis dat iudicium discretōis: dicens [Sinite vtraqz crescere vsqz ad mes.] Vel vltimā generalis sentētiā. Vel vsqz ad sententiā hominis diffinitiuā: quādo scitur esse subuersus z desperat de correptione. Et tunc lex implendā est. Exo.xxij. Maleficos nō pacieris viuere. Leui.xxiiij. Educ blasphemū extra castra: z lapidet eū omīs ppl's. Et hoc est quod dicit [z in tpe messis] h est sui iudicij qn̄ reatus vindicandus est [dicam messorib⁹] Angelis. Vel Judicib⁹ qui etiaz angeli. hoc est nuncij dei sunt. Rho.xiij. Dei minister est potestas vindex ī iram ei qui malū agit. Josue.vij. Conturbet te deus: qa tu turbasti nos. Apoc.xiiij. Mitte falcem tuaz et mete: qꝛ maturauit messis terre [Colligite primū ziza.] Esa.xxiiij. Congregabunt cōgregatiōe vnius fascis in lacum. Esai.xxij. Cōsummata est vindemia: collectio vltra nō erit [in fasciculos] Quia licet omnes colligent in vnū magnū fascem: tamē pro qualitate culparū quilibet suam habebit colligationē. Mat.xxij. Ligatis manib⁹ z pedibus proijcite eum in tenebras exteriores [ad cōburendum] Deut.xxxij. Ignis succensus est in furore meo: z ardebit vsqz ad iferni nouissima. deuorabitqz terrā cum germine suo Videt autem falsum ꝙ dr [primū] Quia Infra.xxv. ꝑmo dicet. Venite bn̄dicti zc. Responsio Primo vocabit ad se electos. Sed anqꝫ ascendat in celuz in presentia eoꝝ: mittet ad comburendū reprobos. Et tunc letabit iustus cum viderit vindictā. Et tunc demuz ascendet chr̄s homo cum bonis. Et hoc est autem quod dr [triticū aūt congre. in hor. meum] Hoc em̄ facient angeli vt ministri: z christ⁹ vt caput z autor. Baruch.iij. O israel ꝙ magna est domus dei z ingens locus possessionis eius. qꝛ licet in hac domo mansiones multe sunt Jo.xiiij: Tn̄ vnū est horreū cōe. Sic ergo perdit zizania ex toto. Sicut dr Esai.xiiij. Non cōsurgat in eternum semen pessimoꝝ: ꝑparate filios eius occisioni: in iniquitate patrū coꝝ nō ꝯsurgent. Triticū autem colligit ex toto. Supra.iij. Permundabit aream suam: z cōgregabit triticum in horreū suum. paleas aūt comburet igni inextinguibili.

Aliam parabolaz proposuit eis dicens. Simile est regnum celorū grano sinapis: quod accipiens hō seminauit in agro suo

M Proposuit autē vt sil'itudinibus consideratis: viderent quantā fides haberet efficaciā [Simile est regnū celorū] Tria sunt que accipit in similitudie. Seminationē seminis. Incrementū. z Perfectionē eiusdez. In Primo dr: Quid: Cui: z In quo assimilat. Quid: Regnum celorum. Non enim regnū celorum est sicut regna aliaꝝ potestatum. Aliarū em̄ potestatū regna z leges: coactiua obligant virtute. Celoꝝ aūt regna: virtute q̄dam amatiua nos alliciūt: z obtinendo: nos vendicant sibi. Nec vni celesti rectitudini cōformāt: sed omī. Ita vt dicam⁹ Nostra cōuersatio in celis est. Sic enim dr Esai.xxxij. Ecce in iusticia regnabit rex: z principes in iudicio preerūt. Et qꝛ celestia nunqꝫ inordinata sunt. Sicut dr Dan.vij. Regni ei⁹ qd non corrūpet. Hoc aūt sil'e est [grano sinapis] Ut in grano notet Puritas z Fecūditas fidi. Et in sinapi notet virtus eiusdē. Sinapis em̄ ꝓprietates sunt ꝗ Valde subtilis sube. z ideo multum Dilatat quādo conterit. z Acuta: z ꝑ hoc penetratiua ē. Etiā Dissolutiua viscositatū. z Vaporatiua valde. Et ideo statim obtinet cerebrum. Est etiam Mordificatiuū. Et hec habet Verbū fidei. Que subtilissime est substantie in articulis: qui omnes sunt de trinitate. Dilatat aūt ad eterna z tēporalia z gaudia z penas. Conterit aūt ꝑ meditationē eorum que credunt. Et est Acuta valde per veritatē que est subiectuz z causa eius. Per illā em̄ est acutior gladio ancipiti: ꝑtingens vsqz ad diuisionem aīe z spūs. Hebreoꝝ.iiij. Et est Dissolutiuū cōcupiscentiaꝝ. z Vaporatiuū per spūs charitatē: qa

spirat spūm vite: z obtinet statim altiora nostri intellectus. Unde dr Mar.xj. Si habueritis fidez sicut granuz sinapis: dicetis monti huic. tollere z mittere in mari: z omīa possibilia sīt credēti. Et tangit in quo sil'e dicēs [qd acceptū homo seminauit in agro suo] Acceptio aūt sonat ꝯsensuz: qꝛ Cetera pt non volens: credere non nisi volens Jo.xj. Si credideris videbis gl'am dei [homo] aūt notat intellectū veritatis: qꝛ Fides illumiatio est intellect⁹ ad eterna cōtuenda. Psal.xxxv. In lumine tuo videbim⁹ lumē. Lu.ij. Lumē ad reuelationez gentiū zc. [seminatio] autē notat dispersionē: quia fides vult spargi per vbum fidei. Esai. xxvij. Implebūt faciem orb semine. Esa.liij. Uidebit semen longeuū: z voluntas dn̄i in manu eius diriget [ager] autē cordis notat optimā exercitatione per disciplinā. Malach.iij. Beatos vos dicent oēs gentes. Eritis em̄ vos terra desiderabil'.

Quod minimū quidez est omnibus seminibus. Cum aūt creuerit maius est omnibus oleribus: z fit arbor ita vt volucres celi veniant et habitent in ramis eius.

N Tāgit hic Incrementū. Tangit autē Tria. Vn̄ crescit. qꝛ ex minimo. z Incrementū ipm: z Incrementi quantitatē De Primo aūt Dubiū est ꝑ lr̄am. Quia dr [Qd minimū est] Et hoc nō videt. qꝛ granū papaueris est multo min⁹: z semen rute. z hmōi herbaꝝ plurimaꝝ. Responsio Minimū est non simpl'r: sed respectu eius qd producit. Et ad hoc intelligendū Sciendū est ꝙ aliud (Germen) est Herba. z aliud Olus: z aliud Gramē: z aliud Frutex. z Aliud Arbor. Et hec differūt in eadē specie plante exn̄tia. Primū q̄dem in gn̄e quorūdā est Gramen. (Germen) Et hoc est qn̄ primū ex radice mergunt ad modū gladioꝝ folia per se ipa: z non per cotilidones radici adiūcta. Herba autē qn̄ habet multa folia: non nisi cotilidonib⁹ adiungunt vni (germē) radici: sicut est ī petroselino: qd postqꝫ gramē esse desinit fit herba. Et sil'r sinapis. Sed olus idē efficitur qn̄ stipitem nō ligneuz ꝑducit ex radice: z in illo stipite multos ramos z folia in ramis. Sz frutex est qn̄ ml'tos ꝑducit ex vna radice stipites. Sicut Juniper⁹. Et h faciunt multa. Sed arbor est qn̄ stipes in ligni duriciā cōuertit: z ex illo rami z virge ī ramis: z in virgis sceptra siue palmites seu flagra q̄dam ꝑducunt Dicendū igit ꝙ ꝓportione habita ad ea que ex ipso ꝑducunt minimū est: quia licet papauer sit minus: tn̄ stipes eius non lignescit sic sinapis. Et licet rute stipes lignescat: non tn̄ sic in altū ꝯsurgit: z frutici magis ꝙ arbori similat. quia multi in ruta stipites de vna radice egrediunt. Ista minoritas fidei significat hūilitatem que est in cruce saluatoris. Lu.xviij. Qui se humiliat exaltabit. Phil'.ij. Exinaniuit semet ipsum formā serui accipiēs: in similitudinē hominum factus: z habitu inuent⁹ vt homo. Humiliauit aūt semetipum: factus obediens patri vsqz ad mortē: mortē autem crucis. Psal. Vidi humilitatem meam z laborem meuz. Supra.xj. Discite a me quia mitis sum z humilis corde. Omnibus enim minimis seminibus minor est vbum fidei. Nulla em̄ doctrina tam humilib⁹ initiur. j. Coꝝ. j. Nos ꝑdicamus chr̄m crucifixum. Judeis quidem scandalū: gentibus autē stulticiam. Et Ibidem. Placuit deo per stulticiā fidei saluos facere credētes. Nulla aūt alicuius q̄ntūuis parui doctoris a tam humilib⁹ confirmat. Quia ista sīt stulticia: cōtra mundi Sapientiā. z Mortis probro se infirmitas: ꝯ mōi Fortitudinē. Est ergo granū Paruū in sapientia mūdi. Minus in potentia: sed Minimū in supbia z fastu seculi. Cōtra Primum. j. Coꝝ. j. Que stulta sunt mundi elegit de⁹ vt cōfundat sapientes. Contra Scđm. j. Coꝝ. j. Que infirma sunt mūdi elegit deus vt confundat fortia. Contra Terciū. j. Coꝝ. j. Ea que non sunt: quia ꝯfusione digna sunt: elegit deus vt ea que reputatione mundi sola sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in ꝯspectu eius. Ab hoc ḡ minimo crescit. Et hoc est quod sequit [Cum autem creuerit] in deuotione vocatoꝝ z electoruz: tunc mutat herbe hūilitatē: paulatim exurgens ī olus. Et ideo dicit [maius est omnib⁹ olerib⁹] Est aūt calidum vaporatiuū vehementer z multiplicabile. Et quia calidū fortissime per radicē trahit succum. Et quia vaporans ascēdit fortissime in altum. Et quia subtilis substātie multiplicabile fortiter extendit in ramos: implens illud Eze.xxxvj. Vos montes israel ramos vr̄os expandite z florete: z fructum facite ppl'o meo isrl'. Sic em̄ filius hominis in corde fideliū exaltabit a terra: z omīa trahit ad se ipum. Joā.xij. Sic gloriat frater Humilis in exaltatiōe sua: diues autē deprimit in humilitate sua. Jaco.j. Sic Esai.iiij. Germen domini erit in magnificentia z gloria z fruct⁹ terre sublimis. Sic Stulticia cōuertit in sapientiā: quam Paulus. j. Coꝝ. ij. loquit iter ꝑfectos. Sic Infirmitas transit z in fortitudinē. Esa.lxj. Vocabuntur in ea fortes iusticie. Sic Dedecus trāsit in honorem Ita ꝙ dicat Paulus Gal'.vj. Mihi absit gloriari nisi ī cruce domini nr̄i iesu christi. Sic enī omne genu flectit in nomine domini: z omnis lingua confitet quia iesus christus in gloria ē dei patris. Phil'.ij. [Et fit arbor] Hic tangit Tertio perfectionez: quia ligneo iam roborato stipite radici infixo ml'tos profert ramos: z in ramis virgas z flagra totum mundū occupans. Sicut arbor quam in medio terre stantē vidit Dan.iiij. Extēdit enim palmites suos vsqz ad mare: z vsqz ad flumen ꝓpagines eius. Et est lignum vite in medio paradisi. Gen.ij. Lignum existens educēs suos de egypto in manu legislatoris. Exo.iij. z.iiij. Virga enim in qua fiunt signa z non solum in ista perfectione est in se ipsa: sed z [volucres] cōtemplatiui celum petentes [veniunt] per esuriem z desiderium quiescēdi cum angelis: quibus Patriarcha Gene.xviij. dixit. Requiescite sub arbore [z scandunt ramos eius] hoc est: diuisiones virtutū crucis. z gustant fructum ventris virginalis pendentē in eo. Canticoꝝ.vij. Dixi ascendam ī palmā z apprehendam fructum eius

Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorũ fermento: quod acceptũ mulier abscondit in farine satis trib⁹: donec fermentatum est totum

D Hec Prima parabola de his que docent ꝓfectum ꝟtutis. Et quia Tres sunt ꝟtutis ꝓfectus. Scz. ꝭz virtutis formã. ⁊ ꝭz virtutis naturã (al's materiã) siue substantiã. ⁊ ꝭm ꝟtutꝭ finem: qui est chr̃s: ꝭm ꝙ est obiectũ felicitatꝭ sctõꝝ. Ideo Tres inducunt̃ ꝑ ordinẽ ꝑabole. Et per h̃ patet diuisio. Ista aũt sumit̃ penes profectũ virtutis in forma virtutꝭ: que est charitas: que per fermenti naturaꝫ significat̃. De qua dr̃ Tria. Cui scz regnum assimilat. ⁊ In quo. ⁊ Quo effectu. De Pri͂o dr̃ ⌊Simile est regnuꝫ celoꝝ⌋ quo formalit̃ regnam⁹ in celis. Apoca. v. Fecisti nos deo nostro regnuꝫ: ⁊ regnabim⁹ super terrã ⌊fermento⌋ Ecce Cui assimilatur. Calor fermẽti vt dr̃ Phus Humidum panis maturat. Spirituale facit. Leuat. Sapiduꝫ reddit. Digestioni ꝑparat. Et hec omnia facit charitas: de qua parabola ista ꝭm Rabanum exponit̃. Hec em̃ maturat hominis cor crudum: vt sit viscerosum ⁊ affectuosum: ⁊ ad spiritualitatẽ conuertit. Sicut ipse spũssanctꝰ est calor. Leuat ⁊ alleuiat cor ad celestia: ⁊ ꝑparat nos vt facile incorporemur chr̃o. Huius autẽ signũ vt dicit phus: q̃ nemo de fermento ꝭm substantiã materialẽ aliq̃d in pane facto inuenit: quia totũ spirat in spiritũ: ⁊ vbiq; ꝑ pastam diffundit̃. Sicut spũs diffundit̃ in corpꝫ: quia aliter tam modica massa non totã massam paste alteraret ⁊ ad se cõuerteret. ⁊ ideo ꝑ hoc in nostris debet esse sacrificijs. Dñs ꝑcipit Leuit. vij. ꝙ offerant panes fermentatos cum hostia gratiarũ ꝓ pacificis calefaciẽdo Omnia preinducta facit charitas sicut ⁊ fermentũ. Deinde tãgit In quo est simile cum dic̃ ⌊Quod acceptũ⌋ Et dicit Quattuor. Quoꝝ Primũ est Charitatꝭ: in qua est gr̃a. Et hoc notat cum dr̃ ⌊Qd̃ acceptuꝫ ⁊c̃.⌋ Joãnis. j. De plenitudine eius om̃es accepimus gr̃am pro gratia. j. Coꝝ. iiij. Quid habes qd̃ non accepisti: Si aũt accepisti quid gloriaris q̃si non acceperꝭ: Scd̃m est Gratie ꝑ effectũ quando dicit ⌊mulier⌋ molliens heru deũ: est Sapientia diuina in corde hoĩs inspirata. Sap. vij. Per nationes sapiẽtia in anĩas sanctas se transfert: ⁊ amicos dei ⁊ ꝓphetas cõstituit. Neminẽ em̃ deus diligit nisi qui cũ sapientia inhabitat. Ruth. iij. Scit omnis isrl' mulierẽ te virtutis esse. Tertiũ est Op⁹ mulieris sapie in fermento charitatis. Et h̃ est qd̃ dicit ⌊abscondit⌋ Abscondit̃ aũt quando cõmiscetur ⁊ diffundit̃ in virtutib⁹ omnib⁹ Ita ꝙ totũ ingrediat̃ ⁊ totũ maturet ⁊ cetera ꝑficiat que ante diximus. Rhomanoꝝ. v. Charitas dei diffusa ẽ in cordib⁹ nostris per spiritumsanctũ qui datus ẽ nobis. iiij. Regũ. iiij. Mulier infundit oleum in omnia vasa. Quarto dr̃ Cui infundit̃ ⌊in farine satis tribus⌋ Farina Uirtutis significat Innocentiam: ⁊ Gr̃am ex candore. Timorẽ ex cõminatione: ⁊ Confortationeꝫ ex effectu. Gratia em̃ candet ⁊ timore conterit̃ tota die ⁊ scindit cor. Sicut dicit̃ Joel'. ij. Et Effectu roborat. Hec est farina q̃ in hydria vidue nõ defecit. iij. Reg. xvij. Hec etiã est quã Heliseus in ollam mitti iussit. iiij. Regũ. iiij. ⁊ postea non fuit quicq̃ amaritudinis in olla Leui. xxiij. Offeretis nouũ sacrificium dño. duos panes primitiaꝝ de duab⁹ decimis simile fermentate. Duo autẽ panes sunt duo genera virtutum. Theologica: ⁊ Politica. Hec farina sata hꝫ Tria Satum aũt genus mensura est modiũ ⁊ dimidium capiẽs. Tria autem sata dicunt̃ rõne Trium personaꝝ dei in quas ꝟtutes dirigunt. Aut ratiõe Trium anime potentiaꝝ: rõnabilis: irascibilis: et cõcupiscibilis: quas ipse ꝟtutes implent. Aut ratione Trium generũ virtutũ que nos perficiũt in opere. Que sunt Morales: Intellectuales: ⁊ Heroica. Moralis enim ordinat passiones ⁊ opera. Intellectualis cõceptus (al's conceptiones) ⁊ electiones. Heroica aũt vires aiales ad mentꝭ metas cohibet. Luc. xiij. Cui sil'e estimabo regnũ dei: Simile est fermento: quod acceptũ mulier misit ĩ farine sata tria. Tertio tãgit Quo effectu fit ista comparatio ⌊donec fermentet̃ totum⌋ hoc est calore charitatis totum inflammaret: ⁊ spũsancto infunderet̃. Actuũ. ij. Repleti sunt om̃es spũsancto. Est autẽ Fermentũ erroris ⁊ corruptionis: ꝭz ꝙ fermentũ ẽ antiqua corrupta pasta. Et ꝭm has proprietates non loquit̃ hic de fermento. Sed de Fermento erroris dicit̃ Osee. vij. Quieuit ciuitas paululũ a cõmixtione fermenti donec fermentaretur totum. De Fermento corruptionis. j. Coꝝ. v An nescitis quia modicũ fermentũ totã massam corrumpit: Sed q̃ hoc non pertinet ad ꝓpositum: dimittatur donec de eo sit locus tractandi

hydria farina

Hec autem omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis non loquebat̃ eis: Ut impleretur quod dictum est ꝑ prophetam. Aperiam in parabolis os meuꝫ: eructuabo abscondita a constitutione mundi.

D Postq̃ Tres parabolas in cõmuni turbis intra mare ad cõmunẽ edificationẽ ꝓposuit. Hic p⁹ omnes concludit que sit ratio parabolarũ. Et per vnius explanationẽ oẽs alias se explanasse ostendit. Et ideo hec (que dicta sũt) Duo in ista parte facit: sicut patet in l'ra. Primũ autẽ ostendit Parabolici sermonis ad turbas rationem. Et ideo Duo dicit. Scz. Qr̃ parabolice loquebat̃. ⁊ Probat sic debere fieri per autoritatem. In Primo horum Duo dicit. Affirmationẽ factoꝝ. ⁊ Generalit̃ debere intelligi: semꝑ ita dominũ fuisse locutũ. Dicit igit̃ ⌊Hec aũt omnia locutus est iesus ĩ parabolis⌋ Que licet numero parabolaruꝫ non sint multa: significatõe tñ earũdem valde sunt infinita. Prouer. j. Animaduertet parabolã ⁊ interpretationẽ: verba sapientũ ⁊ enigmata eorum ⌊ad turbas⌋ quoꝝ fuerũt carnalia corda: ⁊ quib⁹ facetorũ similitudines facilius persuadent q̃ verba ⌊et sine parabola nõ locutus est eis⌋ Ecce Generaliter innuit qualiter se in omnib⁹ diuina sapiẽtia rustice simplicitati coaptauit. Et in signũ huius: mater sapie: ꝟbuꝫ dei parabolã factam in carne assumpta: pannis pauperib⁹ inuoluit: ⁊ reclinauit in ꝑsepio. q̃ homo cõparatus iumentis insipientib⁹ verbi eterni pabulum nõ caperet: nisi panniculis similitudinũ humanarũ inuolutum esset ⌊vt adimpleret̃ qd̃ dictũ est per ꝓphetam⌋ in Psal. lxxvij. dauid ⌊aperiam in parabolis os meũ⌋ magna dicturus (al's docturus) ⌊eructabo⌋ cum affectu: cõceptũ intellectus exprimens. Hoc em̃ sonat eructuatio: que de stomacho vaporẽ cibi emittit. Psal. xliiij. Eructauit cor meũ ꝟbum bonũ Psal. xviij. Dies diei eructat nudum ꝟbum: cum sapiẽtia ꝑfecti ⁊ luce intelligẽtie fulgentib⁹: mysteriuꝫ regni dei ostendit. Sed nox nocti indicat scientiã qñ parabolis obuolut⁹: sermo rusticam mentẽ que obscura est instruit ⌊abscondita a cõstitutione mũdi⌋ Sapiam em̃ dei in mysterio verbi absconditã: om̃ia quecunq; dixit ⁊ fecit deus: loquunt̃. Rho. j. Inuisibilia dei a creatura mũdi ꝑ ea q̃ facta sũt intellecta cõspiciuntur. Sempiterna quoq; ꝟtus e⁹ ⁊ diuinitas. Totus em̃ mundus theologia est homi: dñ celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamentum.

Tunc dimissis turbis venit in domum: et accesserunt ad eũ discipuli eius dicẽtes: Edissere nobis parabolam zizanioꝝ agri.

Ecce Scd̃m: vbi venit ad explanationẽ seorsuꝫ cum discipulis ⌊venit in domũ⌋ Indicans discipulos aliq̃n etiã debere familiarib⁹ intendere ⁊ sibi vacare. Gene. xxx. Justum est vt aliq̃n domui mee prouideã. Sap. viij. Intrans in domũ meã: conquiescã cum sapia. Non eñi habet amaritudinem cõuictus eius: neq; tedium cõuiuatus e⁹ ⌊Et accesserũt⌋ desiderio studẽdi ⁊ discende ꝟitatis Psal. xxxiij. Uenite filij audite me: timorẽ domini docebo vos. Accedite ad euꝫ ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre nõ ꝯfundent̃ ⌊discipuli eius⌋ a doctrinis eius imbuendi. Et ideo nom̃e habẽtes discipuloꝝ ⌊dicẽtes⌋ hoc est instrui petẽtes ⌊Edissere nobis parabo. ziza. agri⌋ De hac potius querunt q̃ de alia: quia hec cõtinebat ꝑfidorũ reprobationẽ. ⁊ gentiũ fideliũ implicite vocationeꝫ: ad quod plurimũ volebat ap'los esse instructos ⁊ cautos. Unde ⁊ de hoc plurima dicet inferius.

Qui respondens ait Qui seminat bonum semen est filius hominis: Ager autem est mundus. Bonum vero semen hi sunt filij regni Zizania autem filij sunt nequam: Inimicus auteꝫ qui seminauit ea est diabolus. Messis vero cõsummatio seculi est. Messores auteꝫ angeli sunt. Sicut ergo colligũtur zizania: et igni comburuntur Sic erit in consũmatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos ⁊ colligent de regno eius om̃ia scandala ⁊ eos qui faciunt iniquitatẽ: ⁊ mittẽt eos in caminũ ignis Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium.

D Circa istius parabole summalem explanationẽ dicit Nouem. Explanat em̃ Primo Seminãtẽ: dicens ⌊Qui semi. semen bonũ est fili⁹ ho.⌋ Non mõ tñ in carne veniẽs: sed ab initio mundi: ⁊ hodie: per ora oĩum loquentiũ de eo sꝑ ꝓpter oĩa Quod est sapia perfectoꝝ ⁊ rationaliũ hominũ: ⁊ Qd̃ est congruũ pabulũ iumentoꝝ. Unde Hier. xxxj. Seminabo domũ isrl' ⁊ domũ Juda semine hoim ⁊ semine iumentoꝝ. Mar. iiij. Multis parabolis loquebat̃ ad turbas ꝓut poterat audire: ⁊ sine parabolis nõ loquebat̃ eis. Scd̃o explanat Agrum dicens ⌊Ager aũt hic mun. est⌋ Ager ab agendo dictus: eo ꝙ actus surgat in fructum. Cant. vij. Egrediamur in agrũ: cõmoremur ĩ villis. Psal. xxiij. Dñi est terra ⁊ plenitudo ei⁹. Tertio explanat Bonum semẽ: dicẽs ⌊Bonuꝫ vero semen hi sũt filij reg.⌋ hoc est ad regnũ formari ꝑ semen. Et ideo semen vocati sunt Sicut. s. diximus Psal. xxj. Anĩa mea illi viuet: ⁊ semẽ meuꝫ seruiet ipsi. Quarto explanat Malũ semẽ: dicens ⌊Zizania aũt fi. sunt neq̃⌋ ꝓpter cãm oppositã: quia semen diaboli ita deformat eos ꝙ semen suũ dicuntur. Joã. viij. Uos ex patre diabolo estis: ⁊ opera eius vultis perficere. Et Quinto declarat Inimicũ: dicẽs ⌊Inimicus aũt qui semi. ea ẽ diabolus⌋ Dañ. xiij. Semen chanaã ⁊ nõ iuda spẽs decepit te: ⁊ cõcupiscẽtia subuertit cor tuum. Psal. xij. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte: Neq̃ñ dicat inimicus me⁹ preualui aduersus eũ. Sexto declarat Messem: dicẽs ⌊Messis vero est consum. secu.⌋ Uel Uniuersalis quando om̃es colligunt̃. Uel Particularis quando colligit̃ quilibet. Hierem̃. viij. Transiuit messis: finita est estas ⁊ nos saluati non sum⁹. Est tamen alia ante illam messis: in qua fideles colligunt̃ per gr̃am in eccl'am. Joan. iiij. Uidete regiones quoniã iam albescunt (al's albe sũt) ad messem. Septimo explanat Messores: dicens ⌊Messores aũt angeli⌋ quia faciunt ad collectionẽ cinerum eorũ qui resurgẽt: ⁊ ad collectionẽ iudicãdorum per ministeriũ. Hoc ostendit angelus: in manu falcem hñs. Apoc. xiiij. Joel'. iij. Consurgant ⁊ ascendant gentes in vallem Josaphat: q̃ ibi sedẽbo vt iudicem omnes gentes in circũitu. Octauo tangit Modum: dicens ⌊Sicut ergo zizania colligunt̃ ad comburendũ igni⌋ Infra. xxv Ite maledicti in igneꝫ eternũ: qui parat⁹ ẽ diabolo

z angelis eius [sic erit i cõsummatiõe secu.] quando finis erit seculi istius. Psal.xlix. Ignis in ɔspectu eius exardescet: z inflammabit in circuitu inimicos eius. Et hoc explanat ulterius: dicens. [mittet filius hoĩs] Infra.xxiiij. Mittet fili⁹ hoĩs angelos suos cum tubis z voce magna: z cõgregabũt electos eius a q̃ttuor ventis celi: a summis celoꝝ vsq ad terminos eoꝝ [et colliget de regno eius] hoc est de societate bonoꝝ [omnia scandala] Sap.xiiij. Equal'r displicent deo: impius z impietas eius. Et ideo si scandaluz est impietas: z impius scandalũ erit. Ecci.xxvij. In verbis tuis dabit scandalum. z Ecci.xxxij. Ne ponas anime tue scandalũ. Infra.xviij. Ue mũdo a scandalis. Et explanat quid scandala vocat: dicens [z eos qui faciũt iniquitatẽ] Job.iiij. Uidi eos qui seminãt dolores: flante dõ perisse: z spiritu ire eius esse ɔsumptos [et mittent eos i caminũ ignis] hoc est in infernũ: vbi ardebũt z nõ depurabunt. Malach.iiij. Ecce dies dñi veniet succẽsa quasi camin⁹: z erunt superbi z facientes iniquitatem stipula. Et tangit in camino genera penarum dicẽs [Ibi erit fletus] Esa.lxv. Pre cõtritione spũs vlulabitis [et stridor dentiũ] quia Job. xxiiij. dr. Transibũt ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ. Apoca.xvj. Cõmanducauerũt linguas suas pre doloribꝫ: z blasphemauerũt deũ celi pre doloribus z vulneribꝫ suis. Nono autẽ determinat Quali gloria colliguntur bona semina in horrea celi: dicens.

Tunc fulgebunt Justi sicut sol in regno patris eoruz. Qui habet aures audiendi audiat.

Tangit autẽ Quattuor. Meritũ scꝫ. z Gloriam. z Honorẽ potestatis. z Jus ppetue hereditatis ex affectu patris adquisitũ. Primũ notat in hoc q dicit [Justi] Justicia eñ dedit lucẽ in merito. Et ideo lucem accepit in pmio. Et ideo dixit Plato q Justicia ẽ sicut hesperus clarissimi fulgoris. Prouer.iiij. Semita iusti quasi lux splendẽs z crescẽs vsq in perfectũ diem Phil'.ij. Inter q̃s lucetis sicut luminaria in mũdo. Dañ.xij. Qui ad iusticiã erudiũt multos: fulgebunt sicut stelle in ppetuas eternitates [fulgebũt sicut sol] In Fulgore notat mentis z corpis luminositas z agilitas: qr sine tpe in momento est ab oriente in occidente (al's ad occidentẽ) In Sole aũt notat impassibilitas z spiritualitas siue subtilitas: que nõ intelligitur fieri per rarefactionẽ: sed p subtractiõẽ grossiciei z ignobilitatis: qr si ita rara essent futura corpa nr̃a: tũc ñ retinerẽt figurã. Et hãc heresim missus fuit destruere btũs Greg. in Cõstantinopolim. Sap.iij. Fulgebũt iusti: z tanq̃ scintille in arundineto discurrent [in regno] aũt notat pfectio ptãtis [eoruz. Patris] aũt h regnũ dr: qr ex effectu (al's affcu) spũs ius haberet hereditatis. Col'.j. Eripuit nos de ptãte tenebraꝝ: z dedit nob partẽ sortis sctõrũ in lũie. Et pcedit Qd trãstulit nos in regnũ filij dilectiõis sue [Qui hꝫ aures audiẽdi au.] hoc ẽ s. expositũ. Et nota est pabolice locutõnis. Licet hanc aũt solã parabolã hic edisserat: Tñ Mar.iiij dr: q seorsum oĩa discipul' exponebat: qr illi exercitatos habebant sensus ad capienda mysteria

Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro.

Hic tãgit Scda pabola penes pfectũ virtutis sumpta: scdm q profect⁹ virtutis ẽ studiũ i essentia virtutis. Et tangit h Quattuor. Scꝫ. Quid. Cui. z In q̃. z Propt quid cõparet. Et hec patebũt i expositiõe. Quid aũt cõparat [est regnũ cel.] Regnũ inq̃ scdm q est cõpleta vtutis ptãs z grẽ ad celestis gaudij reducẽs gustũ oẽ qd est in homĩe. Sap.x. Oñdit illi regnũ dei: z dedit illi sciam sanctorũ: honestauit illũ in laboribꝫ: z cõpleuit labores illi⁹. Rho.xiiij. Regnũ dei nõ est esca z pot⁹: sed iusticia z pax et gaudiũ in spũ sctõ. Hoc autẽ similat terrenis rebꝫ: scꝫ [thesauro absco. i ag.] In q̃ Tria notant. Quid thesaur⁹. Qualit abscõditus. z Quid ager in q̃ est abscondit⁹. Thesaur⁹ aũt est studiũ virtutis z sapie: q̃ potissima est virtutũ. Prouer.xxj. Thesaur⁹ desiderabil': z oleũ i habitaculo iusti.ij. Cor.iiij. Habem⁹ thesaurũ istuz in vasis fictilibꝫ: vt sublimitas nõ sit ex nob: sed ex virtute dĩ. Abscõdit⁹ aũt ẽ iste thesaur⁹ In Solitudine silẽtij: In Intẽtiõe soli deo placere desideranti. z In Occultatione hũili. Studentẽ eñ virtuti sapie z celestibꝫ: optet amare solitudinẽ silentij. Qr dicit Berñ. q Delicata est diuina ɔsolatio: nõ dat admittentibꝫ alienã. Esa.xlv. Uere tu es de⁹ abscõdit⁹. Job.xxviij. Trahit aũt sapia de occultis. De Intẽtiõe aũt q̃ soli deo placere desiderat Sup. vj Nesciat sinistra tua q̃d faciat dextera tua. Et iõ dr Ibidẽ q intrãdũ est cubiculũ. z clauso ostio orandus est Pr noster. Et Ibidẽ q Pat nr qui videt in abscõdito reddet vob. De Abscõsione hũilitatis dic Greg. q Depdari desiderat q̃ thesaurũ in via publice portat. Job.iij. Quasi effodiẽtes thesauꝝ gaudet vehemẽter cũ inuenerit sepulcruz. Ubi scꝫ fossus est thesaur⁹ virtutũ. Prouer.ij. Si quesieris eam quasi pecuniã: z quasi thesauros effoderis eã [in agro] Ager est cor humanuz. Hiere.xxxij. Eme tibi agrũ meũ qui est anathot. Tibi enim cõpetit vt emas eũ. Anathot sub obediẽtia interptatur: qr ad h mandata scripta sunt in corde: vt sub obediẽtia mãdatoꝝ sit cor humanũ. In vbo enim est abscõdit⁹ thesaur⁹. Sicut dr Job.xxviij. Abscondita est ab oculis oim viuentiũ. Et sic dcm̃ est Quid: Cui comparat. Et sequitur In quo

Quem cum inuenit homo: abscondit.

Tria dicit. Intentionẽ: Inuenientẽ: z Occultationẽ. Inuentio per studiũ inquisitõis. h est in frequentatione vtutis z meditatione sapie. Ecci.xiiij. Btũs homo qui i sapia morabit z in iusticia meditabit: z in sensu cogitabit circũspectionez dei. Et Prouer.iij. Btũs homo q̃ inuenit sapiam z qui affluit prudẽtia. Melior est adquisitio eius negociatione auri z argẽti pmi z purissimi fruct⁹ eius. Inueniẽs aũt est hõ nihil irrõnabile agens: sꝫ totum qd est ad intellectũ referẽs. Eccis vlt. Deum

time z mandata eius obserua: hoc est oẽs homo Geñ.j. Faciamus hominẽ ad imaginem z similitudinem nostram. Occultatio autẽ est dilectio secreti ab humano tumultu. Esaie.xxiiij. Secretum meuz mihi: secretum meũ mihi. Unde Judith i superioribus domus sue habuit secretũ cubiculum: in quo deo vacabat. Judith.viij Quare autem sit ista comparatio Sequitur

Pre gaudio illi⁹ vadit z vendit vniuersa q̃ hꝫ z emit agrum illũ.

Et dicit Quattuor. Primũ est De Inuẽto thesauro conceptũ gaudiũ. Secundũ est Ex gaudio ortum vtutis maius studiuz. Tertiũ omniuz secularium ex iocunda possessione virtutis fastidium. Quartũ Terrenoꝝ p spũalium cõparatõe oblatũ precium. Et hec patent in lr̃a. De Primo horum dr [Pre gaudio] Aug⁹. Gaudiũ est diffusio animi in cõceptiõe z adeptione boni. Phil'.iiij. Gaudete in dño semp: iterũ dico gaudete. Esa.lxj. Gaudens gaudebo in dño: z exultabit aĩa mea in deo salutari meo. Et tangit Studiũ z maiorem profectũ qñ dr [vadit] Psal.lxxxiij. Ibũt de virtute in vtutem zc. Hiere.lj. Uenite z nolite stare: recordamini pcul dñi: z hierl'm ascẽdat sup cor vestruz. Ezech.j. Animalia ibant in similitudinẽ fulguris coruscantis. Et dicit Ibidem q non reuertebãtur cum incederent: sed vnunquodq ante faciem suam gradiebatur. Et dicit Grego. q ille facies sunt facies virtutum. Sequitur Terrenoruz fastidium [Et vendit vniuersa que habet] Matth.xix. Uade z vende oẽa que habes: z da pauperibꝫ. z habebis thesauros in celo. Mat.xix Ecce nos reliquimus oĩa z secuti sumus te. Et Notabile est q dicit [que habet] Qr si haberet a diuitijs: non venderet eas. sed poti⁹ diuitie venderent eum diabolo.j. Tim.vj. Qui volũt diuites fieri incidũt in tẽtationẽ z in laqueũ diaboli Adhuc notabile est q dicit [vniuersa] Non sibi partem retinens: sicut Ananias z Saphira: qui fraudauerunt de precio agri terreni. Actuũ.v. Et ideo morti addicti sunt. Sequitur Cõmutatio: cum dicit [et emit agrũ illuz] Cor.s. cum thesauro: qr cũ terrenis haberi nõ põt. Supra.vj. Ubi est thesaurus tuus: ibi est z cor tuũ. Unde Plato pondus auri proiecit in mare: dicẽs. Melius est pdi aurum q̃ cor. Prouerbiorum vlti. Considerauit agrum z emit illum: de fructu manuum suarum plantauit vineam: gustauit z vidit quia bona est negociatio eius.

Iterum simile est regnũ celorũ homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuẽta autem vna preciosa margarita: Abijt et vendidit oẽa que habuit z emit eam.

S

Hic tangitur profectus in comparatõe ad finẽ. Finis autẽ simpl'r est chrs. Rhom.x. Finis legis chrs ad iusticiam oĩ credenti. Est autez finis citra finẽ qui est terminus ɔiungẽs nos fini vltimo. z hic (al's hec) est veritas in intellectu de sensibꝫ scripturarũ: sicut de conchilijs eruca. Et est dulcedo bonitatis vel vite celestis i affectu de conchis studioꝝ collecta. Chrs autẽ de concha vteri virginal' acceptus est. Et ita ista significant p margaritas.

Sunt autẽ hic notanda Quinq. Scꝫ. Quid: Cui: scdm q̃d. Propt q̃d. z Qualiter cõpat. Quid autẽ dicit [Iterũ] Sicut eñi in studijs vtutis z iusticie regni celoꝝ: z in forma virtutis: Ita iterũ in fine compat terrenis: vt nihil ex eo lateat quod nobis hũano modo nõ demonstret. Act.xx. Non subterfugi quo min⁹ annunciarẽ vobis omne cõsiliũ dei. Joan.xv. Omnia q̃cunq audiui a patre meo nota feci vob [Simile est regnũ celoꝝ] hoc est: decor regni celoꝝ. Sap.iij. Accipiẽt regnũ decoris. et diadema speciei d manu dñi. Et dr Cui [homini negociatori] Non negociat nisi hõ. Ad quid q̃ addit [hoĩ negociatori:] Dicendũ q instruat qm̃ p Intellectũ mẽtis negociet veritatẽ. z p Affectũ dulcedinẽ. Hec eñi sunt q̃ in aĩa supiora sunt. Prouer.vlt. Facta est q̃si nauis institoris: sic negociatoris: delõge portãs panẽ suũ. Luc.xix. Negociamĩ dũ venio. Negociũ dicit negãs ociũ. qr multa mala docuit ociositas. Ecci.xxxiij. Sic autẽ non se habet q̃ q̃rit chrm z ea q̃ ɔiũgũt chro veritatẽ z dulcedinẽ spũs. Sap.viij. Hanc amaui z exq̃siui a iuuẽtute mea. Tangit autẽ In quo [querẽti bonas margar.] Bone margarite dicunt Colore: Natura z Effectu. Colore meliores sunt: qr splendorẽ aluminis pluuiosi exhibẽt: Qui est splẽdor argenti: cui supnatat tenuissimus fumus hyacinthin⁹. Splendor aũt argenti est sicut si clare lucẽs penetrat in aquã lympidã. Et sic color bone margarite ex luce ẽ clara: z pspicuitate aque lympide: et supnatante fumo hyacithino tenui valde z subtili: z vix notabili. Lux autẽ ẽ Sapientie. Unde Sap.vij. Luci compata inuenit por. Aqua autẽ est p metas pure et refrigerate castitatis. Eze.xxxvj. Effundã sup vos aquã mundã z mundabimini ab oĩbus inq̃namẽtis vestris. Hui⁹ autẽ signũ est q ostrea z conchilia que margaritas portãt: h int omnia aĩalia habẽt pꝛiũ q nunq̃ coeunt nec p cõmixtionẽ generãt (al's generant) sꝫ poti⁹ lumĩe lune: cui⁹ lumẽ est sicut argẽtũ. vt dicũt alchimici. Et hoc lumẽ ɔceptũ in hũido viscoso sicco: format z colorat margaritã. Fumus autẽ hyacinthin⁹ desup natãs: celestis est sapor in mente. Colos.iij. Que sursum sunt sapite: ñ q̃ sup terram. Natura aũt margarite est In Celo habere efficiẽtẽ: q̃ est lumẽ lune. In humore roscido (q̃ in ripa maris colligit in mane) habere materiã seminalẽ. In cõclusione: conchilia hĩe locũ formatõis q̃si matricẽ. In aĩali mũdissimo z castissimo hĩe naturalẽ sue subẽ vtutẽ. Et h ɔpetit. qr lumẽ lune sic dixim⁹ ɔceptũ i hũido roscido: qd ex h q i aĩali ibibit: viscosat z siccat: generãt margarite. Scti aũt vitati z dulcedi diuie studẽtes: e celo oĩa ɔcipiũt: splẽdore celesti oĩa ɔcipiẽtes. Dañ.xij. Qui fuerit docti fulgebũt sic splẽdor firmamẽti: Hũore roscido: q ĩfundit ex grã dei i se nõ vacua. Esa.xlv. Ros luci ros tu⁹: z terram zc. Esa. xxvj.

Rorate celi desup. In mari autē hui⁹ seculi durātur in conchis p patientiā. Deut. xxxiij. Inundationes maris quasi lac sugēt: thesauros occultissimos arenaꝝ. Ad lrām: Thesauri arenaꝝ sūt margarite. qꝛ inter arenas latēt. In conchis autē habent matricꝫ actū ꝛ virtutē. qꝛ de figurꝫ ꝛ enigmatibus eliciūt veritatē: ꝛ inueniūt dulcedinē quasi p testudinis aptiōem. j. Coꝝ. xiij. Uidem⁹ autem nūc p speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciem j. Joā. iij. Nondū apparuit qd erimus: Scimus autē qm̄ cū apparuerit similes ei erimus. Rho. viij. Expectatio creature reuelationē filioꝝ dei expectat. Uirtus aūt formās ꝛ substātians vt ita liceat dicere: virtus est mūdissime aīalitatis. qꝛ ex h̄ ꝙ roscidus humor p corpus trāsit animalis: virtutē ꝯcipit formatiuā. Et hoc rotundat ꝛ naturat margaritā et specificat eā. Et talis virtus ex corpore est sanctoꝝ mūdissimo. qꝛ ex hoc etiā ipa anima iuuatᷣ ad bonos ꝛ stabiles: ꝛ eternitati similes actus: ꝛ nobiles p obediētiā i omne bonū. Sap. viij. Sortitus sum aīam bonā: ꝛ corpus incoinqnatū. Unde Eccli. xlix. dicit Et ossa Joseph pullulabāt de loco suo. Et. xliiij. Corpora eoꝝ in pace sepulta sunt. ꝛ viuēt noīa eoꝝ in eternū. Sanctū enī corpus est vas in quo multā virtutē concipit aīa. Ps. lxxxiij. Cor meū ꝛ caro mea exultauerūt i deū viuū. Effectus autē est pcipue: q dum ꝟsus eqnoctialeꝫ veniunt: castū facere corpus et sobriū Cor ꝯfortare: pcipue contra debilitatē spūs. ꝛ pficere aīam ad bonos ꝯcept⁹ intelligentiaꝝ. De Primo hoꝝ dicitᷣ. j. Choꝝ. ix. Castigo corpus meū: et in seruitutē redigo ꝛc. Ad Titū. ij. Sobrie et pie ꝛ iuste viuam⁹ in hoc seculo: expectantes beatam spem ꝛ aduētū glie magni dei. De Scdo Ezechi. xxxvij. Ingressus est in ea spūs vite: ꝛ reuixerunt. Gene. ij. Inspirauit in faciē eius spiraculū vite de eo quod facit in aīa. Psal. xxxj. Intellectū tibi dabo ꝛ instruā te in via hac qua gradieris: firmabo sup te oculos meos. Luce. xxiiij. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas. Scias autē ꝙ optimaꝝ margaritarū conche sunt odorifere: Ita ꝙ etiā ad puluerē tymiamatis ꝯferūtᷣ. Et ille dicuntur onyce: eo ꝙ ad modū humani vnguis colorantur. Et hoc significat bonitatē fame ꝛ deuotionis. Eccli. xlix. Memoria Josie in compositione odoris facta est: in omni ore quasi mel īdulcabitur memoria eius. Deinde tangitur Qualiter fit ista assimilatio Dicēs [Inuenta aūt vna pciosa margarita] hoc ē: intus considerata. Sed cū Apocal. xxj. dicatur. Et porte singule sūt de singulis margaritis: Qualiter hic dicitur ꝙ vna pciosa sit inuenta: Dicendum ꝙ licꝫ christus veritas et dulcedo anime sit vnicus patris ꝛ anime fidelis: tamē sp secū habꝫ multa pciosa. Et h̄ ꝯuenit margaritꝫ. quia etiam in baccis conchaꝝ: vna pciosior circa se habet alias circūpositas minores. Propter qḋ etiā alio nomine margarite dicuntᷣ minores. Et congregatio talis vocatur proprie: margaritū fulgens: a gemmarijs. Prouer. xxv. Inauris aurea: et margaritū fulgens: qui arguit sapientē. et aurē obedientē. Preciosa est ergo illa: quia nullo pcio estimanda. Job. xxviij. Non adequabitᷣ ei aurū vel vitrū. Sap. vij. Infinit⁹ est enim thesaur⁹ illi⁹: quo q vsi sūt participes facti sūt amicicie dei: ꝓpᷣ discipline dona cōmendati. Deinde tāgit Propᷣ qd: dicēs [abijt ꝛc] Et dt Tria Abire p fugā mūdi: Uēdere oīa q possedit per cōcupiscentie ꝛ passionū aliarū cōmutationē: ad virtutis studiū: ꝛ Emere eā precio sanctorū meritoꝝ. In Primo relinquitᷣ peccatū. In Scdo Per virtutes excidunt radices vicioꝝ. vt Tertio optime disposito aīo: margarite conferatᷣ ornamentū. De Primo Esai. lij. Recedite recedite: pollutū nolite tāgere mundanū qui fertis vasa dñi Canticoꝝ. v. Quo abijt dilectus tuus o pulcerrima mulieruꝫ. De Scdo Sup. iiij. Relicta naui ꝛ pr̄e secuti sūt eū. Infra. xix. Reliquim⁹ omnia ꝛ secuti sumus te De Tertio Cant. viij. Si dederit hō oēm subam domus sue ad mercandā dilectionē: quasi nihilū despiciet eā. Apo. iij. Suadeo tibi emere a me aurū ignitū vt locuples fias. Prouer. xx. Malū est: maluꝫ est: dt omīs emptor. ꝛ cū recesserit gloriabitur. Sciendū aūt ꝙ margarite tantū amāt dulcedinem: ꝙ dulcedine concipiuntᷣ ꝛ generantᷣ: ꝛ in aceto vel vrina posite mollescunt ꝛ resoluuntᷣ. qa Christū non habet is qui ē amari cordis Hierᷣ. ij. Malū ꝛ amarū est reliquisse te dñm. j. Pe. ij. Si tn̄ gustastis quia dulcis est dñs ad quē accedētes tanq̄ꝫ lapidem viuum.

Iterū sile est regnū celoꝝ sagene misse in mare ꝛ ex oī genere pisciū cōgreganti. Quā cuꝫ impleta esset: educētes et secus litus sedētes elegerunt bonos in vasa: malos aūt foras miserunt.

Hec est Ultima parabola In qua auctas apostoloꝝ ꝛ eccl'ie sagene comparatur. Et i hac Duo Z dicuntᷣ. Parabola videlicet: ꝛ Explicatio. In Parabola aūt ꝛ in hac Notandū est Quid: Cui: ꝛ In quo cōparetᷣ ꝛ Quare. Et hec plana sūt in lrā. Quid enim comparatur: est regnū celorum quo ad hūc actū qui est potestas ꝛ autoritas educendi homines ex humoribus instabilis mundi ad stabile litus fidei: que per veritatē (que causa ꝛ subiectum eius est) iam stabilit credentes in eternitate. Et de hoc dr Joan. xviij. Regnū meū nō est de hoc mūdo. Et Supra. xj. Regnū celorū vim patitᷣ: ꝛ violenti rapiunt illud. Cui aūt cōparatᷣ Subdit [sagene misse in mare] Sagena nodata ex chordis: ptās est dispēsatōis ꝟbi que cōplectitᷣ ex filis subtilitatū scientiarū: ꝛ zelo aīaꝝ trahitᷣ ꝛ ordinatᷣ auctē eccl'iastica. Job. xl. Nunqd implebis sagenas pelle eius: aut gurgustium piscium capite illius: Pellis leuiathan sunt peccatores: qui sagena christi ad litus eternitatis deducuntᷣ. Gurgustium aūt est confectio sacramentalis: in quo (al's qua) caput. hoc est principiū peccati capitur ꝛ occiditur Ezech. xvij. Expandā super eum rete meum: ꝛ comprehendam illum in sagena mea: ꝛ adducā eum in babylonem: hoc est in suipsius cōfusionē: quia erubescet de malis que fecit. Et hoc est quod sequitᷣ. Et iudicabo eū in pūaricatōe in qua despexit me. Et sic sagena accipitᷣ in bono. Et est rete petri. Est autem sagena diaboli qua multos trahit: Cōcupiscētia carnis Una. et Auaricia Altera. De Prima Eccl'is. vij. Inueni mulierē amariorem morte: q laque⁹ venatoꝝ est. sagena cor ei⁹: vincl'a manus illi⁹. De Scda Abachuch. j. Totū in hamo subleuabit: traxit illud in sagena sua. ꝛ ꝯgregauit illud in reti suo. Sup hoc exultabit ꝛ imolabit sagene sue. ꝛ sacrificabit reti suo. Hec mittitᷣ in mare mūdi. Ps. ciij. Hoc mare magnū ꝛ spaciosum manib;: illic reptilia quoꝝ nō est nūer⁹. Deinde tangit In quo: cum dicit [ex omni genere pisciū cōgreganti] Rete eni Petri mō trahit bonos: qui merito ꝛ numero int⁹ sunt pmixti cū malis. Lu. v. Laxate retia vestra in capturā piscium. Jo. xxj. Mittite in dexterā nauigij rete: ꝛ iuenietis. Hoc est: in cōsideratōe virtutis ꝛ eternitatis Et sequitᷣ. ꝙ iā nō valebāt trahere rete p̄ multitudine pisciū. Deinde tangit Propᷣ quid: cū dicit [Quā cū impleta esset] quo ad nūeꝝ pūisoꝝ [educētes] ad litus eternitatis [ꝛ secus litus] iu iudicio in hoc mūdo post modicū in celū trāsituri [elegerūt] discernēdo p merita [bonos] tāq̄ꝫ bñmeritos ꝫ doctrinā aplicā [in vasa sua] Uasa piscatoꝝ sunt Sacramēta: Que qdē vnam rem habēt significatā: ꝛ cōtentā ꝛ causatā: que est Gratia remissiōis pcti. Aliā autē habent: significatam qdem ꝛ causatā: sed nō contētā in p̄senti sed futuro. Et hoc est: gl'a beatoꝝ. Et in hec vasa colligūt bonos meriti discretōe. Hiere. xvj. Mittam piscatores multos: ꝛ piscabuntᷣ eos. Eligunt autem Apostoli: demonstratione meriti: Angeli autem colligendo in resurrectōne: ꝛ christi autoritate. Psalm. cv. Saluos fac nos domie: ꝛ congrega nos de nationib; vt cōfiteamur ꝛc. Joan. xj. Ut filios dei qui dispsi erāt congregaret in vnū. Tūc ei fiet vnū ouile ꝛ vnus pastor. Jo. x. [Malos autē foras miserūt] q solo numero fuerūt in reti. Foras autē mitti est extra ꝯsortiū bonoꝝ ꝛ omnis boni pticipationē in infernū pijci: Apoc. vlti. Foris canes ꝛ venefici: ꝛ ipudici: ꝛ idolis seruiētes.

Sic erit in cōsummatōe seculi: Exibunt angeli et sepabunt malos d medio iustorum

opis: ⁊ multiplicatōnis bonoꝝ opeꝝ. Et ideo attribuit actiuis bonis. Modus igit p̄me pabole est ꝙ Primo inducit pabolā. ⁊ Scḋo inducit intentōem vigilātie: cū dicit [vigilate itaq3] Parabola est in duobus. In studio puritatꝫ ⁊ decoris quo ad meritū. ⁊ In discussiōe sinceritatis ⁊ intētiōis quo ad iudiciū: Ibi [Media nocte] Studium puritatꝫ (scitatꝫ) quo ad meritū Duplex vel Triplex Sc3. Quo ad studij illi⁹ ꝯceptum. ⁊ Quo ad pfectū. ⁊ Quo ad cōplementū pseuerātie. Profect⁹ est ibi [Que accipiētes lāpades suas ⁊c.] Cōplementū est ibi [Morā aūt faciēte ⁊c.] In Prio horum Tria notant. Sc3. Duo assil'ata. ⁊ Rō assimilatōis eoꝝ. ⁊ Ratio assimilatoꝝ est ibi [Reg. ce.] Nec regnū celoꝝ hic aliud intelligit nisi studiū pulcritudis: qḋ ſm leges ad celū ducētes: hoi ꝓponit. Eccl.xliiij. Studiū pulcritudis habentes: ⁊ pacificātes in domibꝫ suis. Sup.xiij. Colligēt de regno eius oīa scandala. Sap.v. Accipient de manu domini regnum decoris ⁊ diadema speciei. Aliud isti assimilatū est Decē virgines: cū dic [Decem virginibꝫ] h est virginalibꝫ mentibꝫ: q̄ conceptā fidei puritatē cū nullo illicito deuirgināt amatore.ij.Cor.xj. Despondi vos vni viro ỽginem castā exhibere chr̄o. Hester.ij. Querant regi virgines speciose. Ps.xliiij. Adducent regi ỽgies post eam. Sap.iij. Felix q̄ nesciuit thoꝝ in delicto. Supra.xix. Sūt eunuchi q̄ se castrauerūt ꝓpt regnuz celoꝝ. He virgines decē dicunt. Aut ꝓpt decē mādatoꝝ obedientiā. S3 tūc nō ꝯseq̄nter q̄nq3 essent fatue. q2 sūma sapiētia est dei mandatis intēdere. Aut dicūt meli⁹ decē: ꝓpter custodiā decē sensuū. quinq3 exteriorū: ⁊ q̄nq3 interioꝝ: q̄ mentē illibatā deflorāt ⁊ deuirgināt. Prim⁹ autē int exteriores est Tactus: in cui⁹ delectatiōe est ipē ꝯcubit⁹. Tn̄ etiā tact⁹ ipudici multū corrumpūt mētis puritatē. Vn̄ Hiero. Tact⁹ ⁊ ioci: risus ⁊ sibili moriture ỽgītatis solēt esse pncipia. Ideo de purissima cātam⁹. Btā mr ⁊ intacta ỽgo. Est etiā Gust⁹ q̄rūdā afferēs libidinē. Propt qḋ dr Ephe.v. Nolite inebriari vino in q̄ est luxuria. Et Gen̄.ix. Verēda Noe nudata sunt cū vinū bibisset. Et Gene.xix. Filias Loth ebri⁹ corrupit. Hieron̄. Nō ethnei montes: nō vulcani ignes ita estuāt: vt iuueniles medulle vino ⁊ dapibꝫ inflāmate. Ideo dr ꝙ pnceps cocoꝝ tēplū dn̄i qḋ virgo est: ſm apl'm: succēdit. Tertiū est Odor odoramētoꝝ luxuriosoruz Signū eni est petulātie Esa.iij. hr̄e olfatoriola: et pferre rosas i manibꝫ ⁊ hmōi. Vn̄ puer.vij. Mulier vaga ⁊ garrula. int alia dr: ꝙ cubile aromatibꝫ aspsit: ⁊ pcipue his q̄ libidinē accendūt. Quart⁹ ē Audit⁹ turpiū.j.Cor.xv. Corrūpūt bonos mores colloq̄a pua Et ecōtra de purꝫ dr Can̄.j. Murenulas aureas faciem⁹ tibi: vermiculatas argēto. Hoc ē: ornamēta aurea dabim⁹: diuia ⁊ candida puritate virginali. Ps.xliiij. Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurē tuā ⁊c. Visus est Quītus. Qui eni viderit ml'ierem ad ꝯcupiscēdū eā iā mechat⁹ ē eā in corde suo. Sup.vj. Gen̄.etiā.iij. Ml'ier p̄mo conspexit illicitū (al's lignū) ꝙ eēt pulcrū ocul': aspectuq3 delectabile. Gen̄.xxxiiij. Dina rapta ē cū egressa esset ad videndū vt videret ⁊ videretur. Job.xxxj. Pepigi fedus cū oculis meis vt nō cogitarē quidē de virgine. Interiores aūt sunt Turpis Imaginatio. Turpium memoria pteritoꝝ. Sensualis motus turpiū. ⁊ Cogitatio turpis. ⁊ Cōcupiscētia Imago em̄ turpis p cordis oculis posita: corpus laxat ad illicitū. ⁊ mentis puritatē violat. Vn̄ dn̄s improperat Ezech.xvj. ꝙ mulier fornicaria fecerit sibi imagines masculinas magnaꝝ carniū Hier.ij. Sub omī ligno frondoso tu psternebarꝫ meretrix qḋ esse nō potuit nisi p imaginatōem. Turpium aūt memoria multū violat. Vn̄ Num̄.xj. Illi quibꝫ venerunt in memoriā pepones ⁊ allia ⁊ carnes volucrūt redire in egyptū. Et ideo intemerata ỽgo monet in Ps.xliiij. Obliuiscere ꝓplm tuū ⁊ domū pris tui. Sensusualis aūt motus est aniālis ⁊ brutus motus nō restrictus. Et ille vocat serpens q̄ corrupit Euā Gen̄.iij. scḋe Coꝝ.xj. Timeo ne sic serpens corrupit Euā. Ita corrūpāt sensus vri ⁊ excidāt a simplicitate q̄ ē in chr̄o Jesu. Sepe em̄ fit dū motus tentatōis nō restringit ꝙ igrauescēte tentatōe etiā mens ad ꝯsentiendū illicite delectatōi deducit. Cogitatio aūt est qn̄ talia in corde coagitant. ⁊ qualia sint ⁊ qualiter pficiant mēte curiosa pquirit. Et dū p̄mo ex curiositate talia rimātur: postea ingerēte se delectatiōe mens polluit ⁊ illicite delectat. Et iḋo dr apl's.j.Coꝝ.vj. Fugite fornicatōem. q2 pestis ista nō nisi fugiēdo vincit vt in toto a cogitatiōe mentis abijciat. Et ideo dr pbus Qḋ Sapientes passi sunt ad Helenā: hoc nos pati oportet ad delectatiōem venereā. Sapiētes aūt visa helena fugerūt ne illicito corrūperent amore Vltimū aūt Concupiscētia oīa viciat. Propter qḋ deo laudabilis ỽgo dr Tob.iij. Nūq3 cū ludētibꝫ me miscui nec cū his qui in leuitate ambulāt ꝑticipem me p̄bui. Nunquā cōcupiui virū. mundā seruaui animā meā ab omī ꝯcupiscentia. Vel Quinq3 sensus Interiores sunt quos ponūt phi. Sensus cōis q̄ sensata cōponit. Imaginatio q̄ imaginē absentis rei retinet ⁊ repsentat. Estimatio q̄ amicū ⁊ inimicū: ⁊ ꝯueniēs ⁊ incōueniēs sibi ex sensibilibꝫ elicit. Et Phantasia que elicita cōponit ⁊ diuidit. ⁊ Memoria q̄ sicut in thesauro omia reponit

Sed ⁊ adhuc Quinq3 sensus sūt Corpei q̄s diximus. Et Quinq3 Spūales q̄ ad malū exterī violāt. ⁊ ad bonū exterī ꝯseruāt mētis castitatē. Et Tactus qdē est expientia ꝯiunctionis in corde p delectatōem. Gustus aūt est dulcedis rei q̄ reducit ad cordis palatū. Odoratus aūt pceptio euaporationis boni vl' mali qḋ p cordis nares distribuit qn̄ cor meditādo illḋ q̄si diuidēdo distribuit. ⁊ q̄d vigoris itus habeat cognoscere q̄rit. Audit⁹ aūt spūal' est qn̄ ỽba ⁊ cātus ⁊ hmōi amati ad cor reuocant Visus āt in spēm amati qḋ ocul' cordis igerit. De tribꝫ āt sil' dr.j.Jo.j. Quid vidim⁹ qḋ audiuim⁹ qḋ man⁹ nr̄e ꝯtrectauerūt ḋ ỽbo vite h annūciam⁹ vob De Gustu.j.Pe.ij. Si tn̄ gustastꝫ qm̄ dulcꝫ ē dn̄s De Odore.ij.Cor.ij. Chr̄i bon⁹ odor sum⁹ deo in his q̄ peunt. ⁊ i his q̄ salui fiūt Can̄.j. Currem⁹ in odore vnguētoꝝ tuoꝝ. Sic q̄ Decē sr̄.ps.xxxij. In psalterio decē chordaꝝ psallā tibi. Lignū ei aridū psalteriū sup sonās ỽginitas est q̄ Esa.lvj. dr. Ecce ego lignū aridū. Decem aūt chorde decem sunt ca-

stitatem obseruãtia que diximus quãdo ad mor/tificatõem carnis extenduntur.

Que accipientes lampades suas exierunt obuiã sponso ⁊ sponse

B Hic tangit Profectũ Dupliciꝰ. Sub mõ vicz ɔueniētie. ⁊ Sub modo differētie. Sub mõ ɔue/nietie tangit Quattuoꝛ. Voluntariũ. s. integritatꝫ ꝓpositũ: Pulcritudis studiũ. & Cõmodo carnis recessum. ⁊ Ad receptõem sponsi ꝓcessuz. Volun/tariũ integritatis ꝓpositũ notatꝰ cum dicit [Que accipiẽtes] sponte ꝓpria. Non eni est necessitatꝫ sed libere volũtatis. j. Coꝛ.vij. De virginibꝫ prece/ptũ dñi nõ habeo: consiliũ autē do tanq̃ misericoꝛ/diam cõsecutus a dño vt sim fidelis. Et In eodē Nõ peccat mulier si nubat. Beatioꝛ autē erit si sic ꝑmanserit ꝫm meũ consiliũ. Matth.xix. Nõ oēs capiunt hoc verbũ. Pulcritudis studiũ notatꝰ cũ dicit [lãpades suas] Lãpas est lucerna lucida ꝑspicua lumis ɔtētiua. Et hoc est corꝑis integri/tas ꝑspicue mundicie. Sue autē dicuntꝰ: q2 ĩnate sunt oibus hmõi innocētis mũdicie. Job.xij. De/ridetꝰ iusti simplicitas. lampas ɔtēpta apud cogi/tatões diuitũ. Ecci.xxvj. Lucerna aurea sup can/delabrũ sanctũ species mľieris bone. et (al's in) or/namentum domꝰ sue: h̃ est: corꝑis sui. Ideo dicitꝰ Cañ.vj. Pulcra vt luna: electa vt sol. q̃ lumiaria mũdi sunt lãpades. Ideo lãpades erant in tēplo. j. Reg.iij. Zacha.iiij. & Cõmodo corꝑis recessus notatꝰ cũ dicitꝰ [exierũt] Zacha.ij. O o o fugite d̃ terra aqlonis. Apoca.xviij. Exite ab ea populus meꝰ. Esa.lij. Exite exite: pollutũ nolite tãgere. mũ/damini q̃ fertis vasa dñi [obuiã] christo [spon/so] Processus notatꝰ cũ subinfertꝰ [obuiã spon/so ⁊ spõse] Et hoc fit ꝑ occursum desiderij ⁊ de/uotõis in oratõne ⁊ ꝓfectu boni oꝑis. Amos.iiij. Preparare in occursum dei tui israel. Spõsus aũt est christus: de q̃ dicitꝰ in Ps̄.xviij. Ipe tanq̃ spõ/sus ꝓcedēs de thalamo suo. Spõsa aũt est eccl'ia Ephe.iiij. Viri diligite vxores vestras sicut ⁊ chri/stus dilexit ecclesiam. Vel meliꝰ. Spõsus est fili/us dei: ꝫm q̃ est verbũ pr̄is. ⁊ Sponsa est hũana natura que est in partu virginis matris. Joã.iij. Qui habet spõsam spõsus est. Sap.viij. Hãc a/maui ⁊ exq̃siui mihi eã spõsam accipe. ⁊ amatoꝛ fa/ctus sum formeipius.

Quinq; autē ex eis erant fatue: ⁊ quinq; prudentes.

Tangit hic Differentiã in merito Dupliciter. ꝫm habitũ Intellectꝰ. ⁊ ꝫm habitũ Affectꝰ. Scd3 habitũ q̃dem intellectꝰ: q2 [Quinq; ex eis erãt fatue] que destitute erãt habitu intellectꝰ. Fatui/tas eni est quãdo dissoluta lascivia fertꝰ q̃s ad sen/sibilia ꝑ animalitatē: quã intra metas mentꝫ spiri/tus rectoꝛ nõ ɔtinet. Et hec fatuitas dicitꝰ Incon/tinentia: quando vis illecebrose passionis: a regi/mine sapiētie abducit motus corꝑis. ⁊ efficitꝰ va/ga garrula: qetis impatiens. Prouer.vij. Cũ lu/dentibus se miscens: et cũ his qui in leuitate am/bulant participē se ꝓbens. Tobie.iij. Hanc eni v̄/ginem etiã vulgꝰ fatuã ɔsueuit appellare. Et ꝓbs in.vij. Et hi. d̃ q̃ luxuus etiã est incõtinēs. Et in Tertio Nomē incõtinentie ad puerilia pcc̃a infe/rimꝰ. Quinq; aũt sunt: ꝓpter q̃nq; sensus delecta/bilia: in q̃bꝫ fatuitates exercēt [Et q̃nq; prud.] ꝑ oppositũ. De quibꝫ dr̄ Ecci.xiiij. Btũs vir qui in sapia morabitꝰ ⁊ in iusticia meditabitꝰ: Et in sensu cogitabit circũspectionē dei. Iste enim prudentes dicuntꝰ: q2 sensus reducũt ad iusticie meditationē: cũ prudēter circũspiciunt in q̃bꝫ sensus suos occu/pare debeant: ⁊ iusticiam reducũt ad morandũ in sapia: cũ sapientie oꝛdinē ⁊ metas in nullo excedũt

Vel Quinq; sunt: ꝓpter quinq; que vigorē per/petue integritatꝫ conseruant: Dum meditantꝰ diui/nam incorruptionē sue integritatis causam. Dum sinceritatis angelice seruant imaginē Dum pleni/tudis v̄ginalis chr̄i cõcupiũt decorē. Dũ exemplo v̄ginis mr̄is ab om̄i inq̃namēto liberã seruãt san/ctitatē. Dũ ducibꝫ v̄ginibꝫ sacris ĩcoinq̃nati certa/minis q̃d hñt ɔtra carnalia euincũt mercedē Dei/tatis igitꝰ integritatē hñt cãm. Vñ Aug. d̃ q̃ Vir/ginitas ē in carne corruptibili incorruptiõis ꝑpe/tue meditatio. Heb.viij. Vade oĩa facito ꝫz exem/plar q̃d tibi in monte mõstratũ est. Jõ Leui.vi. d̃. Sancti estote: q̃m ego sctũs sum. h̃ est mũdus. j. Coꝛ.vij. Mulier inupta ⁊ v̄go cogitat q̃ dñi sũt: vt sit sctã corꝑe ⁊ spũ. Imaginis etiã angelice vir/ginitas est emulatrix. Et h̃ fit dũ adeo indesinen/ter vultui dei assistit: q̃ etiã ministrans circa thoꝛ/maritalē: cõnubia disponēs ⁊ tractãs: nõ inq̃natꝰ. Sicut Raphael angelꝰ. To.vij. ⁊.viij. Mat.xxij. ⁊ Lu.xx. Neq; in resurrectiõe nubēt neq; nubentꝰ: sed sꝰ sicut angeli dei in celo. Sap.ix. Propꝰ suaz mundiciã nihil inq̃natũ incurrit ĩ illã. Et hec mun/dicia multũ necessaria est p̄latis qui oꝛdinare de/bent actus carnaliũ vt non polluantꝰ ex ipsis. Et h̃ ꝓpꝫe vocatꝰ celibatꝰ. Est enim delibatio mũdicie celestis. Plenitudis aũt chr̄i cõcupiunt decorem: q̃ñ verbuz ita quiescit in cordibꝫ eaꝝ (al's eoꝝ) q̃d carni mixtũ habitat in eis: effundēs id quo vnige/nitũ prefulget a pr̄e plenũ gr̄e ⁊ v̄itatis. Jo.j. Ita q̃ dicatꝰ de ipsis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ cassia spirant a vestimentis tuis a domibus eburneis castis: ex quibꝫ delectauerũt te diuites filie regũ nobiles in honoꝛe tuo. Et illd̃ Prouer.vl. Multe filie cõgre/gauerũt diuitias: tu sola supgressa es vniuersas. Exēplo autē v̄ginis mr̄is ab oĩ inq̃namēto liberã seruãt sctitatē: dũ totũ corpꝰ spũi mãcipant ⁊ spm̄ spũiscto subijciũt. Sic ei venit in eas spũsanctꝰ: ⁊ virtus altissimi filij dei cõceptũ format in ipsis. Lu.j. Esa.xxvj. A facie tua concepimꝰ ⁊ quasi par/turiuimꝰ ⁊ peperimus spm̄ salutꝫ. Ecci.xxiiij. In/ebriabo partꝰ mei fructũ. Ducibꝫ aũt v̄ginibꝫ sa/cris: incoinq̃nati certamis p̄miũ vincãt. Sap.iiij. Et in ꝑpetuũ coronate triũphēt aduersus carnē ⁊ sanguinē resistētes. j. Coꝛ.vij Mľier inupta ⁊ v̄go cogitat q̃ dñi sꝰ: vt sit sctã corꝑe ⁊ spũ. Hec ei ē illa de q̃ dr̄ Geñ.xxiiij. Virgo pulcerrima ⁊ incognita viro. ps.xliiij. Adducentꝰ regi v̄gies post eã: p̄xime eiꝰ. Ecõtra Fatue sꝰ q̃ diaboli hñt integritatē in corpoꝛe inferni. semper plene sunt igne ⁊ fetoꝛe ap/parentiã exterius antichristi: spurcicias immun/das mũdi. ⁊ ad oēm virũ capiuntꝰ: que nũc ĩ nul/

lo nisi in exterioꝛi oꝑe tentatiõi libidinis resistētes De q̃bꝫ dicitꝰ Esa.iij. q̃ eleuate sunt filie sion: ⁊ nuti/bus oculoꝝ ibãt: ⁊ cõposito gradu incedebãt. ⁊ iõ decaluabit dñs v̄ticē filiaꝝ sion. ⁊ dñs crinē caꝝ nudabit. Threñ.j. Virgines eius squalide: et ipsa oppssa amaritudine. Eccl'i.xlij. Sup filiã luxuri/osam ɔstitue custodiã. Fatuitas eni est v̄ginis: ge/stũ accipe meretricis. ⁊ habitũ ɔ̄ moꝛē sanctaꝝ vir/ginũ. spurcicias coꝛdis ɔ̄ sanctitatē gloꝛiose virgi/nis. nihil habere gratie saporis ɔtra gr̄e plenitu/dinē q̃ est in chr̄o. ardere igne infernali libidinis ɔ̄ integritatē ⁊ sinceritatē angelicã: et sola ⁊ sterili in/tegritate corꝑis esse ɔtentã ɔtra fecundã incorru/ptõem diuinã. Hec eni sicut dicit Amb. virgo cor/poꝛe: omni deuirginatꝰ gestu: sensu ⁊ cogitatõe. lu/panar diaboli existens

Sed quinq; fatue acceptis lãpa/dibus nõ sumpserũt oleũ secum: Prudentes v̄o acceperũt oleũ in vasis suis cũ lampadibus

C Describit hic differētiã harũ virginũ in affectu intellectũ sequente [Acceptis lãpadibꝰ] inte/gritatis fidei ⁊ corꝑis. Iste in sinistris manibꝫ ha/bebant lãpades. Judi.vij. Sinistris manibꝫ tene/bãt lãpades. q2 totũ ad inanē gľiam referebãt in/terius cũ diabolo luxuriãtes. ij. Pe.ij. Pellicien/tes aĩas instabiles [nõ sumpserũt oleũ] Pie/tatis: in affectu gloꝛie. In testimonio ɔscientie. Il/lustratiõis in intētione. Charitatis ĩ amplexu dei. Misericoꝛdie in cõpassiõe ꝓximi. Pietas eni vngit Testimoniũ ɔsciētie exhilarat. Recta intentio to/tam vitã illuminat. Charitas impinguat. ⁊ Mi/sericoꝛdia supenatat. Que q̃nq; habet olei natura Hoc oleũ nõ sumpserũt [secũ] q2 hec ꝑ laudē q̃si/uerũt in alio ⁊ nõ in seipis. Ecci.xx. Gratie fatuo/rum effundentꝰ. Osee.xij. Oleũ in egypto ferebat. [Prudentes vero] dicte prudētes: q2 sibi ꝓui/dentes [acceperũt oleũ] vnctõem spũs. Esa.lxj. Eo q̃ vnxerit me dñs. Psal.xliiij. Vnxit te deꝰ o/leo leticie p̄ ⁊c. Hilaritatē coꝛdis in deuotõe. Ps̄ ciij. Vt exhilaret faciē in oleo. Fomentũ lucis ĩ bo/ni exempli ostensione. Zacharie.iiij. Isti sunt filij olei splendoꝛis qui assistunt dominatoꝛi vniuer/se terre. Pinguedinē deuotõnis. Judicũ.ix. dicit oliua. Non possum deserere pinguedinē meã qua vtuntur dij ⁊ homines. ⁊ ire per vanam gloꝛiã: vt inter ligna irratõnabilia ꝓmouear in laude homi/nũ. Vbertatē gratie. Hiere.xj. Oliuam vberē: pul/cram: fructiferã: speciosam vocauit dominꝰ nomē tuũ. Hoc oleum sumpserũt [secũ] Gal.vj. Pro/bet semetip̄m homo. ⁊ sic in semetipo tm̄ gloꝛiã ha/bebit et non in altero [in vasis suis] hoc est: coꝛ/dibus. Unde.iiij. Reg.iiij. Vxoꝛi ꝓphete filij vasa offerebãt: ⁊ illa infundebat. ij. Coꝛ.iiij. Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibꝫ: vt sublimitas non sit ex nobis. [cũ lampadibus] fidei integritate quo ad credenda: ⁊ corꝑis mundicia quo ad casti/tatem. Hec igitur quinq; dicũtꝰ [sumpserunt] em̄ ꝑ meritoꝝ ɔseruatiõem [oleũ] ꝑ pietatis affe/ctionē [secũ] ꝑ ꝓpriã edificatõem [in vasis suis] ꝑ coꝛdiũ custodiam [cum lampadibꝫ] ꝑ exteri/oꝛem mundiciã que om̄ia deficiunt fatuis. ꝓter vl/timũ q̃d vanũ est sine alijs Prouer.xxj. Thesau/rus desiderabilis ⁊ oleũ in habitaculo iusti ⁊ im/prudens dissipabit illud.

Moꝛã aũt faciente sponso doꝛmi/tauerũt om̄es ⁊ doꝛmierũt.

Hic tangitꝰ Cõfoꝛmitas istaꝝ virginũ in ꝑseue/rãdo. Et dicuntꝰ Duo Sc3 Dilatio iudicij ⁊ Sur/repens doꝛmitatio ex dilatione iudicij causata De Primo dicit [Moꝛam autem faciente spon/so] hoc est: differente iudiciũ. Supra.xxiiij. Mo/ram fecit dñs meus venire. Et obijcitꝰ ɔtra hoc Jac.vltꝰ. Ecce iudex ante ianuã assistit Apoc.xxij. Ecce venio velociter Esa.xlvj. Prope feci iusticiaz meam non elongabitꝰ. ⁊ salus mea non moꝛabitur Esa.xiij. Prope est vt veniat tempus eius ⁊ dies eius non elongabũtꝰ Responsio Respectu eter/nitatis ꝓpe est. Sz respectu desiderij sanctoꝝ ⁊ Ir/risionis peccatoꝝ longe est De Desiderio sanctoꝝ Apoc.vj. Usq; quo dñe sanctus ⁊ verus nõ iudi/cas ⁊ non vindicas sanguinem nostrũ ab his qui sunt in terra Ps̄.xij. Usq; quo dñe obliuiscerꝫ me in finem. De Irrisione peccatoꝝ qui nõ credunt vē/turum. eo q̃ ita diu differtꝰ: dicentes illud. ij. Pet. iij. Ex quo doꝛmiũt patres om̄ia sic ꝑseuerãt Esa. xxviij. Irriserunt ꝓphetas mandata dñi nũciantes ⁊ dixerunt: manda remanda: manda remanda: ex/pecta reexpecta: expecta reexpecta: modicũ ibi ⁊ mo/dicũ ibi. Contra quod dicitꝰ Abachuch.ij. Si mo/ram fecerit expecta eum. quia veniens veniet ⁊ nõ tardabit. Sponsus autez est chr̄s Ps̄.xviij. Ip̄e tanq̃ sponsus procēdēs de thalamo suo. Et q̃ua ratione sit sponsus supra dictuz est. Sequitꝰ [doꝛ/mitauerunt om̄es] Dupliciter exponit. Doꝛ/mitare ei est languoꝛe destitui. ⁊ Doꝛmire: coꝛpa/liter moꝛi Joã.xj. Lazarus amicus noster doꝛmit Somnus em̄ est moꝛs eo q̃ moꝛtui sunt suscitan/di sicut doꝛmientes Dañ.xij. Multi de his q̃ doꝛ/miũt in terre puluere ⁊c. ps̄.cxxvj. Cũ dederit dile/ctis suis somnũ. Alio modo ꝫm Chryꝰ. [doꝛmi/tauerunt omnes] ꝑ expectationis tedio Psal. cxviij. Doꝛmitauit anima mea pre tedio confirma me ⁊c. [⁊ doꝛmierunt] somno ignauie ⁊ toꝛpo/ris a bono opere Prouer.vj. Usq; quo piger doꝛ/mis. paululũ doꝛmies. paululum doꝛmitabis. j. Coꝝ.xv. Euigilate iusti. Ignoꝛantiã em̄ dei quidã hñt vsq; nunc Osee.vij. Tota nocte doꝛmiuit co/quens eos.

Media aũt nocte clamoꝛ factꝰ est

Hic tãgitꝰ ꝑoccupãs eos ĩ somno iudiciũ. Et tã/guntꝰ Tria Sc3 Citatio Preparatio adueniēdũ. ⁊ D Introitꝰ. Citatio ē eq̃lis fatuaꝝ ⁊ prudētiũ. Pre/paratio ꝑtĩ eq̃lis ⁊ ꝑtĩ differēs. Introitꝰ ex toto ine/q̃lis ⁊ differēs. De Citatõe d̃ Tria eē circa iudiciũ Sc3 Ꝙ iprouisum. Ꝙ aptũ: Ꝙ ꝑemptoꝛie cita/toꝛiũ. Ꝙ iprouisũ q2 [m. ãt no.] h̃ ē: medijs tene/bris ignoꝛantie Sap.xviij. Dum quietum silenti/um tenerent omnia. et nox in suo cursu medium iter haberet om̄ipotens sermo tuus domine venit

Supra aūt dictū est ꝙ nō ꝑ q̄litate tp̄is: sed pro obscuritate improuisiōis hore iudicij dicitˀ istud: q̄r.j.Thes.v. Dies dn̄i sicut fur ita ī nocte veniet. Sap.xvij. Nulla vis ignis: nec siderꝝ lympide flāme poterāt illuminare noctē illā horrēdā. Hiero. dicit: ꝙ traditio hebreoꝝ est ꝙ media nocte futura sit iudicij dies: qñ Exo.xij. pasca celebratum ē. eo ꝙ essent ab exterminatore angelo liberati: q̄ media nocte trāsiuit ꝑ domos egyptioꝝ. Un̄ dicit se opinari ꝙ traditio apl'ica fuerit: ꝙ ī vigilia pasce popul9 a laudib9 diuinis ante mediū noctꝫ dimittēdus nō fuerit: vt hora q̄ liberati sunt ab extmīatore ꝑ chr̄i resurrectōnem dimitterentˀ: tūc securi pasca celebraturi. ps.cxviij. Media nocte surgebam ad ↄfitendū tibi [clamor fact9 est] Fragorꝫ mūdi: ꝛ Uocatōis angelice. ꝛ Uocis chr̄i. De qb9 sup dictū est Esa.vj. Cōmota sunt superliminaria dom9 a voce clamātium. Joānis.v. Mortui audiēt vocem filij dei.

Ecce spōsus venit: exite obuiā ei.

In ista ꝑemptoria citatiōe Duo dicit. Scꝫ. Aduentū spōsi. ꝛ Citatōem. Aduētus spōsi exp̄mitˀ cū dicit [Ecce spōsus venit] Dan̄.vij. Fili9 hominis venit: ꝛ vsq̄ ad antiquū dierꝫ ꝑuenit. ꝛ ī conspectu ei9 obtulerūt eū. [exite obuiā ei] Amos iiij. Prepa te (al's pparc) in occursum dei tui isrl'. Iste autē exitus est vocatio obuiā christo in aera. Sicut dr̄.j. Thes.iiij. Simul rapiemur cū illis obuiā chr̄o in aera. ꝛ sic semꝑ cū dn̄o erimus

Tūc surrexerūt omnes virgīes ille: ꝛ ornauerūt lāpades suas.

Ecce Ad Ueniēdū pparatio. In qua in aliquo sunt sil'es. ꝛ in aliq̊ dissil'es. Dicit aūt Tria. Et in p̄mis duob9 sunt sil'es. ꝛ ī tertio dissil'es. Primuꝫ est Cōmūis resurrectio. Scōm est Comūis ↄscientiaꝝ ad defendēdū se pparatio. Tertiū ē Differēs ↄscientiaꝝ excusatio. De Prio dic. [Tūc surrexerūt oēs] ad auditū vocis et clamoris. Joā.v. Uenit hora qñ mortui audiēt vocē filij dei. ꝛ q̄ audierint viuēt.j.Coř.xv. Canet eni tuba ꝛ mortui resurgēt incorrupti. [virgines] ī integritate fidei: ꝛ castitatis corꝑalis (q̄ sunt cōmūia bonis ꝛ malis) Quia sicut dicitˀ Jaco.ij. Demones credūt et ↄtremiscūt. [ꝛ ornauerūt] hoc est: ornamēta ꝟtutū ꝑut potuerūt q̄siuerūt. Judith.x. Dīs ista cōpositio nō ex libidīe: sꝫ ex ꝟtute pēdebat. Et iste ornat9 est in cōscientie pulcra defensiōe a culpe obiectōe. Rho.ij. Inter se cogitationū accusantiū aut etiā defendentiū. in die q̄ iudicabit de9 occulta hominū ſm euangeliū meū. Propter istū ornatū dicit Apl's.j.Coř.iiij. ꝙ illuminabit abscōdita tenebrarū: ꝛ manifestabit ↄsilia cordiū: tunc laus erit vnicuiq̄ a deo. Quicq̄d enim pulcri ornatus in conscientijs tam bonoꝝ q̄ꝫ maloꝝ: cōmendabitˀ a lumine iudicis [lāpades suas] hoc est: cōsciētias vel corda sua. Ideo eni dicitˀ. Paraui lucernā christo meo Lu.xv. Accendit lucernā ꝛ euertit domū. ꝛ querit diligēter donec inueniat. Lampades eni parare est corda lumini iudicis accendenda ꝛ illuminanda exhibere: vt in eis apparere liceat (al's apte luceat) omne quod gesserunt. Euertere autem ꝛ querere diligēter: est sollicite voluere quid dignuꝫ lumini iudicis in corde inueniatur.

Fatue autē sapientib9 dixerūt: Date nobis de oleo vestro q̄r lampades nostre extinguuntur

Ecce Tertiū In q̊ est differētia. Tanguntˀ autē Duo. Primū est Deceptio fiducie fatuaꝝ. Scōm est Prudētiū hūilitas ꝛ ꝟitas. In Deceptōne fatuarū Tria notantˀ. Scꝫ. Fiducie vane deceptio. Cōicationis bonoꝝ alienoꝝ portio (al's petitio) ꝛ Impfectiōis ꝓprie ↄfessio Dicit ḡ [Fatue aūt] videtes se fiduciā nō hr̄e in exteriori mūdicia: ꝛ solius fidei itegritate [sapientib9 dixe.] Sil'e q̄d est. Sap.v. Hi sūt quos aliqñ habuim9 in derisū ꝛc. Et sequitˀ. Ecce qūo cōputati sūt inter filios dei: ꝛ inter sctōs sors illoꝝ est [Date no. de oleo v.] Ecce Petitio cōicatōnis alieni boni. Sensus eñ est. Cōicate nob de bonis: in q̄bus ↄsciē vr̄e abundant: tarde cōmemorātes illud apl'i.ij.Coꝝ.viij. Ut equalitas fiat: vr̄a abūdātia nr̄e inopie sit supplementū. Psal.lxxv. Dormierūt somnū suū: ꝛ nihil inuenerūt omēs viri diuitiarū in manib9 suis. Uiri eñ diuitiarū sunt illi q̄ in impfectis ꝛ informib9 bonis exterioꝝ mundicie se putant sufficere. Job.xxvij. Diues cū dormierit nihil secū auferet: ꝛ apiet oculos suos ꝛ nihil inueniet. Prouerb.xx. Mendicabit estate ꝛ non dabitˀ ei [q̄r lāpa. nost. extin.] Ecce Cōfessio insufficiētie. Lāpades enim extingui: est ↄsciētias ab interni boni lūie destitui. Job.xxj. Quotiēs lucerna ip̄ioꝝ extinguetˀ supuenient eis inundatōes ꝛ dolores. Eꝫ de forti muliere dr̄ Prouer.vl. Nō extiguetˀ in nocte lucerna e9. Jo.v. Ille erat lucerna ardēs ꝛ lucens. Sed illis accidit sic Heli.j.Reg.iij. ꝙ nō vidit lucernam dei anteq̄ꝫ extingueretˀ. Nō ei primo ꝓuiderūt thesauros olei in vasis: nec ↄsiderauerunt lāpades añq̄ꝫ corā iudice extinctas cōspexerūt. Dicūt aūt [extinguuntˀ] ꝛ nō extincte sūt: Ut notetˀ ꝙ bonuꝫ informe ante aduentū iudicꝫ: in ocul' eaꝝ fulsit multū: vñ laudes (al's lāpades) quesiuerūt. Sed lumine iudicis discutiēte: q̄d ad laudē hoīs factū fuerat: extingui cepit ꝛ offuscari. Dañ.v. Inuent9 est min9 hn̄s. Apo.iij. Dicis q̄r diues sū ꝛ nulli9 egeo: ꝛ nescꝫ q̄r miser es ꝛ miserabil' ꝛ pauꝑ ꝛ nud9 ꝛ cec9

Rñderūt prudētes dicētes: Ne forte nō sufficiat nobis ꝛ vobis: ite potius ad vendentes ꝛ emite vobis.

Ista Prudentū rñsio ē Prope hūilitatꝫ ↄñsio. ꝛ Pcc̄i fatuarū oblīq̄ fctā exprobratio Et ideo dr̄ [Rñderūt pru.] ex prudentia sua ꝓuidētes [dicentes] Sil'e q̄d. Job.v. Uoca ḡ si est q̄ tibi rñdeat ꝛ ad aliquē sctōꝝ cōuertere [ne forte ñ suf. nobis et vo.] Nō est diffidētie vel auaricie rñsio. Heb.vl. Sint mores sine auaricia ↄtenti p̄sentib9 Ip̄e eni dic: nō te deserā neq̄ꝫ derelinquā. Sꝫ hūilitatꝫ est ꝛ ꝟitatꝫ. Hūilitatē eñ notāt dicētes [Ne forte non sufficiat nobis. iiij. Reg.iiij. Uiuat aīa tua: quia nō habeo ego ancilla tua nisi modicum olei in lechito q̄ vngar. Ueritatis autē est q̄d dicūt [nō sufficiat nobis ꝛ vobis] Nulli ei suffragantˀ aliena: q̄ cū alienis nō habet ꝓpria. q̄r sic in sequētibus eiusdē capituli dicitˀ. Omi habenti dabitˀ ꝛ abūdabit. ei aūt q̄ nō hꝫ: etiaꝫ id q̄d videtˀ hr̄e auferetˀ ab eo. Un̄ dr̄ Hiere. viij.xj.xiiij. Noli orare ꝑ populo isto: q̄r nō exaudiam te. Rho.xiiij. Unusq̄sq̄ꝫ ꝑ se ratōnem reddet deo [Ite potius ad vēdentes] Nō est ↄsiliū: sꝫ oblique rephendūt vitā p̄teritā. Oleū eñ est laus hūani fauoris demulcens: q̄d omnib9 bonis suis semꝑ emere a vēdente mūdo ↄsueuerūt. Eccl'is.vij. Meli9 est a sapiēte corripi: q̄ꝫ stultoꝝ adulatiōe decipi. ps.cxl. Corripiet me iust9 ī miscd'ia: ꝛ increpabit me. Oleum autē pctōris nō impinguet caput meū. Esa.iij. Popule me9 q̄ te beatū dicūt: ipi te decipiūt. ꝛ viā gressuum tuorū dissipant.

Dū autē irent emere: venit sponsus: et que parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: ꝛ clausa ē ianua.

Hic tangitˀ in toto differēs introit9. Et tangūtˀ Tria. Occupatio fatuaꝝ cū spōso veniēte. Introitus prudentiū. ꝛ Perpetua exclusio fatuaꝝ. Occupatio fatuaꝝ tāgitˀ cū dicitˀ [Dū irēt emere] Ire autē est conatu cordis adhuc laudes hūanas q̄rere. q̄r In qua volūtate peccati quis moritˀ: in ea semꝑ ꝑmanebit. Un̄ Sup.vij. Discedite a me operarij iniq̄tatis. Eze.xxxij. Descenderūt in infernū cū armis suis: et iniquitates coꝝ in ossib9 eorū. Eccl'i.xxvij. Inter mediū venditōis ꝛ emptiōis angustiabitˀ peccatuꝫ [venit sponsus] Tangitˀ Prudētiū introit9. Et dicuntˀ Tria. Sponsi aduentus. Prudentiū introit9. ꝛ Ostij ↄclusio. Dicit igitˀ Ex illis adhuc in venatōne (al's emptōne) laudis occupatis [venit sponsus] illuminans abscōdita tenebraꝝ: ꝛ ostendēs illas adhuc hominibus velle placere. ꝛ ideo christi ancillas nō esse. Gal'.j. Eze.xliij. Terra resplēduit a gloria eius [et que parate erāt] soli deo placere desiderātes. ꝛ in oleo leticie abūdantes. ꝛ lucernas ardentes ꝑ charitatis lucē in manibus habētes. Cāticoꝝ vltˀ. Lāpades eius lampades ignis atq̄ꝫ flāmaꝝ. Lu.xij. Similes hoib9 expectātib9 dñm suū: nō vagātib9 ad q̄rendos fauores hominū [intrauerūt cū eo] Infra codē. Intra ī gau. dn̄i tui. Esa.xxvj Apite portas: ingrediatˀ gēs iusta custodiēs ꝟitatē [ad nuptias] ↄiūctōis dei cū spū hoīs. Apoč.xix. Uenerūt nuptie agni: ꝛ vxor ei9 p̄pauit se [et clausa ē ianua] repagulo iniq̄tatꝫ fatuaꝝ. Lu.xj. Ostiū meū clausū ē: ꝛ pueri mei mecū sūt in cubili. Eze.xliiij. Porta hec clausa ē: ꝛ nō apietˀ. Apocal'.iij. Aperit ꝛ nēo claudit: claudit ꝛ nemo apit. Janua enim regni q̄ modo penitētib9 apitur: tūc etiā lugētib9 claudit.

Nouissime vero veniūt et relique virgines: dicētes. Dñe dn̄e aperi nobis. At ille respondēs ait: Amē dico vobis: nescio vos

Hic tangitˀ Perpetua fatuaꝝ exclusio ī Trib9 In tp̄e aduētus sui. In postulatiōe. ꝛ In exclusiōne. De Primo dr̄ [Nouissime ꝟo veniūt] qñ serus est aduētus: tunc veniunt ꝑ desideriū salutꝫ cū adhuc vigeat in eis affectus iniq̄tatꝫ Eccl.v. Ne tardes ↄuerti ad dñm. ꝛ ne differas de die in dieꝫ. Subito eñ venit ira illius. ꝛ in tp̄e vindicte dispꝫdet te Esa.xxxviij. Uiuēs viuens ↄfitebitˀ tibi [dicentes. Dñe api nobis] Ecce Uana de dei misericordia p̄sumptio. Egregia quidē ↄfessio in nomine: Dñi: ꝛ hoc ip̄m nomē dn̄i repetitū: magne fidei est indiciū. Sed q̄r tertio dñm ꝑ opus nō ↄfitētur excluduntˀ. Sil'e supra.vij. Dñe dn̄e: nonne in noīe tuo ꝓphetauim9: demōia eiecim9 ꝛ ꝟtutes mlt'tas fecim9 Tit.j. Cōfitētˀ se nosse deū. factꝫ aūt abnegāt Esa.xxix. Mat.xv. Ppl's hic labijs mē honorat. Iste ꝟgīes fatue sūt sic scribe ꝛ pharizei hypocrite extra ꝛ nō int9 pulcre. Sup.vj. Nisi abundauerit iusticia vr̄a plus q̄ꝫ scribaꝝ ꝛ phariseoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ [aperi nobis] Desiderium eñ habēt salutis: q̄ꝫuis adhuc pseueret in eis emptio vane laudis. Sed q̄r sponso rogātī cordis ianuam nō apuerunt: ideo rogatus ianuā regni non apit Esa.j. Cū multiplicaueritis oratiōnē nō exaudiam Threñ.iij. Cuꝫ clamauero ꝛ rogauero auertit faciem suā. Et hoc est ꝙ sequitˀ [At ille respōdens ait] obfirmante iusticia ianuā [Amen dico vobis nescio vos] .j.Tim.ij. Nouit dn̄s qui sunt eius Supra.vij. Confitebor eis. quia nunq̄ꝫ noui vos.

Uigilate itaq̄ꝫ q̄r nescitis dieꝫ neq̄ꝫ horam.

Cōclusio est intēta ex oīb9 p̄inductꝫ. Infra.xxvj. Uigilate ꝛ orate ne intrētis in tentatiōem. Et subdit causam vigilātie [quia nescitis diem] hoc est tp̄is qualitatē. Utruꝫ in die vel in nocte [neq̄ꝫ ho.] q̄ ad q̄ntitatis tp̄is determiatōꝫ Apoč.iij. Ecce venio sicut fur.j.Thes.v. Cum dixerint pax ꝛ securitas tunc repentinus sup ueniet eis interitus tāq̄ꝫ dolor ꝑturientꝫ ꝛ nō effugient.

Sicut eñ homo ꝑegre ꝓficiscens vocauit seruos suos.

Hic inducitˀ Tertia ꝛ vltima ꝑabola Que est ad ammonitionē actiuoꝝ qui talenta dn̄i receperunt Et habet partes Tres Scꝫ Bonoꝝ cōmissionē. ꝛ Ex cōmissis negociationē. ꝛ Ex cōmissis ꝛ lucratis dn̄i cū eis positā rōnem. Et hec patent in lr̄a plane In Commissione Tria sunt. Prouidentia cōmittentis. Debitū eius cui cōmittitˀ. ꝛ Utilitas ↄmissi Prouidētia eñ est ꝙ sua dn̄s interim duꝫ abesset multiplicari voluit. Et ideo Tria dicit. Hoīem vocat a rōne ꝓuidentie. Peregre ꝓficiscētē rōe absentie. Uocantē seruos rōne beniuolētie. Dicit ergo [Sicut homo] ꝓuidens ex rōne. sup.v. Judex tradet te tortori. Et seq̄tˀ. Nō exibis inde donec reddas vsq̄ ad nouissimū q̄drātē. Sup.xviij. Sil'e ē regnū celoꝝ hoī q̄ voluit rōem ponere cū ſuis suis [ꝑegre ꝓficiscēs] h̄ est: chr̄s ī celū ascēdēs. q̄r Loc9 carnis t̄ra ē q̄ ad ꝑegria ꝓficiscitˀ cū i celestib9 se collocatˀ. Un̄ licꝫ ſm ꝙ deus vbiq̄ꝫ sit: tū ſm ꝙ

homo mutat locū. Unū Geñ.xx. Abraam pfectus est ad australē plagā: et pegrinat⁹ est i Geraris q̄ visio incolat⁹ interpraṫ [vocauit ser. suos] per beniuolentiā triplici vocatōe [Multos] q̄drupli ci. Quosdā z in oibꝫ ondit beniuolētiā. Per creatione eni vocat oēs. Rho.iiij. Vocat ea q̄ nō sūt tā q̄ ea q̄ sunt zc. Esa.xlj. Vocās generatiōes a pncipio p segregatōem a massa pditōis. z sic vocat p p̄mā grām Rhom.viij. Quos p̄sciuit ɔformes fieri imaginis filij sui. hos z vocauit. z sic vocat sctōs. Vocat etiā ad familiaritatez discipulat⁹ Joan.j. Venite z videte. venerūt z māserūt cū eo duobꝫ diebus. Ps.xxxiij. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. Sup.xj. Venite ad me oēs q̄ laboratis zc. Ecci.xliiij. Trāsite ad me oēs q̄ ɔcupiscitis me. Paucos aūt vocat ad misteriū z negocium cure aiaꝝ: sic seruos: de qbꝫ hic loquiṫ. Sup.iiij. Venite post me faciā vos fieri piscatores hoim.

Et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quiqꝫ talenta: alij aūt duo. alij vo vnū vnicuiqꝫ scdꝫ ppriaꝫ virtutē: z pfectus est statim

Ecce Cōmissio: In q̄ notanṫ Quattuor. Largitas vicꝫ cōmittētis. Distributio sapiētis tā ad numeꝝ q̄ ad pond⁹. z Proportio facultatꝭ z virtutis accipiētis ad acceptū. z Relictū cōmissi ad liberū vsum. Et hec p ordinē patebūt in lrā. Largitas est in h q dicit [Tradidit illis bona] Jacobi.j. Dat omībꝫ affluenter z nō improperat. Et Ibidē. Omne datū optimū z oē donū pfectum desursū est descēdēs a pre luminū. Deinde Scdo tāgit Distributiōez sm numeꝝ z pond⁹: sm ordinē sue sapie. Nūer⁹ eni notaṫ in h q vni dedit qnqꝫ talēta: alij duo: z alij vnū. Pond⁹ aūt in h q talenta dedit. z Mēsura notaṫ in h q vnicuiqꝫ sm ppriā virtutē dedit. Sap.xj. Oīa i numero z pondere z mēsura disposuisti. Sunt autē Quinqꝫ genera bonoꝝ que exercenṫ in eccl'ia ad meritum. Quoꝝ Primū est Innatū: Qd ē Bonū nature: sicut Intellect⁹. z Ratio z Ingeniū z hmōi. Quorū habilitas est ad grām. Et de hoc bono Gene.j. Vidit deus cuncta que fecerat: z erant valde bona. Scdm est bonū grē. d quo Sup.vij. Si vos cū sitis mali nostis bona dare filijs vris. q̄to magis pater vester celestis dabit bona petentibus se. Et hec duo necessaria sunt cuilibet ad meritum. Sūt alia duo que necessaria sunt ad regimen animarū cōmissum. Scꝫ Bonū sciētie ad docenduꝫ Sap.viij. Proposui sapientiā ducere ad ɔuiuādū. sciens qm mecū cōicabit d bonis suis. z erit allocutio cogitatōis z tedij mei. Aliud est Bonū ordinarie vel vicarie vel cōmisse ptātis. Neemie.ix. Reges nri in regnis suis bonis: z in bonitate tua multa quā dedisti eis: noluerṫ seruire tibi. Adhuc est Unum bonū quod instrumentaliṫ se habꝫ ad meritū. z datum est in sustentationē. Et hoc ē bonum opulentie. Esaie.j. Si volueritis z audieritis me bona terre comedetis. Luce.xij. Anima habes multa bona reposita i annos plurimos. Hec igitur omnia Quinqꝫ danṫ platis. Duo autē Nature scꝫ z Gratie omnibꝫ bonis. Unū aūt qd est nature daṫ omnibꝫ. Sed tunc queriṫ Quare non danṫ tria z quare nō quattuor. Responsio q cū (al's in) naturali bono z grē bono cōiuncta sciētia inutilis est: qz non habet in quē expendat. Cōiuncta etiā ptās cum eisdem sine scia est inutilis: quia nesciet vti. Cōiuncta aūt opulentia etiā inutilis: qz opulētia daṫ propṫ familiā cōmissam. Necessitas aūt propṫ personā que non sonat opulentiā. Tria igiṫ ad edificationē nō sṫ cōiungibilia. Quattuor etiā quocunqꝫ modo nō sunt cōiungibilia: qz semper hec duo cōiuncta esse oportet: que sunt nature z grē: z cū his cōiuncta sciētia z ptās non feliciter proderūt sine opibꝫ: cū multitudo teneri nō possit sine tēporali subsidio. Unū cū dñs Joan.vj. pauit multitudinē. z Sup.xv. Jo.xxj. petro dixit ter pasce pter verbū z exemplū z tpale subsidiū. Patet igitur q quattuor nō pficiūt ad felicē gubernationem. Hec quinqꝫ danṫ ad pond⁹. Et ideo dicūtur talenta: eo q vnicuiqꝫ ad pond⁹ vire sunt reddēda. Unde.j. Paral'.vl. dr q principes dederūt in op⁹ dñi talenta aurei argentei: z eris z ferri. Et talentū plumbi fertur. Zach.v. per aurū bonū grē. Et ideo Apo.xx. dr q ciuitas est aurū mundū. In argento bonū sciētie sacre scpture Psal.xj. Eloquia dñi eloquia casta argentū igne examinatū. In talentꝭ ferri bonū potestatꝭ qd domat alia. In talentis eris intelligiṫ bonū Nature: qz es cōuertibile ē ad alia sicut bonū nature aptabile alijs. In talento plūbi quod vilissimū est z grauissimū: intelligiṫ bonum opulentie. Sancti tñ exponunt q Quinqꝫ talēta: sunt vsus rōnis bonus in q̄nqꝫ sensibꝫ corporis Duo aūt sensus sṫ Intellect⁹: z Opatio. Unū aūt est intellect⁹ solus. Hoc est qd dt [alij dedit q̄nqꝫ talenta] qz pcipuis: supradicta qnqꝫ committunṫ. Vel omnibꝫ: exercitiū quinqꝫ sensuū ad grātiam [alij aūt duo] qz bonis cōmittunṫ duo vel sapientibꝫ: Intellcus z Operatio. Ps.cx. Intellectus bon⁹ omnibꝫ facientibꝫ eū. Et ideo sm dicta Sanctoꝝ plus in pōdere recipit cui danṫ duo: licet plus in nūero recipiat ille cui dātur q̄nqꝫ. quia Plus valent intellectus z opatio: q̄ exercitia q̄nqꝫ sensuū [alij aūt vnū] omnibꝫ q̄dem bonū nature: multis aūt bonū scientie: qd docet vsum regiminis aiaꝝ: qz docet vsum clauiū. Sequitur [vnicuiqꝫ sm ppriā virtutē] Hic tāgit pportionē facultatis ad vsum grē. Est aūt Virtus vltimū in qd pt potētia. Et ideo dt conatū. Unū tantuꝫ dat quantū conādo ad grām parat⁹ est suscipe. Ps lxxx. Aperi os tuū z ego iplebo illud. Os ei facultatis aperiṫ qñ cor p conatū qd in nob est ad grāz preparaṫ. Ps.ix. Preparationē cordis eoꝝ audiuit auris tua [Et pfe. est stati] h est vsum cōmissoꝝ bonoꝝ libertati eoꝝ pmisit. Lu.xix. Negociami dū venio. Prouerb.vij. Abijt via lōgissima in die plene lune reuersur⁹. Cant.v. Quo abijt dilectus tuus o pulcerrima mulierum:

Abijt autem qui quinqꝫ talēta acceperat: et operatus est in eis: z lucratus est alia quinqꝫ. Similiṫ

qui duo acceperat lucratus est alia duo.

H Hic tangiṫ Seruoꝝ negociatio p tres differētias que in littera tangunṫ. De Primo dicūṫ Tria Scꝫ Apud seipm cōmissi ɔsideratio. z Laborꝭ exerciti opatio. z In lucrū eius quod est cōmissum sollicita multiplicatio. De Primo dicit [Abijt] h est. in sui ɔsideratōem quod recepat: reduxit. Et iō receptiōis facit cōmemorationē. Jo.xx. Discipuli abierūt ad semetipsos. j. Corin.ij. Accepim⁹ spiritū q̄ ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis. De Secūdo dicit [operat⁹ est i eis] In donis eni bonis est opandū: In laboribꝫ aūt mūdi nō est opandū. Et est Attendendū q Aliḋ ē opatio. z Aliḋ Opus. z Aliud Factū. z Aliḋ Actū sm Phm. Agere eni proprie ptinet ad volūtaria: q̄ sunt virtutis. Unū Phs dicit q Prudentia est cū ratiōe actiuus habit⁹. Agere eni venit ab actu q̄ cōplementū z pfectio est. Unū Rho.viij. Quicunqꝫ spū dei aguntṫ hi filij dei sunt. Spiritu eniꝫ dei aguntṫ: q̄ virtutibus (q̄ sūt dona spūs: et aie act⁹) ad actōes volūtarias mouenṫ. Facere autē est supiacentē materiā aliquid educere. Unde Phs definiēs Artē mechanicā dicit. Ars est cū ratōe factiuus habitus. Et de his que ex arte diuina pcesserūt: diciṫ. Ipe dixit z facta sunt: ipe mandauit et creata sunt: Opus aūt qd est opatū: vocatū est q p laborē z motū faciētis efficiṫ: Sicut cultell⁹ vl' calceus. Et de hoc dicūt Sancti: q hoc greci apotelesma vocant. Unū Esa.lxiiij. Fictor noster es tu: z opa manuū tuaꝝ oēs nos. Opatio autē pprie (quia ab ope z opibus vocata est) est exercitiū hoc quod pcedit a pprio z connaturali habitu: in quo ipa natura pter conuenientiaꝫ naturalē refloret. Unde Philosoph⁹ dicit: q Delectatio cōtemplatiua est opatio prij z cōnaturalis habitus nō impedita. Reflorītio eni nature sic diffusa in bono sibi pprio (quod est itellectuale: qz hoc ppriū est hoi) delectatio vocaṫ. Juxta hoc notanṫ operatōes in q̄bus hūanas et liberas querim⁹ delectatōes. ex q̄bus nihil q̄rimus nisi opari: sicut vigilare: cantare: z hmōi. Modū ergo hmōi notans dicit [opatus est] ad ppriū z intellectuale bonū. ponens exercitiū cū delectatiōe sincera. Prouer.xiij. Anima operantiū impinguabiṫ bonis. Eccl'is.ix. Qdcunqꝫ valet manus tua instāter opare. [z lucratus est] p sui boni ppagatōem in alios [alia quiqꝫ] Licꝫ enim multo plura lucrat⁹ sit. tamē qz nō nisi duple est pportiōis: In se, videlicꝫ z In alijs: diciṫ alia quinqꝫ lucratus. j. Corinth.ix. Oibus oīa factus sum vt oēs lucrifacerē. Gene.xxxj. De illi⁹ facultatibꝫ ditatus factus est inclytus [Similiter et qui duo accepat] Idem modus est expositionis. Sapie.iij. Bonorū laboꝝ gloriosus est fructus [lucratus est alia duo] Gene.xxx. Ditatus est hō supra modū: habuitqꝫ greges ouiū. Ps.iiij. A fructu frumēti vini z olei sui multiplicati sṫ. Frumētū ē ꝟbi pabulū. Uinū celeste z spūale gaudiū. Oleū miscdie lenimētū i paupes expēsū

Qui autē vnū acceperat abiēs fodit in terram: et abscondit pecuniam domini sui.

Tertia ē differētia. Et Tria dt. A bono incōmutabili sui pigri abstractionē. Ad terrenā cōmoditatē boni cōmutabilis cōuersionē. z Crediti talenti absconsionē per terrenā cōuersationē. De Primo dt [Qui aūt vnū acce.] bonū nature vl' intellect⁹ [abiens] abstractiōe boni incōmutabilis Jude. Ve his qui in viam cain abierūt. Jacob.j. Unusquisqꝫ tentaṫ a cōcupia sua abstractus z illectus [fodit in terra] p terreni cōmodi inquisitionē Psal.vij. Lacū aperuit z effodit eū z incidit in foueā quā fecit Josue.vij. Siclos argēti z regulam aureā z palliū coccineū fodit in terrā: z argentū fossa humo operuit. Argentū eloquētie: Naturalis z Adq̄site: qd ē duplex argentū. z Regulam iusticie moralis: cui⁹ noticiā habuit. z Palliū coccineū ordis charitatꝭ quē exponere sciuit Esa.xxix. De humo musitabit eloquiū tuū [et abscōdit] sub terrena cōuersatiōe [pecuniā dñi sui] Eccl'i.xx. Sapia abscōdita z thesaur⁹ inuisus: que vtilitas in vtrisqꝫ: Prouer.xj. Qui abscōdit frumenta malediceṫ in populis. Ecōtra.s. Scdo. Et apertꝭ thesauris suis obtulerunt ei munera zc.

Post multū vero tēporis venit dominus seruorum illorum: et posuit rationem cum eis.

Hec est Tertia pars De ratione que exigitur ab omībꝫ sub tribus per ordinē differētijs z laude pfectus. In bonis eñ cum crescūt dona: etiā rationes crescunt donoꝝ [venit dñs seruoꝝ illoꝝ.] I

Contra videṫ esse quod dr Apo.xxij. Ecce venio velociter. Sed h dr respectu eternitatꝭ. Istud autē sm decursum infirmitatis dicitur [et posuit rationem cum eis] Luce.xvj. Redde rationē villicationis tue.

Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat: obtulit alia quiqꝫ talenta: dicens. Domine quinqꝫ talenta tradidisti mihi: Ecce alia q̄nqꝫ superlucratus sum.

Et Tria dt. Accessum p reddende rōnis pparationē. Obtulit p meritoꝝ exhibitionē. Dixit: p gratiarum actionē. Dicit igiṫ [Et accedens] ppando se ad reddendā rōnez [qui quinqꝫ talenta acce.] in se ɔsiderādo acceptum: sine q̄ se nihil potuisse cognouit. Rho.v. Per ipm accessum habemus in grām istā in qua stam⁹ z gloriamur in spe glorie filioꝝ di. Q.d. Nisi cōmissum datū fuisset lucrū nullū fuisset [obtulit] in eo q deo totū attribuit [alia quinqꝫ talenta] aūt bona superius enumerata duplicādo in proximū. aut exercitium bonum q̄nqꝫ sensuū. Baruch.iij. Sic auersi fuerunt sensus vri vt puocaretis deū: decies tātū cōuertentes requiretꝭ eū Quinqꝫ z alia q̄nqꝫ decē faciūt. Tob.xij. Natiōes ex longinquo ad te venient: z munera offerentes adorabunt dominū in te

[dicēs] p grāz actionē [Dñe q̄nq3 talēta tradidisti mihi] sine quibz nihil: z per que omia potui] z ido tuū est qd lucrat⁹ sum. Jo.xv. Sine me nihil potestis facere [ecce alia quinq3] profectu primi [sup lucratus sū] sup sortē cōseruatā. D.di.z me cōseruaui in bonis tuis: z ꝓximū adiuui. j. Coꝛ.xv. Plus omnibz laboraui: non ego aūt solus: sed grā dī mecū. Et Ibidē. Grā dei sum id qd sum: z gratia eius in me vacua non fuit.

Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis super multa te cōstituā: intra in gaudiuz dñi tui. Accessit autem et qui duo talēta acceperat: z ait. Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucrat⁹ sum.

Laus z acceptatio est profect⁹ in grā. Et dicunt Quattuor p ordinez. Aggratulatio dñi de ꝑfectu serui. Laus serui. Cōmemoratio meriti z ꝓmissio ꝓmij: z Remuneratio gaudij. Aggratulatio dñi notat cum dr [Euge] Qd est interiectio aggratulātis z gaudentis. Sup.xviij. Dico vob gaudium est angelis dei sup vno pctōre zc. Et Ibidē. Cōgratulamini mihi: qz inueni ouem quā ꝑdiderā [serue bone et fidelis] Laus est serui. Et dr Bon⁹ in ꝯseruatione cōmissi. Fidelis aūt in reparatione (al's reportatiōe) z mltiplicatiōe lucri. Eccl.xj. Datio dei ꝑmanet iustis: z ꝑfectus illi⁹ successus habebit in eternū. Tob.vij. Boni z optimi viri fili⁹ es tu z facientis elẏnas. Prouer.xx. Multi misericordes vocant. Uirū autē fidelem qs inueniet: [qz super pau fuisti fid.] Cōmemoratio ē meriti z ꝓmissio ꝓmij. Et sūt oia pauca: que in p̄senti pati vel agere possum⁹ respectu eoꝝ que in remuneratiōe expectam⁹. Et hoc est quod dr [sup multa te cōstituam] Rhom.viij. Nō sunt cōdigne passiōes hui⁹ tēporis ad futurā glām que reuelabitur in nob. Sap.iij. In paucis vexati: in multis bene disponent. ij. Coꝛ.iiij. Id enim qd in p̄senti est momentaneū z leue tribulatōis nr̄e: supra modū in sublimitatē eternū glorie pondus operabit in nob: non contemplantibz nobis ea que vident: sed que non vident [intra in gaudiuz dñi tui] Ecce Remuneratio gaudij. Introit⁹ aūt iste significat vndiq3 circūfusum esse gaudiuz. Jo.xvj. Petite vt gaudiū vr̄m sit plenū: Supra: ī visione dei: Intus felici cōscientia: Subtus in decore iusticie: Circūquaq3 in glorificatiōe creature. Esai.lx. Uidebis z afflues: z mirabit z dilatabit coꝛ tuū. Ps.xxxv. Inebriabunt ab vbertate dom⁹ tue: z torrente voluptatis tue potabis eos [Accessit autez z qui duo] hoc est Bonū nature ī naturali iusticia. z Bonū gratie in fide z ꝑfecta vita. Uel Qui Intellectū habuit instructōis. z Operationē virtutis: veritate z virtute lucrū reportans. Et est idez modus expositiōis q̄ z prius. Accedit enim ꝑparādo se recognoscendo cōmissum. j. Coꝛ.iiij. Quid habes quod nō accepisti: Et si [qui duo talenta acceperat] j. Paral.vl. Omia tua sūt: z q̄ de manu tua accepim⁹ offerim⁹ tibi [obtulit] meritorum profectū: nō sibi sed deo attribuendo. Esai.lx. Aurū z thus deferentes: z laudē dño annūciantes Aurū gratie z thus redolens: boni nature: ꝑfecti ī gratia. Uel aurū sapie. z thus oꝑationis bone [Et ait] grās agendo [Dñe duo talenta] .ij. Coꝛ. ix. Gratias ago deo sup inenarrabili dono e⁹ [ecce alia duo] sup conseruatā sortez [lucrat⁹ sū] Hier.xv. Ipsi cōuertent ad te: z tu nō cōuerteris ad eos. Job Justificationē meā quā cepi non deseram. Apocalip.iij. Tene quod habes ne ali⁹ accipiat coronā tuam.

Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis: qz super pauca fuisti fidelis super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Cōmendatio est Gratitudis z profect⁹ [Euge zc.] Euge multiplices notat affectus in sacra scriptura. Est ei exultatoriū. Eze.xxv. Pro eo q dixistis: euge euge sup sanctuariū meū. Aliqñ Derisoriū. Psal.xxxiij. Dilatauerūt sup me os suuz: z dixerunt: euge euge viderūt oculi nostri. Aliquando Adulatoriū. Psal.xxxix. Ferant cōfestim cōfusionem suā qui dicunt mihi euge euge. Aliqñ Exhortatoriū Psal.xxxiiij. Non dicāt in cordibz suis euge euge anie nostre: nec dicant deuorabim⁹ eum [serue] Propter debitū. Ps.cxv. Ego seru⁹ tuus z filius ancille tue [bone] Propt formā gratie z diffusionē cōicationis sui in alterū. Bonum eīm est diffusiuū sui. Plato. Boni ē optima adducere. Esa.lx. Germē plantatiōis mee ad glorificandū: minim⁹ erit in mille: z paruulus in gentem robustissimā. Prouer.xj. In bonis iustoꝝ exaltabit ciuitas. Sapie.viij. Cōicabit mecū de bonis suis [et fidelis] in cōmisso. Ecōtra illi expositiōi quā fecim⁹ Supra. Uel [fidelis] intentiōe: nihil sibi de grā dñi sui attribuendo. Esa.xxxij. Qui fraudulentus est infideliter aget. Eccl.xlv. In fide z lenitate ipius sanctū fecit illū: z elegit eū ex omi carne. Heb.iij. Moyses fidelis erat in tota domo ei⁹: in testimoniū eoꝝ que erant dicēda [Quia su pauca fuisti fidelis] Cōmemoratio meriti z ꝓmissio ꝓmij. Esa.xlix. Parū vt sis mihi seru⁹ iacob et feces isrl cōuertēdas dedi te in lucē gentiū [supra multa te cōsti.] Hester.vj. Sic honorabit quē rex honorare voluerit. Luc.xxij. Ego dispono vob sicut disposuit mihi pat me⁹ regnū [intra ī gau. dñi tui] vt in abysso imergaris (al's sūmergaris) gaudioꝝ. Esa.xxxv. Gaudiū z leticiā obtinebunt: fugiet doloꝛ z gemit⁹. Lu.vj. Mensurā bonam z cōfertā z coagitatā z supefluentē dabunt in sinū vr̄m. Ps.lxxxix. Letati sumus pro diebz qbz nos humiliasti. Annis quibus vidimus mala. Ps.xv. Letificabis me in gaudio cum vultu tuo delectationes in dextera tua.

Accedēs aūt z q̄ vnū talentum accepat ait: Dñe scio quia homo durus es: metis vbi nō seminasti: et congregas vbi non sparsisti

R Hic ponit Ratio de malis: ꝑcipue que ꝯsistūt in omissione bonoꝝ: In quibz aliq̄ se putāt excusatos. Et dicuntur Duo. Primū est Culpa serui. Secundū Condēnatio eiusdē per snīam dñi. Circa Primū dicit Tria. Scz. Accessus ꝑsumptiōis. Accusatio dñi superioris. z Excusatio sui torporis. Accessus ꝑsumptionis proponit cum dr [Accedens z qui vnū talentū acceperat] ꝑsumptione ꝓpria. Uñ Interl. Infelicissimū habens a sua ꝯscientia testimoniū. Sic dr Supra.iiij. Accedens tentatoꝛ dixit Unū aūt talentū est naturale bonū siue intellectus siue q̄cquid habet homo naturaliū bonoꝝ que in vnitate retinet: z non multiplicat per profectū. Contra qd dr Luc.xix. Negociamini dū venio. Job.v. Homo natus ad laborem. Ezech.xvj. Hec fuit iniquitas sodome abundantia z ociū. Prouer.xij. Qui sectat ocium stultissimus est [et ait] Non grās agēdo: sed dominum suum superiorē accusando. detrahendo ei in Duobz. Scz. Contra misc̄diam vocādo austerum z Contra iusticiā vocādo raptorē. Et hoc est qd dr [Dñe] cōtra se vocat eū dñm: cuius nō impleuit mandatū [Scio qz hō austerus es] h est durus es: qz durain z artā viam ꝓponis q̄ ducit ad vitā. Gen.xlij. Joseph q̄si ad alienos: fratribz durius loquebat Job.xxx. Mutatus es mihi in crudelem: z in duricia man⁹ tue aduersaris mihi. Et ꝓponit cōtra Justiciā Duo [metis vbi non seminasti] Seminare est ṽbum ꝑdicatōis ꝓponere. s.xiij. Exijt q̄ semiat semiare semē suū. Metere est falce iudicij ꝑcidere. Apo.xiiij. Misit falcē suaz z messuit terrā. Metere vbi nō seminauit est fidez per iudiciū reqrere ab his quibz per se ipm verbuz predicatōis nō ꝓposuit vt Greg. dr. Et h licet piger accuset: nō est iniustū. qz in omnē terrā exiuit son⁹ eoꝝ. Adhuc aūt insitū est rōni ṽbum z dei noticia impressa oibus. Ja.j. Suscipite insitū verbū qd potest saluare aīas vr̄as. Deut.xx. Prope est ṽbuz in corde tuo z in ore tuo. z Rho.x. Prope est verbū in ore tuo z in corde tuo. h est ṽbuz fidei quod predicam⁹. Aliud ꝓponit cōtra Justiciā [z cōgregas vbi nō sparsisti] Cōgregare est virtutum fructus exigere Eccl.xxiiij. Flores mei fructus honoris z honestatis. Sup.xiij. Triticū cōgregate in horreū meū. Spargere est ṽtutis exēpla ostēdere. Congregare aūt vbi nō sparsit est per iudiciū venturū (al's futurū) fructus bonoꝝ opeꝝ exigere ab his quibz exēpla virtutū nulla ꝑ se ipm prebuit. Psal.cx. In cōsilio iustoꝝ z cōgregatōe Sup.xiij. Elegerūt bonos in vasa sua: malos āt foras miserunt Esa.xliij. Ab oriente adducā semen tuū: z ab occidente congregabo te. Nec hoc est iniustū: quia alij ostenderūt quos misit: z virtus per se ipam placere debet. Uñ ꝯ h q dr austerū est h qd dicit. j. Jo.v. Mandata ei⁹ grauia nō st. Et Sup.xj. Jugū meū suaue z on⁹ meū leue. Contra h aūt q dr Iniustuz: est quod dr in Ps.cxviij Justicie dñi recte letificantes corda. z iudicia eius dulci oꝛa sup mel z fauū. Nam z seruus tuus custodit ea.

Et timens abij et abscondi talentum tuum in terra Ecce habes quod tuum est

Hic sui ꝓponit excusationē: vt culpa ab ipso retorqueat in dñm. Psal.cxl. Non declines coꝛ meum in ṽba malicie ad excusandas excusatōnes in peccatis. Proponit aūt Tria. Timorem videlicet amittendi. Prouidentiā conseruādi: z Equitatem reddendi. De Primo dr [Timens abij] abstractus a te ad me ipm cōseruandū [timens] ne dum alios lucrari vellem: ꝯmodū meū perderem. Sap.xvij. Cum sit timida nequicia data est in omniū condemnationē. Et est acsi dicat: ꝓpter alios dispendiū mei non debui subire [abscōdi talentum tuū in terra] mihi terrena procurās cōmoda alijs me subtraxi. Contra qd dr Eccl.xxix. Perde pecuniā ꝓpter amicū: z ne abscondas eā sub lapidem in ꝑditionem. Prouer.v. Deriuent fontes tui foras: z in plateis aquas tuas diuide Actu.xx. Non facio aīam meā. h est anīalem vitam ꝑciosiorem q3 me ipm. ij. Coꝛ.xij. Ego libētissime impendam. insuper z ego ipe supimpendar ꝓ animabus vestris [Ecce habes qd tuū est] Equitatē ꝓponit reddendi. Sup.xx. Tolle qd tuū est z vade: nō facio tibi iniuriā. Mentit⁹ aūt est in caput suum. qz cum seruus sit: debitū z paratū obsequiū multiplicatōis subtraxit. Dañ.xiij. Recte mentitus es in caput tuum. Unde Lucas addit Ex ore tuo te iudico serue nequā. Malach.j. Si ego dominus vbi timoꝛ meus.

Respōdēs autē dominus eius dixit ei. Serue male et piger sciebas quia meto vbi non semino: et congrego vbi non sparsi.

Hic ponit Cōdemnatio serui. Et dicunt Duo. z
Increpatio assignās condemnatiōis cām. z Condemnatio infligens penā. Ibi [Tollite zc.] Increpando dr Duo. Improperationē culpe z desidie. z Causam. Increpans igit culpā transgressionis dr [Serue male] Eccl.xxxiij. Seruo maliuolo tortura z compedes. Malus eīm seruus est qui ī tantū proꝛūpit ꝑsumptiōis q bonoꝝ z suo dño calumniā imponit. Sup.xx. An oculus tu⁹ nequā ē quia ego bonus sum: Sup.xij. Generatio mala z peruersa. Deut.xxxij. Generatio praua atq3 peruersa heccine reddis dño [z piger] Improperat inertiam desidie. Prouer.xx. Propt frig⁹ piger arare noluit. Ex hoc aūt q malus: piger est. qz Diony. dicit q Malum est infecundū z pigrū [sciebas] Causa increpatiōis. Et habet Duo. In Primo ex ore serui arguit ꝑmittens. Et in Scdo concludit. Attēde aūt q non dr: sciebas quia ego austerus sum. qz hoc quod dixit cōtra misc̄diam omino falsum est. Joel.ij. Benignus z misericoꝛs est. Sed dicit [qz meto vbi non semino] qd z apl'i fecerunt. Joā.iiij. Ego misi vos metere que non seminastis. Hunc aūt z hoc non nisi fm humanā presentiam veꝝ est: qz fm diuinā operationē dei agricultura estis Esa.xx. Proscindet humū suā z seret gith z triticū z ciminū sparget ꝑ ordinē. Esaie.iiij.

Erit germen dñi in magnificētia ꝛ glīa: ꝛ fructus terre sublimis [Et colligo vbi nō spargo] Supᷓ.xxij. Misit seruos suos vt colligerent fructus. Scḋm diuinā tñ naturā per oīa opa sua significationis sue sparsit indicia. Supra.xij. Qui non colligit mecū dispergit. ꝛ q̄ nō est mecū contra me est

Oportuit ergo te pecuniā meā cōmittere numularijs: et veniens ego recepissem vtiqꝫ quod meum est cum vsura.

Ecce Cōclusio. Et qḋ putabat in excusatiōez sui dicere: retorquet ꝯ eū ꝛ cōdemnat. Ps.xlix. Arguam te ꝛ statuā cōtra faciē tuā [pecuniā meam] bonū tibi creditum [cōmittere] ꝑ doctrinā [numularijs] his qui feneranť imaginē meā proximis. ꝛ sic multiplicāt eā. Isti em̄ sť numularij spirituales qui de tēplo nō eijciunť. Supra.xxj. Deutero.xxiij. Fenerabis gentibꝫ plurimis: ꝛ ipe a nullo fenus accipies. Lu.vij. Duo dbitores erāt cuidā feneratori. hoc est predicatori Duo debitores. Cōtemplatiui: ꝛ Actiui [Et veniens ego] ad rōnem audiendā in iudicio. Esai.v. Judicate inť me ꝛ vineā meā [recepissem vtiqꝫ qḋ meū est] h̄ est sortē. Supra.xxij. Reddite que sť cesaris cesari; ꝛ que sť dei deo [cū vsura] supexcrescēte. Licet em̄ detester vsurā corporalē: que opprimit pauperes Psal.xiiij. Qui pecuniā suā nō dedit ad vsuram. Eze.xviij. Ad vsurā nō accōmodauerit ꝛ amplius nō acceperit: Tñ exigo vsurā incrementi boni spūalis. Prouerb.xix. Fenerať dño qui misereť pauperis. Ecci.xxix. Qui facit miscōiaꝫ feneratur proximo suo. Supra.v. Thesaurizate vobis thesauros in celo.

Tollite itaqꝫ ab eo talentum: ꝛ date ei qui habꝫ decē talēta. Omni enim habēti dabitur et abūdabit: Ei autē qui nō habet: et quod videtur habere auferetť ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium.

Hic incipit cōdemnare Tripliť. Penalitate: in subtractiōe boni cōmissi. ꝛ Eiectione: ex cōicatiōez loci ꝛ sanctorū habitaculi. ꝛ In inflictōe supplicij. In Primo sť Tria. Pigri spoliatio. Operosi ditatio. ꝛ Vtriusqꝫ hoꝝ ratio De Pigri spoliatione dr̄ [Tollite itaqꝫ] o vos demones. Et est verbum iuste pmissionis. Deuť.iiij. Seruietis dijs alienis qui non dabunt vobis requiē. Threñ.vlť. Ceruicibꝫ minabamur: lassis non dabať requies [ab eo talentū] boni nature p cōtinuā imminutionē de peccato in peccatū.ij. Reg.iij. Domꝰ saul erat deficiēs. Psal. Ibunt in adinuentiōibꝫ suis. Job.xx. Luet que fecit oīa: nec tñ cōsumeť. quia licet cōtinue minuať nō cōsumiť: quia Naturale ē: ꝛ Natura manente tolli non pōt: qḋ potentialiter infinitū est [Et date ei qui habet quinqꝫ talēta] qꝛ Sicut in malo minuiť: ita in bonis: continuis profectibꝫ augeť. Et hoc significať in domo Dauid: qui ibat proficiēs: ꝛ semp se ipo robustior fiens.ij. Regū.iij. Si obijciať Quare nō additur ei qui habet duo: iam solutū ē. quia ꝛ illi additur: sed additio plus apparet in eo qui plus proficit. Grego. tamē dicit ꝙ plus in pondere habet q̄ duo: qꝫ qui qnqꝫ. sicut. s̄. dictū est. Et ideo ei q̄ qnqꝫ habet addiť. Quia plerūqꝫ accidit ꝙ simplex bene vtens sensibꝫ: donuꝫ intellectus mereť. Ecci.xv. Cibauit illū pane vite ꝛ intellectus: ꝛ aqua sapientie salutarꝭ potauit illuꝫ [Omni em̄ habēti dabitur et abūdabit] Ratio est duoꝝ pcedentiū. Et sꝫ expositionē priorē plana est lr̄a: qꝛ Habenti ex habitu bona grē: superadditť incremētis cōtinuis bonū nature ex pfectu iusticie. ꝛ sic abundabit.ij. Coꝛ.ix. Multiplicabit semē vestrū: ꝛ augebit incremēta frugum iusticie vestre: vt in omnibꝰ semp oēm sufficientiā habētes: abundetis in omē opus bonū. Ecci.xv. Sapiē dei astabit laus: ꝛ in ore fideli abūdabit. Sic em̄ Jo.j. De plenitudine eius om̄s accepimus grām p grā. Zacha.iiij. Exequabit grām gratie eius [Ei autē qui non habet] habitū qui est facultas virtutis: ille em̄ non habet alia decā: nisi quia peccatū nō adempsit eā. Lu.x. Spoliauerūt eū: ꝛ plagis impositis abierť semiuiuo relicto [Ei autē id qḋ videť habe.] quia viciať bonuꝫ nature: potius videť haberi qꝫ habeať. Non enī habeť vt bonū: nisi qñ integrum ꝛ perfectū habeť per grām. Esai.xxij. Quis tu hic: aut quasi quis hic: Apoca.iij. Nomē habes ꝙ viuas ꝛ mortuꝰ es [auferetť ab eo] cōtinuis defectibus. Psal.cxxxvj. Dixerūt exinanite exinanite: vsqꝫ ad fundamentū in ea [seruuꝫ aūt inutilē] Hiere.xxij. Scribe virū istū sterilem: qꝛ in eternū nō psperabiť [eijcite] ex habitaculū bonoꝝ. Q.d. Mundate ꝛ liberate locū ab ipo. Hiere.xv. Eijce eos a facie mea: ꝛ egrediantť. Gene.iiij. Ecce eijcis me hodie a facie tua. omīs enī qui inuenerit me occidet me [in tenebras exteriores] tetri carcerꝭ: qui vixit in tenebris cecitatꝭ interioris. Threñ.iij. Me minauit ꝛ adduxit in tenebras ꝛ non in lucē. Job.iij. Noctem illā tenebrosus turbo possideat. Exo.ix. Sint tenebre tandense vt palpari queant. [ibi erit fletus] Apo.xiiij. Ascendet fumus tormentorum eorum in secula seculoruꝫ [et stridor dentium] Propť frigus. Psal.cxlviij. Nix glacies spūs procellarū que faciūt ₰bum eius. Ecci.xliij. Frigidus ventus aquilo flauit: ꝛ gelauit crystallus ab aqua. Hieren̄.j. Ab aquilone pandeť omne malum: ventus frigidus a plaga tenebrosa veniens. Et hoc est ꝙ dicit.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua: et omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit sup sedem maiestatis sue.

Perfectis parabolis que mouēt ad vigilantiā contra om̄s preoccupantes iudiciū: tangit h̄ Modum iudicij Circa quē modū dicit Duo. Scilicet. M

Modū iudicis. ꝛ Modū Judicij. Ibi [Et cōgregabunť] Modus autem Judicis describitur in Quinqꝫ. Scꝫ. Scḋꝫ p̄sentiam. Scḋꝫ cam: in qua apparebit naturam. Scḋꝫ maiestatis potentiam. Scḋꝫ numerosam ministroruꝫ frequentiā. Scḋꝫ possessionē iudiciariā. De Primo horum dicit [Cū venerit] hoc est iudex pñtialiter in mundo apparuerit. Actuū.j. Sic veniet quemadmodū vidistis eum. Natura describiť Ibi [Filius homis] quia in illa apparebit. Jo.v. Potestatē dedit ei iudiciū facere: quia filius hoīs est. Actuū.xviij. Constituit virū in quo iudicabit orbem terrarū. Dañ.vij. Jn nubibꝫ celi filius hominis veniet in maiestate sua Dañ.vij. Potestas eius ptās eterna que non auferet: ꝛ regnuꝫ eius quod non corrumpeť. Psalm̄. Gloriosus deus in sua maiestate [ꝛ oēs angeli cum eo] Dañ.vij. Miliamiliū ministrabāt ꝛ decies milies centena milia assistebāt ei. Supra.xxiiij. Mittet angelos suos cum tuba ꝛ voce magna. Supra.xiij. Exibunt angeli ꝛ colligent de regno eius omnia scandala [tunc sedebit] Ecce Auctas iudiciaria. Apoc.iiij. Sedes posita erat in celo ꝛ supra sedē sedens. Dañ.vij. Throni positi sunt. Psalm̄. Thronꝰ tuus deus in seculū seculi. Esai.vj. Uidi dñm sedentē super soliū excelsum ꝛ eleuatū: ꝛ plena erat omnis terra maiestate eius.

Et attende differētias Primi aduentꝰ ꝛ Scḋi. Primꝰ ei fuit Jn infirmitate: Jn hūilitate: ꝛ Jn salutē: ꝛ Apostoloꝝ missionez. Et de Infirmitate Esai.ix. Paruulus natus est nobis. De Humilitate. Phil.ij. Humiliauit semetipm: formā serui accipiēs. De Salute Jo.iij. Non enim misit deus filium suū in mundū vt iudicet mundū: sed vt saluetur mūdus per ipum. De Missione apostolorum tanqꝫ pusilli gregis. Sup.x.ꝛ.xj. Confiteor tibi pater: qꝛ abscondisti hec a sapientibꝫ ꝛ prudentibus: ꝛ reuelasti ea paruulis. Secundꝰ aūt est in Potestate ꝛ Maiestate ad iudicandū: ꝛ cum Frequentia angelorum. Sicut patet per antedicta

Et congregabuntur ante euꝫ omnes gentes.

Hic tangiť Modus iudicij. Et tāguntť Tria. Primū est Cōgregatio iudicandoꝝ ante tribunal chr̄i. Scḋm est Discretio iudicandoꝝ bonorum a malis. Tertiū est Sentētia cū causa sua. Que est Cōmendatio meritoꝝ: ꝛ Exprobratio demeritoꝝ.

De Primo dicit [Congregabunť ante euꝫ omnes gentes] Joel.iij. Cōgregabo in vallem Josaphat om̄s gentes: ꝛ disceptabo cū eis.ij. Corinth.v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisqꝫ ꝓpria corporis prout gessit.

Et separabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat oues ab hedis Et statuet oues qdeꝫ a dextris suis: hedos autem a sinistris.

Ecce Secundū. Et dicit Tria. Scilicet. Quis. Qualiter: ꝛ Quomodo sepabit. Quis qꝛ Ipe: separabit eos. Uirtute enim gratie ꝛ veritatis que per Jesum facta est separabuntur. Hec enim gratia est que assimilat sanctos iudici. ꝛ diuidit inter filios regni ꝛ filios perditōis. Apo.xviij. Exite ab ea populus meꝰ. Nume.xvj. Separamini de tabernaculis hominū impioꝝ [sicut pastor] iam ad caulas gregē cōgregans. Ezech.xxxiiij. Ego ipe requirā oues meas: ꝛ visitabo eas sicut visitat pastor gregem suū in die qua fuerit in medio ouium suaꝝ dissipatarū [segregat oues] bonos: mansuetos: simplices: ꝛ vtiles. Psal.lxxviij. Nos populus pascue eius ꝛ oues manꝰ eius. Ezec.xxxiiij. Greges mei ꝛ oues mee om̄s estis dicit dominꝰ. Joan.x. Ego agnosco oues meas: ꝛ cognoscūt me mee. Et Ibidē. Proprias oues vocat noīatim: et ante eas vadit: ꝛ oues illuꝫ sequunť [ab hedis] indomitis: ferentibus: scandentibꝫ alta: depascentibus viridia ramoꝝ: cornibus acutis ꝛ altis impingentibꝰ. Zacha.x. Uisitabo sup hircos. De ista segregatiōe Osee.xiij. Consolatio abscondita est ab oculis meis: qꝛ ipse inter fratres diuidet. Quo autem statuet separatos subiungit dicens [statuet oues quidē a dextris] Jn precedentibꝫ dictuꝫ est quare dextera significat eterna ꝛ potiora bona. Colos.iij. Que sursum sť querite vbi christus ē in dextra dei sedens. Heb.j. Sedet ad dexterā maiestatis in excelsis. Uñ etiā.j. Thes.iiij. dr̄ ꝙ simuť rapiemur obuiā christo in aera. ꝛ sic semp cū domino erimꝰ [hedos aūt a sinistris] inferius ī terra manentibꝫ ꝛ non diu. Prouerb.iiij. Uias q̄ a dextris sunt nouit dñs: puerse aūt: que a sinistrꝭ sunt. Situs enī loci respōdet cordis amori. Sursum pergent qui celestia: deorsum in terra qui terrena dilexerunt. Canticoꝝ.ij. Leua eius sub capite meo: ꝛ dextera illius amplexabitur me

Tūc dicet rex his qui a dextris eius erunt. N

Hic poniť Sentētia cū causa sua. Et habet Duas ptes. Sententiā videlicet: ꝛ Effectum. Ibi [Et ibunt hi ꝛc̄.] Sentētia etiā habet Duas ptes. Primo poniť Sentētia salutꝭ a dextris: ꝛ postea Sententia cōdemnatōis a sinistris. Ibi [Tūc dicet rex his ꝛc̄.] Jn Prima harum sunt Tres pagraphi. Quoꝝ Primus cōtinet Inuitationē: que est per modum sententie. Scḋs Meritoꝝ cōmendationem. Tercius Cōmendationis ammirationē. Et hec per ordinē iacent in littera. Jn Inuitatiōe primo describit Judicis maiestatē ꝛ iusticiam: dicēs [Tunc dicet rex] Uere rex a regēdo. Qui sicut dicit Apocal.xix. Uocať fidelis ꝛ verax: ꝛ cum iusticia iudicat ꝛ pugnat: ꝛ habet in vestimētoꝝ in femore suo scriptū. Rex regum ꝛ dominꝰ dominantium. Hiere.xxiij. Regnabit rex ꝛ sapiens erit: ꝛ faciet iudiciuꝫ ꝛ iusticiam [his qui a dextris eius erunt] Psal.cix. Sede a dextrꝭ meis ꝛc̄. Psal.xliiij. Astitit regina a dextris eius in vestitu deaurato circūdata varietate. h̄ est bonorū ecclesia

Venite benedicti patris mei

Tangit Duo. Inuitationē: ꝛ Eius ad quod inuitat: magnitudinē ꝛ honorē. Jn Inuitatiōe Duo dicit. Inuitationem. ꝛ Inuitatorum honestatem.

De Inuitatiõe dr [Venite] Hiere.lj. Qui fugistis gladiũ venite ⁊ nolite stare: recordamini ꝓcul domini: ⁊ hierusalē ascendat sup cor vrm. Ibi verificabit qd Supra dixit.xj. Uenite ad me ⁊c. ⁊ ego reficiā vos. Inuitatoꝝ honestas tangitur: ſm Grām: ⁊ ſm Justiciā. Scdʒ Grāʒ cum dr [bñdicti] Bñdictio em̄ ad grām respicit: in q̄ benedicti sunt oēs.j. Pe.iij. In hoc vocati estis vt bñdictionez hereditate possideatꝭ. Justicia tangit per hoc q dicit [patris mei] Per h em̄ q adoptati sūt a patre vnū naturalem filiū habēte (quia alit non adoptaret si omnino infecundꝰ esset) facti sunt heredes Rhomanoꝝ.viij. Heredes quidē dei: coheredes autē chri. Colos.j. Eripuit nos de potestate tenebrarū: ⁊ transtulit nos in regnuʒ filij dilectionis sue: ⁊ dedit nob partē sortꝭ sanctoꝝ in lūine. ps.xv. Funes ceciderunt mihi in preclaris. etenim hereditas mea preclara est mihi

Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.

Ecce Ad qd inuitat. Et tangit Tria. Fructum. Predestinationē: ⁊ Glīam. Fructū in hoc q dicit [Possidete] Dicit eni Hermes trigemistus: Q Possessio est post sessio. ⁊ cū homo subiectꝰ sit deo: sub deo sedere i delitijs ⁊ bonis di ⁊ ad nutū illa ⁊ qete habere est possidere. Job.xxxvj. Annunciat de luce amico suo q possessio eiꝰ sit. ⁊ q ad eā possit ascendere Nume.xviij. Ego ero possessio eorum. Hoc ergo pertinet ad Fructū [paratuʒ vobis regnū a cōstitutione mūdi] Hoc ē predestinationis In qua est Deus ipse preparās: ⁊ Nobis preparās vt beniuolentiā ostendat. ⁊ Preparans a pma mundi cōstitutione: que in mente sapientie ab eterno fuit Ut: In pparatione Potentia: ⁊ in hoc q [vobis] notet Beniuolētia. In h autē q [a mundi cōstitutione] Sapīa denotetur. De Primo Esa.lxiij. Oculus nō vidit deus absq te: que preparasti diligentibꝫ te ⁊ expectantibus.j. Corinth.ij.dr. Qd oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit: que pparauit deꝰ diligentibꝫ se. De Scdo Sap.xvj. Substantiam tuam ⁊ dulcedinē tuam quā in filios habes ostendebas. Ps.lxvij. Parasti i dulcedie tua pauperi deꝰ. De Tertio Ephe.j. Bñdixit nob in omni benedictiōe spūali: sicut elegit nos ante mūdi cōstitutionē in chro. Sic enim est alpha ⁊ o pncipiū ⁊ finis: vt reducat nos in se vbi pmo pparauit: vbi vita ⁊ lux fuimꝰ ⁊ erimus. Rho.ix. Uolēs ondere diuitias glorie sue in vasa miscdie: que pparauit i glīam suā. Ps.xxx. Abscondes eos in abscondito faciei tue: ⁊ a cōturbatiōe hoīm [regnū] hoc pertinet ad glām. ⁊ est hoc regnū qd (al's quo) oēs sancti vt reges regnabūt. Apo.j. Pīceps regū terre. Sap.v. Regnū decorꝭ ⁊ diadema spēi accipiēt d manu dñi. Apo.xxij. Factū est regnū dei nri ⁊ chri filij eius: ⁊ regnabunt in secula seculorum.

Esuriui eni et dedistis mihi mā ducare. Sitiui et dedistis mihi bibere. Hospes erā ⁊ collegistis me: Nudus et cooperuistis me. In firmꝰ et visitastis me. In carcere erā et venistis ad me.

Ecce Meritoꝝ cōmendatio. Et attende q cōmendat opa Miscdie: qr i illis hō maxime de suo facit. Humanū eni est fluere pietate in proximum. Justicia aūt non sic: sed obligatio efficit opꝰ. Similiter charitas ex vinculo dilecti. ⁊ sic de alijs. et non facit mentionē de Sepultura mortuoꝝ. qa licet dicat chrs esurire in pauperibꝫ. Non tamē cōgrue dr mori in morientibꝫ. ⁊ Mortuꝰ nō vere dr membrū capitis viui. De alijs aūt omibꝫ fac mentionē. Quedaʒ autē sunt a defectu interiori dissoluente subam: ⁊ subam siccam dissoluit fames. Et de illo dr [Esuriui em̄ et dedistis] Esaie.lviij. Frange esurienti panē tuū. Ecci.iiij. Animā esurientem ne despicias. Prouer.xxv. Rhoma.xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illū. etsi sitit potum da illi. Contra defectū autē qui dissoluit humidam substantiam dicit [Sitiui et dedistis mihi bibere] Supra.x. Qui dederit calicē aque frigide: non perdet mercedē suam. Gene.xxiiij. Bibe domine quin ⁊ camelis tuis potū tribuam [Hospes eram] est beneficium quod ordinat contra dissoluens extrinsecus. Et hoc est aer cōtinēs. Est autem ledens impugnando turbine tempestatū: ⁊ pluuiaruʒ ⁊ caumatū ⁊ frigorum. Et cōtra hoc est hospitium: in quo clausus aer quiescit ab huiusmodi turbinibus. Et de hoc dic [hospes erā et collegistis me] Et hoc notat ex modo loquēdi [collegistis] turbine aeris me dissolutum recollegistis. Job.xxxj. Foris non mansit peregrinus: ⁊ ostium viatori patuit. Luce.xxiiij. Et coegerunt illum dicētes. Mane nobiscū domine: quoniam aduesperascit. Hebreoꝝ.xij. Hospitalitatez nolite obliuisci. Per hāc enim quidam placuerūt deo: angel hospitio receptis. Gene.xviij. De Abraam qui recepit angelos. ⁊ Gene.xix. d Loth [Nudus] Secunda lesio aeris est alterando ex sua q̄litate. Frigoris quidem aliquādo: ⁊ aliquando caloris: qui euocat calorem naturalē: ⁊ dissoluit corpus. Et contra duo ista est vestimentū. De quo dicit [Nudus eram et cooperuistis me] Esai. Quinqgesimooctauo. Cum videris nudum operi eum. Job.xxxj. Si despexi pretereūtem eo q nō haberet vestimentum: ⁊ absq operimento pauperem. Si non benedixerūt mihi latera eius: eo q d velleribus ouium mearū calefactus est [Infirmus fui] est defectus interior: Non substātiam nisi per accidens. sed qualitatem complexionis p se dissoluens. Et est defectus accidentalis. De quo dicit [Infirmus fui et visitastis] Eccl'iastici. vij. Non te pigeat visitare infirmum. Ex hoc enim in dilectiōe firmaberis. Job.v. Uisitans speciem tuam nō peccabis. Jacobi.j. Religio munda ⁊ immaculata apud deuʒ ⁊ patrem hec est: visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eorum ⁊ immaculatū se custodire ab hoc seclo [In carcere erā] Hec est consolatio contra iniuriā violentam illatam extrinsecus ab homine. Job Uicesimonono.

Cōterebam molas iniqui: ⁊ de dentibus eius auferebā predam. Sic enim intelligit de iustis (al's venistis) ad me liberandū. Prouerbiorum.xxiiij. Erue eos qui ducunt ad mortē: ⁊ eos qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Danielis.xiiij. Rex venit ad danielem in lacu leonum. Hieremi. Tricesimooctauo. De abdemelech ethiope qui extraxit de lacu Hieremiā prophetā. Sūt ergo opera Misericordie: cōtra defectus miserie: Interiores naturales: ⁊ Exteriores naturales. Interiores naturales dissoluentes substantiā humidam vel siccam. Exteriores naturales impugnātes tum hinc vel qualitate. Silr sunt cōtra defectꝰ accidentales: Interius impugnātes vel Exterius. Et sic etiam ordinant a dño: ⁊ cōtinentur in hoc versu.

Uisito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: condo.

Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quādo te vidimꝰ esurientem: et pauimus. sitientē: et dedimus tibi potū. Quādo autem te vidimus hospitem: et collegimus te. aut nuduʒ: et cooperuimus te Aut quando te vidimꝰ infirmum aut in carcere: et venimꝰ ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis.

Tangitur Cōmendationis huius ammiratio.
D Non em̄ est ignorantie questio: sed attendētes q nihil talium: tante cōmendationi ⁊ remunerationi dignum fecerūt: Uidentes q nō sunt condigne passiones huius temporis ad gloriā que manifestatur tūc in eis. Rhomanoꝝ.viij. Pre ammiratione [dicētes: Domine quando te vidimꝰ esurientē ⁊c.] Et ammirationi eoruʒ [Tunc respondens dominꝰ dicet illis: Amen dico vobis ⁊c.] Et hec plana sunt. Sed notandum est q dominꝰ in die bonoꝝ non est immemor malorum. Pauper em̄: expertus necessitates pauperum: in gloria etiā iudiciarie potestatis prefulgēs: dicit sibi omnia facta esse in paupibꝫ. Ue ergo his qui persequunt pauperem ⁊ inopem: ⁊ cōpunctū corde mortificare. Ueniat mors super illos: ⁊ descendant in infernum viuentes.

Tūc dicet Rex ⁊ his q̄ a sinistris erūt Discedite a me maledci i ignē eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui enim ⁊ nō dedistis mihi manducare. Sitiui et non dedistis mihi potum. Hospes erā et non collegistis me Nudus: et non cooperuistis me. Infirmus et in carcere: et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi: dicentes. Domine quando te vidimus esurientem: aut sitientē: aut hospitem. aut nudum: aut infirmum vel in carcere: et non ministrauimus tibi? Tunc respōdebit illis dicens. Amen dico vobis. q̄diu non fecistis vni de minoribus his nec mihi fecistis. Et ibunt hi i supplicium eternum: Justi autem in vitam eternam.

[Tunc dicet rex his qui a sinistris eius erunt ⁊c.] Sapie.xj. Illos tanq rex durus interrogans cōdemnasti [Discedite] Sentētia est cum exprobratōe demerita (al's demeriti) Sententia continet Quattuor. Scʒ. A vultū dei ⁊ bonis separationē. Culpe exprobrationē. Ignis eterni afflictionem. Diaboli ⁊ malorum omniū societatez. De Primo dicit [Discedite a me] Qui dū vixeratis dixistis mihi. Job.xxj. Recede a nob: scientiam viarum tuarū nolumus. Supra.vij. Discedite a me operarij iniquitatꝭ [maledicti] Exprobratio est culpe. Psal.cxviij. Maledicti qui declinant a mandatis tuis [Maledicti] hoc est malo addicti. Hebreoꝝ.vj. Proferēs spinas ac tribulos terra maledicta est ⁊ cōbustioni proxima. Job.iij. Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare leuiathan [In ignem eternum] Ignis est afflictio. Esa.vltimo. Uermis eorū non morietur: ⁊ ignis eorum nō extinguetur [qui paratus est] a deo prescientie culpā ⁊ parante penā [diabolo ⁊ angelis eius] Societas est malorum. Rhomanoꝝ.ix. Sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitū. Esaie.xxiiij. Cōgregabuntur congregatione vnius fascis: ⁊ mittent in lacum. Luce.iij. Permūdabit aream suam: ⁊ triticum congregabit in horreū suum. Paleas autem comburet igni inextinguibili [Esuriui] Hec est Demeritorum exprobratio. Non fiet voce corporali sonante. Cum sicut dicitur.j. Corinthiorū.xv. Resurrectio futura sit in momento in ictu oculi ⁊ in nouissima tuba: sed fit conscientia dictante. Est enim christus liber vite: scriptus iusticia dei. ⁊ ille aperitur omibus. Sicut dicitur Apocalyp.xx. Alter liber apertus est: qui est vite. ⁊ iudicati sūt mortui ex his que scripta erant in libro. Et in illa scriptura quilibet leget suorum meritorum aut commendationem aut exprobrationem. Sancti etiaʒ perfecti qui cum christo iudicabunt: ex cōtemplatione sapientie cōtinua corda habebunt inscripta: ⁊ illorum cordium propalatio sanctorū est iudicium. Daniel.vij. ⁊ Apocalyp. Uicesimo. Libri aperti sunt [Tunc respondebunt ei] Hec questio etiam ammiratiōis de hoc q tāte glorie ⁊ rex pauperibus vult connumerari. Sapie.v. Uidentes

turbabuntur timore horribili: ⁊ mirabuntur de subitatione insperate salutis: ⁊ pre angustia spiritus gementes dicent intra se. Hi sūt quos aliquando habuimus in derisum ⁊c. Et hoc est ꝙ sequit [Tunc respōdebit illis] in conscientijs eoꝝ [Et ibunt hi] Ecce Affectꝰ sententie. Daniel.xij. Multi ex his qui dormiunt in terre puluere euigilabunt: alij in vitam eternam: alij in opprobriū eternum vt videant semper. Joan.v. Procedent q̄ bona fecerunt in resurrectionē vite. Qui vo mala egerunt: in resurrectionem iudicij.

Capitulum.XXVI.

e Et factum est cuz consummasset iesus sermones hos omnes: dixit discipulis suis. Scitis q̄r post biduum pasca fiet.

A Hic incipit agere De duobus sacramentis: per que omnia complentur. hoc est de Sacramento passionis ⁊ mortis Primo. ⁊ Resurrectōis Secundo. Ibi [Vespere autem sabbati] Quoꝝ Primum est Ad delectionem peccati. ⁊ Alterum Ad iusticie innouationem. Rhomanoꝝ.iiij. Mortuus est propter nostra delicta: ⁊ resurrexit propter nostram iustificationem. Gregorius: Qui mortē nostram moriendo destruxit: ⁊ vitam resurgendo reparauit. Adhuc autem Sacramentum passionis in Duo diuiditur. Primo enim agit de Passione. ⁊ Secūdo de officio Sepulture. Ibi [Altera autez die que est post parasceuen] In Justificatione per Passionem: oportet nos ⁊ mori peccato: ⁊ complantari sepulture in baptismo Rhomanorum.vj. Consepulti enim sumus cum ipso per baptismum in mortē. Ut quomodo resurrexit christus per gloriam patris: Ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Adhuc autem pars que d̄ passione: habet partes Duas Quia ſm ꝙ ipse Supra Vicesimo. predixit. Traditus est Judeis: ⁊ a Judeis traditus est gentibus. Et ideo de Traditione qua traditus est Judeis: a discipulo: agit Primo. De Traditione autem qua traditus est gentibus ad crucifigendum: agit Scdo. Ibi [Mane autem facto ⁊c.] Adhuc Prior pars que continetur in isto capitulo diuiditur in Tria. Primo enim agit de Traditione qua per Judam traditus est Judeis. Secundo de Cōprehensione. Ibi [Tunc accesserunt ⁊ manus iniecerunt] In Tertia de Illusione ⁊ Condemnatione facta per linguas Judeorum. Ibi [Principes autez sacerdotum ⁊ omne consilium ⁊c.] Adhuc Prior harum partium diuiditur in Tres partes penes circūstantias. Consideratur eīm traditio In pacto In opportunitate. ⁊ In fcō. Et penes h̄ diuidit pars ista. Scda incipit Ibi [Et exinde querebat opportunitatem. Tertia Ibi [Adhuc eo loquente] Adhuc Prior harū diuiditur in Quattuor ſm ea que circūstant pactū traditionis. Quorum Primum est Temporis ſm ꝓphetiam cōgruentia. Secunduz autē querentiuz eum ad mortem cōpleta malicia. Ibi [Tunc congregati.] Tertiū Precij pro q̄ tradebatur ex facto quod accidit occasionata auaricia: Ibi [Cum autē esset in Bethania] Quartuz est Pactōnis ipius perfecta cōuentio Ibi [Tunc abijt vnus ⁊c.] Quocūq; autē modo facta sit traditio: tūc voluit Tradi vt Ignorans: vt peccata destrueret que fiunt p ignorantiā. Unde dixit Luce.xxiij. Dimitte eis quia nesciūt quid faciunt. Cōprehendi voluit vt Infirmus: vt peccata destrueret que fiunt p impotentiā. Unde Marci.xiiij. Caro autē infirma. Illudi voluit vt Reus maloꝝ. ⁊ Malus: vt destrueret peccata que fiunt p certā maliciam. Joānis.xix. Cum iniq̄s deputatus est. Esaie.liij: Si posuerit ꝓ peccato animā suam videbit semen longeuū: ⁊ voluntas dn̄i in manu eiꝰ dirigetur. Sic eni destruxit: peccatū in Patrem: ⁊ peccatū in Filiū: et peccatū in Spiritū sanctum Et factus est vere Jesus: vniuersaliter saluās populū suum a peccatis eoꝝ. In Prima haruz sūt Tria. Primū continet effectuz totius Passionis ⁊ congruentiā. Secundū est Traditiōis p̄dictio: ne a discipulis crederet inuoluntaria. Tertiū qd̄ medium est inter duo: temporis a lege et prophetis predicti congruentia. Et hec patent ī littera. Dicit igitur. [Et factū est cum cōsūmasset] hoc est: ad summam et perfectionē deduxisset: per hoc quod vltimo adiecit: ⁊ hoc est passio. Heb.ij. Decebat eum per quez omnia: et propter quē oīa: qui multos filios in gloriam adduxerat: autorez salutis eoꝝ per passionē consummari. Hebre.x. Una oblatōne cōsummauit in eternū sanctificatos [sermones hos omnes] qui ab initio ī euāgelio scripti sunt: cū omnib; confirmātibus eos: et ex lege ⁊ ex ꝓphetis. Ecclesiastici.xliij. Multa dicimus ⁊ deficimus in verbis: cōfirmatio(al's consūmatio)sermonū ipe est. Unde Joānis.xix. in cruce pēdēs dixit. Cōsūmatū ē [dixit discipulis suis] quibus specialiter instruēdis insistebat. Supra.xiij. Vobis datum est nosse mysterium regni dei [Scitis] Exodi.xij. Quartadecima die ad vesperum pasca domini est [quia post biduū pasca fiet] hoc est: solennitas phase.i.transitus. Nō enim pasca a passione dicit: sicut quidā existimāt Sed grece pascha: phase hebraice: latine dicitur transitus. Luce.xxij. Erat pascha ⁊ azyma post biduum. Hoc ergo fuit in quarta feria quādo iam fuit luna tertiadecima.

Et filiꝰ hoīs tradet vt crucifigat.

In ista p̄dictione traditōis Tria dicunt Scdz quam vicz naturam est traditus. ⁊ Predictio traditionis ne videatur ignarus. ⁊ Ad quid traditꝰ qui est finis traditionis. Dicit igit [Et filius hominis] inq̄tum filius hominis. quia ſm naturā diuinā tradi non potuit. Supra.xx. Filiꝰ hominis tradetur ad illudendū et flagellandū ⁊ crucifigendū [tradetur] a Juda actiue. A patre et ⁊ Seipso dispensatiue. Rhomanoꝝ.viij. Etiam

ꝓprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibꝰ tradidit illū [vt crucifigat] Hic est finis traditionis. Malach.iij. Si configit homo deū suū quia vos configitis me.

Tunc cōgregati sunt principes sacerdotū et seniores populi ī atrium principis sacerdotū qui dicebatur caiphas: ⁊ consiliū fecerunt vt iesum dolo tenerēt ⁊ occiderēt Dicebāt aūt: Non in die festo Ne forte tumultus fieret in populo.

Hic tangit querentiū cum ad mortez Cōpleta
B malicia. Et hic tanguntur Octo. In Fortitudinis ipsoꝝ concordi cōgregatiōe. In Congregatoꝝ autoritate: In ordiaria ad h̄ accepta potestate. In Cōsilij machinatiōe. In Cautelarum dolositate. In Violentie illatiōe. In Pessima intentiōe. ⁊ Impedimentoꝝ astuta exclusione De Congregata et vnanimi fortitudie d̄r [Tunc congregati sūt] vt multitudine armarent. Psal.ij. Couenerunt in vnum aduersus dominū ⁊ aduersus chr̄m eius. Joan.xj. Collegerūt pontifices ⁊ pharisei consilium [principes] Tria gn̄a tangit in q̄b; erat autoritas agendorū. Principes In quibꝰ potentia iusta vt videbatur. Esa.xxxij. Principes ī iudicio preerunt. Sed isti erant de illis de quib; Esaie.j. Principes tui infideles socij furum. Sopho.iij. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes. Judices eiꝰ quasi lupi: vespere non reliquerunt vsq; mane [sacerdotū] In quibus debuit esse sanctitatis bonitas (al's sanctitas bonitatis) Exod.xxviij. Consecrabis cunctoꝝ manus: ⁊ consecrabis eos vt sacerdotio fungant mihi. Sz econtra Isti sunt de quibus Sopho.iij. Sacerdotes polluerunt sanctum meū in quem egerunt contra legem [et seniores populi] In quibus debuit esse sapientia. Job.xij. In antiquis est sapiētia: ⁊ ī multo tempore prudētia. Sed ecōtra de istis dicitur Job.xxxij. Non sūt longeui sapientes. Dan.xiij. Ingressa est iniquitas a seniorib; iudicib; qui videbant regere ppl'um. Sopho.iij. Prophete eius vesani viri infideles [in atriū principis sacerdotū qui dicebat caiphas] eo ꝙ sicut d̄r Jo.xj: esset pontifex anni illiꝰ vt ab ipo ordinariā acciperet ptātem. ⁊ sic formā iusticie haberet iniquitas Eccis.x. Est malū quod vidi sub sole: stultū positū in dignitate sublimi: ⁊ principes sedere deorsū ij. Macha.iiij. Nihil habēs dignū summo sacerdotio: sed animos crudelis tyrāni: ⁊ fere belue irā gerēs [et consiliū fecerunt] Ecce Consilij machinatio: vt ex cōsensu ⁊ premeditata ꝓcederet iniquitas. Gen.xlix. In consiliū eoꝝ nō veniat aīa mea: ⁊ in cetu eoꝝ nō sit gloria mea. Esa.vij. Consiliū inijt syria ꝯ te maluz. Syria sublimitas(al's sublimis)interp̄tat. q̄r ibi erat sublimitas potētie sanctitat(apparentis ⁊ potentie(al's potentis)[vt iesum] Act.iij. Autorē salutis interemistis [dolo] Ecce Cautelarū dolositas. Hiere.ix. Habitatio tui in medio doli: in dolo renuerūt scire me dic dn̄s. q̄r extenderūt linguā suā quasi arcū mēdacij ⁊ nō veritatis Ps.xxvij. Dolos tota die meditabant [tenerent] Ecce Violētia Ps.xxj. De ore leonis libera me dn̄e ⁊ a cornib; vnicorniū hūilitatē meā [⁊ occiderēt] Ecce Intētio Gen.xxxvij. Venite occidamus eū Sup.xxj. Venite occidamus eū ⁊ nr̄a erit hereditas [dicebāt aūt] Ecce Impedimētoꝝ exclusio [Nō in die festo] Nō ꝙ curarēt d̄ violatōe festi Esa.j. Neomenias ⁊ sabbatū ⁊ solēnitates alias nō ferā: facta sūt mihi molestia laboraui sustinēs. Sed potius [ne forte tumultus fieret in pplo] Mar.xj. Et sup.xxj. Cū q̄reret Baptismus Joānis vn̄ erat ⁊c: ppl's vidēs prudentiā ipius defendebat eū. q̄r sicut ꝓphām habebāt. Et timebāt ꝙ si iterꝝ inijcerent in eū manus corā pplo: ꝙ sil'r defenderet Joā.vij. Quare nō adduxistis eū. Rn̄derūt ministri qui missi fuerūt ad capiendū eū. Nunquā sic locutus est homo vt iste hō loquit.

Cum aūt Jesus esset in bethania in domo Simonis leprosi accessit ad eum mulier habens alabastruz vnguenti preciosi: ⁊ effudit super caput ipius recūbentis.

Hic ponit factū incitans auariciā tradētis. et h̄ est p̄ditio vnguēti. de cuius venditōe ꝯcupiuit furtum decime. ⁊ q̄r p̄didit vendidit ꝓ trigita que sūt decima tricentoꝝ quos hoc vnguentū valuit. Dicunt aūt hic Tria. Mulieris pietas. Discipuloꝝ in mulierē fremitus. ⁊ impietas. ⁊ Dn̄i mulieris d̄ facto qd̄ fecit excusatiōis ostensio. In Primo notant Quattuor Scz Mulieris ꝯfidentia. Prouidentia. Largitas. ⁊ Pietas. Cōfidētia accipit Ex loco. ⁊ ille describit. Ex noīe ville. ⁊ Ex domus hospite. De nomīe ville d̄r [Cū esset Jesus in bethania in domo] obediētie: p̄signās se tunc ꝑfecturū obedientiā. De qua d̄r Apl's Phil.ij. Factꝰ est obediens patri vsq; ad mortē. mortē aūt crucis [in domo Simonis leprosi] Nō ꝙ tūc leprosus fuerit sed ante. ⁊ nomē retinuit insignū memorie tanti beneficij Supra.viij. Confestim mūdata est lepra eius.iiij. Reg.v. Mundata est lepra eiꝰ ⁊ restituta eius caro sicut caro pueri puuli. Et ex h̄ concepit mulier audaciā: nō p̄sumptionis sed confidentie. quia vidit ꝙ nō abhorruit eum qui leprosus extiterat qui multis sunt horrori etiā post sanitatē p̄sumpsit ꝙ etiā officiū pietatis ab ea futuruz nō abhorreret. Et hoc est qd̄ dicit [accessit ad eū C
mulier] Dicit aūt Hiero. ꝙ nemo putet eandem esse que sup caput effudit ⁊ sup pedes. Illa eīm et lachrymis lauit. ⁊ crine tersit. ⁊ manifeste meretrix appellat Luc.vij. De hac aūt nihil tale scriptum est Nec eīm poterat statim capiti domini meretrix digna fieri. Item Chrys. Mulier ista videt esse vna ⁊ eadem apud omnes euangelistas. Non est autem Sz apud tres: Una quidem mihi videt. Apd̄ Joannē aūt nō adhuc: sed mirabilis quedā soror Lazari. In cōtrarium huius est Rabanus Mulier ista Maria Magdalena erat soror Lazari. h̄

idem dicit Gre. Dicunt ad hoc quidā q eadem in psona: altera in habitu, qꝛ prima peccatrix ꝛ capiti christi indigna: postea iustificata: ꝛ tunc digna. Ego puto esse dicendū q de hoc Sācti dissentiūt quia spū suo loquunt. ꝛ nō est de fide et moribus Unde Chrys. sup Joannē dicit Mariā magdalenā virginē pmāsisse. ꝛ nunq̄ fuisse peccatricē. iiij. Reg. iiij. Cū sunamitis venissꝫ ad virū dei: apphēdit pedes eius [habens alabastrū vngenti.] In hoc notat puidētia. Est aūt Alabastrū album genus marmoris: sicut nitor argēti pmixt' sit niueo cādori. ꝛ ē pspicuū: frigide nature: habēs vim cōseruandi vnguēta. Canti. iiij. Odor vnguētorū tuoꝝ sup oia aromata. [pciosi] Mar. xiiij. Nardi spicati pciosi. Nardus autē frutex est: crescēs superius in figurā spicaꝝ. que (qꝛ subtili' humiduꝫ est qd altius ascēdit ꝛ magis digestū) magis sunt odorifere et pciose. Joānes autē dicit. Nardi pistici: qꝛ cōtuse erāt ariste. Unguentū enī nō penetrat nisi sit subtile ꝛ nō est subtile nisi species ꝯtuse valde sint in eo. Cantic. j. Cū esset rex in accubitu suo nard' mea dedit odorē suū [et effudit] Ecce Liberalitas. In effusione enī notat abūdātia: nihil in vase retinēs. Cāt. j. Oleū effusū nomē tuū. Cāt. j. Fragrātia vngēt optimis. Uñ Jo. xij. dicit Et dom' impleta est ex odore vngenti: tā abundant effusum fuit [sup caput ipius recūbentis] Ecce Pietas: quia sciuit q ad occisum accessum nō haberet. ꝛ viuo exhibuit officiū funeris. Ps. cxxxij Sicut vnguentū in capite qd descendit i barbam ꝛc. Prouer. xxvij. Unguēto ꝛ varijs odorib' delectatur cor.

Uidentes aūt discipuli indignati sunt dicētes: Ut quid pditio hec? Potuit enī illud venundari multo et dari pauperibus

Hic tangitur Indignatio discipuloꝝ. Et tangunt Tria. Primū est oculus neq̄. Scdm Indignatiōis murmuratio. Tertiū Causa. Dic igit. [Uidentes aūt discipuli] Sed cōtra Jo. xij. Judas sol' indignat' dicit. Et dicendū q sol' Judas mouit alios. Alij autē non cōsenserūt nisi opinādo q inde impedita fuissꝫ misericordia i paupes. Sol' autē Judas fecit hoc auaricie respectu. Eccl'i. xiiij. Oculus mal' ad mala nō satiabit pane indigens. insatiabil' enī est ocul' cupidi. [indignati sunt] Duo dicit. Indignatōnēꝫ cordis: ꝛ Murmuratōem oris. De Indignatione Daniel xiiij. Indignati sunt babylonij contra regem p daniele. Iste enī miser qꝛ iā vilipendit dn̄m: indignabat q mulier aliquid expendit in eū [dicentes.] [Ut quid perditio hec] Arguūt enī eā vt pdigam. Prouerb. xxix. Qui ad indignandū est facil' erit ad peccandū pcliuior. Sap. j. Custodite vos a murmuratōe que nihil pdest. ꝛ a detractōe parcite lingue. [Potuit enim istud] Arguunt hic quasi impiā in paupes [venūdari multo] Alius euangelista. pl' q̄ trecentis denarijs. [ꝛ dari paupibus] Joan. xij. Hoc dixit: nō quia de egenis ad eū multū ptineret, sed qꝛ fur erat ꝛ habebat loculos. Et ea q̄ mittebant portabat. h' est asportabat. Sup. xix. Si vis pfect' eē vade vēde oia q̄ habes ꝛ da paupib'. Hui' pretextu vbi volebat sue cōsulere auaricie. Psal. cxj. Dispersit dedit pauperibus: iusticia e' manet in seculū seculi.

Sciēs āt iesus ait ill': Quid molesti estis huic mulieri? Op' enī bonū opata est i me: Nā semp paupe res habebitis vobiscū: me aūt non semp habebitis. Mittens enī hec vngentum hoc in corpus meū: ad sepeliendum me fecit.

Hic ponit p dn̄ꝫ Excusatio facta. Et tāgit Duo Plenam excusatōeꝫ: ꝛ Operꝫ remunerationē. Ibi [Mittēs enī hec ml'ier] Opis excusatio tangit per Tria. Per Murmurꝫ ꝛ molestie repssionē. Per Operꝫ laudē. Per Tpis in q̄ factū est opportunitatē De Prio dt [Quid mo. estis huic mulieri?] Ruth. ij. Mādaui puerꝫ vt nemo tibi molestus sit [opus enī bo.] Ecce Laus opis [opata est i me] qꝛ pietatꝫ op' bonū est. Jo. x. Multa bona opera ostendi vobis in nomine patris mei: ppt quod illoꝝ opus vos me lapidatꝫ. Q.d. Uos lapidatꝫ eā de bono ope [Nā paupes sp habe. vobiscū] Ecce Tēporis opportunitas. Deut. xv. Non deerūt paupes in terra habitatōis tue. Jdo ego pcipio tibi vt aperias manū tuā fratri tuo egeno ꝛ paupi [me aūt nō sp habe.] Fm corpalem infirmitatis psentiā. Scdꝫ deitatē enī Infra vltīo dicit. Ecce ego vobiscū sum oibus dieb' vsq̄ ad cōsummationē seculi. ij. Coꝝ. v. Etsi cognouim' fm carnē christum: sed nunc iam nō nouim'. Sup. ix. Ueniet tps qn̄ tollet ab eis spōsus [Mittēs enī hec] mulier. Tāgit Modū qual'r op' opportunū fuerit tpi [vngentū hoc i corp' m.] qd spūsancto vnctū est Esa. lxj. Spūs dn̄i sup me: eo q vnxerit me dn̄s [ad sepeliendū me fecit] quia tunc erat cōsuetū vngere corpa defunctoꝝ. Mar. xiiij. Preuenit enī vngere corpus meū in sepulturā

Amen dico vobis: Ubicunq̄ predicatum fuerit hoc euangeliū in toto mundo: dicetur q hec fecit in memoriam eius.

Tangit hic Operꝫ remuneratio. Et Duo tangunt Scꝫ. Prescientia euangelij pdicandi. ꝛ Laus operis in predicato euāgelio De Primo dt [Ubicūq̄ predicatū fu. hoc euāge. in toto mū.] Psal. xviij. In oēm terrā exiuit son' eoꝝ. Marci. vl. Ite in orbem vniuersū: ꝛ pdicate euāgeliū omni creature [dicet] ꝛ h' est etiā cū euangelio [q hec fecit in memoriā eius] ml'ierꝫ videlicet. Prouer. x. Memoria iusti cū laudib'. Psal. cxj. In memoria eterna erūt iusti. Sap. iiij. Immortal' ē enim memoria illi': qꝛ ꝛ apd deū nota ē ꝛ apud homines

Tūc abijt vn' de duodecim qui dicebatur Judas scarioth ad pricipes sacerdotum: ꝛ ait illis. Quid vultis mihi dare: et ego vobis eū tradam

D Ecce hic ponit Pactū traditōis fm opis pfectionē. Et dicunt Tria. Scꝫ. Dn̄i vilipendiū. ꝛ Precij ꝯstitutio. ꝛ Traditōis pmissio. Primū tangit in hoc q Judas nō emptores sāguis expectauit: sed puenit. ꝛ p hoc q in arbitrio eoꝝ posuit vtruꝫ parū vel multū dare vellent. Dicit g [Tunc] pcio vnguēti amisso. Ps. j. Btūs vir q̄ nō abijt i consilio impioꝝ. Joā. xiij. Exiuit ꝯtinuo: Erat āt nox A vero enim lumine oculos auertit: cupiditate excecatus. Et tangit Ingratitudinē p hoc q dicit [de duodecim] cui grām illā fecerat q inter. xij. pfecerat apl'm. Sup. x. Psal. liiij. Dux me' ꝛ notus meus: q simul mecum dulces capiebas cibos. Et describit eū Noīe ꝛ Patria. [qui dicebatur iudas] nomie [scarioth] patria: a villa vnde nat' est [ad principes sacerdotū] j. Esd. ix. Man' magistratuū pma fuit in trāsgressiōe hac [Et ait illis] q̄rens auaricie recupatiōeꝫ. Prouerb. xxx. Sāguisuge due sunt filie dicētes: Affer affer. furtū vicꝫ in Juda: ꝛ pditio sanguis. Eccl. x. Auaro nihil est scelesti'. Hic enī in vita sua piecit itima sua. Et Ibidē. Et animā suā venalē habꝫ [Quid vultis mihi dare?] Ecce quasi vile mācipiū cōstituit in ptāte ementiū quid dare velint. Asinū ei suū nemo sic vēdit: vt Judas saluatorē. Eccl'i. xx. Est datū qd nō ē vtile: datū insipiētis nō erit vtile Gen. xxv. Abijt puipēdēs q pmogēita vēdidisset

At illi cōstituerūt ei triginta argēteos. Et exinde querebat opportunitatem vt eum traderet

Ecce Precij cōstitutio [triginta argēteos] Zacharie. xj. Appenderunt mercedē meā triginta argēteos. Gene. xxxvij. Uendit' est Joseph viginti argēteis. qꝛ melius debuit esse forū serui q̄ dn̄i Esa. lxij. Ecce merces eius cum eo. ꝛ opus illius coraꝫ illo. Et ideo eadē pphetia Esaie legit in ecclesia quarta feria ante pasca. Et qꝛ tunc vendit' fuit dn̄s: Ideo in ieiunio quod fit in honore passiōis post sextā feriā (in qua crucifixus est dn̄s) secūdū locū tenet quarta feria: in qua est tradit' ꝛ venditus. Sed q ieiunāt in honore virginis mrīs sabbatū: ieiunāt cōgruentius. quia illa die ceterꝫ dubitantib': fides in ea stetit. Et ideo in sabbato inoleuit consuetudo solēnizare de gloriosa virgine. [ꝛ exinde] pacto firmato [q̄rebat opportunitatē vt eū] sine turbis existentem [traderet] j. Timot. vj. Qui volūt diuites fieri incidūt in temtationē ꝛ in laqueū diaboli: ꝛ in desideria multa ꝛ nociua: que mergunt hominē in interitū ꝛ pditionē. Unde Lu. xxij. apertius dicit. Querebat opportunitatē vt traderet eū sine turbis. ne. s. auxilio vel tumultu turbarū euaderet manus tradentiū.

Pria aūt die azymorū accesserūt discipuli ad Jesum dicētes: Ubi vis parem' tibi comedere pasca?

Peracta traditione fm ꝯfirmationē pacti tāgit eandē fm opportunitatē, hoc aūt est vt inueniat sine turbis. Due igit sunt opportunitates. Una Remota. ꝛ Altera Propinqua ꝛ ꝯueniēs malicie pditoris. Prima est Cena sacramentalis: in qua declinare necesse fuit a turbis. Alia est Loc' secrete orationis cui nō competit etiā intimoꝝ accessus. Ibi [Tūc dicit illis: Omes vos scandalū patiemi] Et pma ꝯcludit ad scdam. Et ideo pma Duas habet ptes Scꝫ In sequestro turbaꝝ: cene pparationeꝫ Et post cenā gfa orōnis ad secretū locū declinationē. Ibi [Et hym. dicto exierūt ꝛc.] Uñ alius euāgelista dt q sciebat aūt ꝛ iudas locū. qꝛ frequenter ibi introibat Jesus ꝛc. Adhuc aūt prior haꝝ partiuꝫ in Tria diuidit fm tres partes cene sacramētales In quaꝝ Prima Sacramētū vetus terminat. In Scda aūt Sacramentū nouū instituit. Ibi [Cenātib' aūt illis accepit Jesus panē ꝛc.] In Tertia Ratio terminatōis veteris assignat. Ibi [Amē dico vobis nō bibā amodo ꝛc.] Prima haꝝ adhuc habet ptes Tres. Quaꝝ Prima est De Cene typice siue figuralis pparatōe. Scda aūt De Proditoris benigna ꝛ cauta a pposito malo reuocatōe. Tertia aūt De Proditoris temeraria ꝛ ptinaci in malicia obduratōe. Et hec parēt in littera. Circa Cene typice pparatōem Quinq̄ ponunt Scꝫ Tempis ꝯgruentia. Ministroꝝ ptās ordinaria. Loci ppriétas determinata. Determinātis auctas diuina. ꝛ Cene sancte cum sanctis communio figuratiua Et hec p ordinē iacent in littera Dicit igit de Primo q cū quereret opportunitatē Judas crescens in malicia: occurrit [Prima dies azymoꝝ] In q̄ sicut dicit Lucas necesse fuit occidi pasca ꝛ parari Et hoc fuit luna decimaq̄rta ad vesperū Exod. xij Septē dieb' nō erit fermentatū in domib' vestris Et hoc idē dicit Num. xxviij. et Leui. xxiij. et Deu. xvj. Et Ibidē Quartadecima die ad vesperꝫ pasca dn̄i est. ꝛ in q̄ntadecima solennitatē celebrabitis altissimo dn̄o. Hoc aūt fuit quinta feria ad noctem qn̄ nō erat fermentatū in domib' Judeoꝝ. eo q illa nocte. sic dr Exod. xij. Annis reuolutis multꝫ tulerat ppl's ꝯspersam farinā que fermētari nō poterat cōpellentib' egyptijs exire ppl'm de egypto Et ex hoc accipimus ritū nostꝝ. quia ꝯsecram' in azymis ꝯuenientiorē esse: ritu grecoꝝ q ꝯsecrant in fermentato. Si enī in domib' Judeoꝝ nō erat tunc fermentatū: non accepit dn̄s in ꝯsecratione sui sacrosancti corpis nisi azymuꝫ. Dicit enī azymū ab a qd est sine ꝛ zyma qd est fermētū. Cōuenit aūt hoc etiā mysterio. j. Coꝝ. v. Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis. ꝛ premittit non in fermento veteri neq̄ in fermento malicie ꝛ nequicie [accesserunt] ausu familiaritatis ꝛ debito sui ordis [discipuli ad Jesum dicētes] E Exo. ei. xxviij. dicitur. Cōsecrabis sacerdotū man' vt sacerdotio fungātur mihi [Ubi vis paremus tibi come. pasca] Non puto queq̄ legisse q discipuli se ad coquandū exhibuerint nisi hoc loco. Joā. enī. iiij. legitur q discipl'i i ciuitatē abierāt vt cibos emerēt sed non vt coquinarent Causa autēꝫ est. quia sacramētalis cena ordinata: ꝛ consecrate potestatis exigit ministrum. ꝛ illos ministros oportuit esse Aplos

qui ordinati a dño intelligunt. Alibi etiã cũ cõmunis esset refectio dicit grã hũilitatis. Ego in medio vestrũ sum sicut q̃ ministrat. Lu.xxij. Et attẽde ordinẽ. Discipuli parant sacramentũ vet⁹. ⁊ Jesus inchoat nouũ. ⁊ Discipulis cõmittit frequẽtãdũ. ⁊ Interdicit vsum veteris. Infra Eodẽ. Cenãtib⁹ autẽ ⁊c. Dicũt aũt [Vbi vis] Nõ enim habebat certã habitationẽ: sȝ sicut Sup.ix. dixit. Uulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos: fili⁹ autem hoĩs nõ habet vbi caput suũ reclinet. Joã.j. In ꝓpria venit: ⁊ sui eũ nõ receperũt [paremus] nos q̃ ministri sum⁹: te nos ordinãte. Esa.lxj. Uos autem sacerdotes vocabimi mĩstri dei vr̃i: dicet vobis .j. Pe.ij. Genus electũ regale sacerdotiũ: gẽs sancta: popul⁹ adq̃sitiõis: vt virtutes eius annũcietis: qui vos de tenebris vocauit in ammirabile lumen suũ [comedere pasca] hoc est: agnum typice ⁊ veteris imolationis: cũ lactucis agrestib⁹ ⁊ azymis panib⁹. Non enĩ dicit hic pasca solennitas ipa quã nemo comedit: sȝ id quod in pasca offerebat. Joan.xviij. Ipi non introibant in ꝑtoriũ ne cõtaminarent: sed vt comederẽt pasca. Sil'r accipit .j. Corinth.v. Pasca nostꝝ imolat⁹ ẽ christ⁹

At Jesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam

[At iesus dixit] Locũ determinans: In quo Tria dicit Discipulis ei Misteriũ cene iniungit Locũ determinat. ⁊ Pretendit paupertatis humilitatẽ. Per h̃ enĩ ꝙ dicit [Ite] iniũgit misteriũ. Sil'e Luce.x. Ite ecce ego mitto vos. Mar.vlti. Ite in orbem vniuersum [in ciuitatẽ] Loci determiatio: In quo notat. ꝙ cõicare debet q̃ cenam dñi cenat: quia ciuitas dicit ciuiũ vnitas. Non cõicat autem sacramentalit qui excõmunicat⁹ est ecclesie iurisdicione. Spũaliter aũt nõ cõmunicat q̃ excõicat⁹ est eccl'ie triũphãtis excõmunicatõe: que fit ꝑ mortali peccato. j. Cor.xvj. Siquis nõ amat dñm iesũ christũ anathema sit maranatha. Hec cõmũio significat in Psal.cxxj. Hierl'em q̃ edificat vt ciuitas: cui⁹ ꝑticipatio eius in idipm̃. Apoc.iij. Siq̃s aperuerit mihi introibo ⁊ cenabo cũ eo. ⁊ ipe mecũ. Nõ ergo cenat cũ dño nisi in quẽ iã ꝑ gratiam inhabitat de⁹. Ideo cõmũis ꝯfessio ⁊ pnĩa instituitur ante generalẽ q̃ in pasca celebrat cõmunionẽ: ⁊ indicitur generale ieiunium [ad quendã] Ecce Paupertatis humilitas. Paup enĩ erat nõ clare dignitatis et noĩs inter ciues. Uñ Luc.xxij. Occurret vobis hõ lagenã aque baiulans. Paupertatis enĩ indiciũ dedit qui ꝑ se: nõ vinũ: sed aquã ad festum pasce celebrandum portauit. Zachar.ix. Ipse paup. Psal.lxxxvij. Paup sum ego: ⁊ in laborib⁹ a iuuẽtute mea. Uñ etiã ap'lus in tali cena vituperat ꝑparatiões diuitũ. j. Cor.xj. Primũ quidẽ cõuenientib⁹ vobis in eccl'iam: iam nõ est dominicam cenã mãducare. Unusq̃sq; ei suã cenã ꝑsũp sit ad mãducãdũ. ⁊ ali⁹ q̃dem esurit. ali⁹ vo ebri⁹. Uñ ⁊ Raban⁹ h̃ exclamat dicẽs. Audiãt q̃b⁹ edificãdarũ domoꝝ vita ẽ: q̃s ꝑciosoꝝ marmoꝝ colũne delectãt. Hiere.xxij. Ue q̃ edificat domũ suã ĩ iniusticia Qui dic: Edificabo mihi domũ latã ⁊ spaciosã: q̃ aperit fenestras ⁊ facit laq̃aria cedrina pingit q; synopide. Amos.iij. Percutiã domũ hyemalem cũ domo estiua: ⁊ peribunt domus eburnee.

Et dicite ei Magister dicit: tempus meum prope est: apud te facio pasca cum discipulis meis.

